

A N I M A AD MENTEM SCOTI;

QVA SVB TILISSIMI DOCTRINA
Adhuc magis dilucidatur, defenditur,
roboratur.

Opera , & Industria

R. P. ILLVMINATI DE ODDO
à Collisano Capuccini.

Sacrae Theologiae Prelectoris, &c.



N E A P O L I,

Apud Andream Colicchia, M. DC. LXXIV.
Superiorum permisso.

APPROBATIO ADMODVM R. P. MARII LIPARENSIS

Ordinis Capuccinorum, Provinciæ
Messanæ ex Provincialis.

AREVERENDISS. P. STEPHANO A CESENA totius Ordinis Minorum Capuccinorum Generali Vigilantissimo. Tractatus, qui inscribitur: *Anima ad mentem Scotti &c.* à R. P. Illuminato à Collisano eiusdem Ordinis elubricatus, Censor institutor; Cumq[ue] ipsum summum diligentia reuolum percurserit, Commendator erumpo; in eum. nos solum omnia Fidei Catholicæ, veritati, morumq[ue] pietati consuetudinum, & virtutum eiusdem capucorum (maxime Scotti doctrinam proficiuntium) æternis plausibus dignum reperio, quapropter ad animarum illustrationem, ut præli lumine quam priuatum fulget, dignissimum censui. Datum Lipara die 30. Augusti 1673.

Frater Marius à Lipara, qui supra &c.

APPROBATIO

R. P. BERNARDI AB ACI

Capuccini, Provinciæ Messanæ
Sacrae Theologiae Lectoris.

PREclarissimi huius Operis, quod velut cultum sanè pratum Paradisi conterminum vniuerso orbi R. P. Illuminatus à Collisano in hac Messanæ Provincia Prælector, ac Diffinitor aperit, Iudex ad examen castigandum datus fui; Hinc non trahimus oculis, quād animo inter illius amenitates incredibili gaudio spatiatus, singulas apis more intendi, libauit flores, vt quem illorum varieratis redoleat odorem, serio pronunciarem; quapropter testimonio sum, Diuinum hoc Opus (vt ex animo loquar) adeo florilegium esse, Diuinumque spirans odorem, vt reliqua studiosorum apum examina ad illud conuolare oporteat, si fauos construere, collecto hinc melle, quāmocissimè velint. Verè inquam Diuinum, omnigenam habens florum varietatem cum odoris,

coloris suavitatis in infinitè recreantem. Dicimus etiam cum nihil in eo Sanctæ Fidei, Sanctisque Patribus repugnans, sed per omnia Sacrae paginae orthodoxæ, ac catholico sensu consonum; Quare non solum prælo mandandum, Typis pecudendum, ac studiis drui omnium manibus circumferendum, verum etiam Cedro, Cyparisoque fateor notandum. Dat. Messanæ Anno Domini 1673. Mense Decembris die 6.

Frater Bernardus Iacensis, qui supra,

Facultas Imprimendi.

REVERENDISS. P. STEPHANI A CESENA
Totius Ordinis Capucinorum
Generalis Vigilantissimi.

CVM Opus, cuius Titulus est (*Anima ad Mentem Scotti*) à R. P. Illuminato à Collisano eiusdem nostri Ordinis Concionatore, ac ex Diffinitore compositum, duo eiusdem Ordinis Theologi, ac Sapientes Viri recognouerint, ac in lucem dari posse probauerint, potestatem facimus, ut Typis mandetur, si & ijs, quibus id competit, ita placuerit.
Datum Bruxellis die 19. Octobris 1673.

Frater Stephanus Minister Generalis.



AD

AD LECTOREM.

Offero tandem tibi benigne Lector Ultimum Tomum Philosophiae naturalis recursum, ea methodo, & ordine, quo in alijs libris, Subtilissimi Doctoris semper principis inserviendo. Nec mireris, si sèpè videris me non solum Mastrij, & Belluki in Subtilium schola vestigia sequi, sed etiam verbatim eorum argumenta proferre; Nè quælo mireris, Ego enim gloriam meam non quærò, sed Dei Optimi Maximi, & puram, & simplicem Tyronum utilitatem; Satagant illi furtum obregere, qui propriam laudem, & famam sitiunt, ad quam tamen non semper fæliciter perueniunt. Et ratio est, quia non sumus in Rethoricis, sed in disciplinis scholasticis versamur, vbi intellectus non potest ad libitum per diuersa delectabiliter spatiari, sed ad vim, & efficaciam medij Termini in Argumentis arctetur, & inuigilat, quo habito, & possesto, perfectè quiescit; & licet Isti, qui propriæ laudi, & gloriæ inhiant, alijs verbis, & si nominis eadem argumenta circumscribant, ut furtum lateat, atramen apud viros eruditos, & in multa lectione exercitatos, furtum patet; & ita in laxis seminantes, parum, vel nihil colligunt, & quod petus est, ingratitudinis culpam contrahunt. Vnicuique quod suum est. Reddite, quæ sunt Cæsarisi, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Inuigila tu instanter ad id quod tibi prædest, ceterum, quod talis ratio sit ab hoc, vel ab illo Doctore prompta, quid tibi inde? habito fine, quiescit motus. Velle pro complemento totius Philosophiae Disputationes aliquas Methaphysicales compendiosè tradere. Sed nescio quid erit, in Senectam enim Vergo. Ora Deum, ut benignè instituat, quod melius est pro futurum. Vale.

In Admodum Reu. Patris
ILLVMINATI ODDO E COLLISANO

Concionatoris Capuccini,

IOANNIS DVNS SCOTI

Dilucidatoris præstantissimi

L A V D E M.

F. ANGELVS DE NEAPOLI

Concionator Capuccinus.

FRATER ILLVMINATVS ODDO

ANAGRAMMA PYRVM.

ALTER DVNS ARTI, FOLIVM DO.

O C T O S T I C H O N.

LVMINA TV Scoti tantis fulgoribus addens
ADDO magis dici, quam Pater ODDO potes;
Nomine sortiris titulum, quem Fama sequaci
Francisco Scoti, Discipuloque dedit;
Sed re clarificans LYNCIS Speculantis acumen
Clarus Acutorum Principis omen habes:
Artibus, ingenio, doctrinis ergo refulgens
ALTER DVNS ARTI (dicito) DO FOLIVM.

INDEX

Digitized by Google

INDEX

DISPV TATIONVM, AC ARTICVLORVM,

Qui in hoc Tomo continentur.

DISPV TATIO PRIMA PROEMIALIS.

- A**rticulus 1. De Subiecto ad equato horum librarum. pag. 3.
Art. 2. An anima rationalis sit physique considerationis. 13.
Art. 3. An de anima sit uniusim sumpta, sit scientia. 18.

DISPV TATIO SECUNDA.

- Circa Librum primum de Anima. 21.
Articulus 1. An scientia de Anima sit ceteris praestantier in nobilitate, dignitate, & certitudine. 24.
Art. 2. An accidentia faciant ad cognitionem substantie. 24.
Art. 3. Quid sibi voluerit Arist. dum sit Physicum definire per materiam, & Dialecticum per formam in Tex. 16. 28.

S Y M M A SECUNDA.

De Antiquorum Opinionibus circa Animam essentiam. 30.

DISPV TATIO TERTIA.

Circa Librum Secundum de Anima. 33.

- A**rticulus 1. An prima definitio Anima sit recte assignata. 35.
Art. 2. De Secunda Anima Definitione. 41.
Art. 3. Quatuorplex sit Anima, & de numero Potentiarum, & graduum animalium. 45.
Art. 4. An qualibet Anima sit actus corporis informans, vel assistens. 50.

D V B I V M.

- An status Anima in corpore sit perfectior, quam status eius extra corpus. 59.
Art. 5. De Discrimine inter viventia, & non viventia. 59.
Art. 6. An Qualibet Anima sit indivisibilis. 63.
Art. 7. An Anima indivisibilis sint homogenee, vel heterogenee. 71.
Art. 8. De Origine Animarum. 74.
Art. 9. Ansres iste Anima simul reperiuntur in eodem vivente. 76.
Art. 10. Verum Anima informet omnes partes corporis. 84.
Art. 11. De Sede Anima. 103.
Art. 12. Verum Anima rationalis sit immortalis. 108.

DISPV TATIO QVARTA.

De Potentijs, & Actibus Vitalibus in Communij.

- A**rticulus 1. An Potentia ab Anima, & inter se realiter distinguantur. 124.
Art. 2. Quomodo Potentia specificatur per actus, & actus per obiecta. 138.
Art. 3.

I N D E X.

Art. 3. De Quidditate Actus Vitalis.	149.
Art. 4. An actus vitales possint à Deo in anima immediatè produci.	154.
Art. 5. An dentur, & quid sint habitus.	159.
Art. 6. Quendam Potentia sunt habituum capaces.	161.
Art. 7. De Causa efficiente habituum.	168.
Art. 8. Quomodo habitus concurrat ad actus	172.

D V B I V M,

De habituum Definitione.

DISPV TATIO QVINTA.

De Potentijs Animæ Vegetantis, & lenticientis in Communi

Articulus 1. De Potentijs vegetantis animæ, earumque distinctione.	179.
Art. 2. De Potentijs animæ sensitiue in communi, ac earum acti- uitate, an s. sint affiue, vel passiue.	184.
Art. 3. De Conditionibus Obiecti sensibilis.	188.

D V B I V M.

De Divisione Sensibilium.

Art. 4. An dentur, & quid sint species sensibiles.	197.
Art. 5. De Causa materiali sensibilium specierum, ubi etiam de Unitate specierum cum potentia.	202.
Art. 6. De Rebus que species sensibiles efficere possunt, ubi an detur sen- sus agens.	205.
Art. 7. De Divisibilitate, Intensione, Conseruatione, ac Districtione Specierum.	214.
Art. 8. De Muneribus Specierum Sensibilium, ubi de actinitate, & simi- litudine ipsarum, & præsertim an species sensibilis sit effectus preius.	220.
Art. 9. An Sensus erit circa sumum sensibilem.	228.

DISPV TATIO SEXTA.

De Potentijs Sensitivis, & earum obiectis in particuliari.

Articulus 1. De Numero, & perfectione externorum sensuum.	233.
Art. 2. De Organo, & Obiecto Visus, & quibus conueniat.	236.
Art. 3. De Lumine.	241.
Art. 4. De Colore.	249.
Art. 5. De Medio, Modo, & Obiecto Visionis.	256.
Art. 6. De Sensu, & Organo Auditus.	265.
Art. 7. De Sono.	269.
Art. 8. Quo pacto Sonus ad aures perueniat.	273.
Art. 9. De Sensu Olfactiue Potentie.	281.
Art. 10. De Organo, Medio, & Obiecto Gustus.	286.
Art. 11. De Organo, Medio, & Obiecto Tactus.	289.

DISPV.

INDEX.

DISPUTATIO SEPTIMA.

De Sensibus Internis à Tex. 136. & seq.

- A** rticulus I. De Organo, & Obiecto Sensus Interni, ubi etiam aper-
 dentur species infensatæ. 297.
 Art. 2. An Sensus Internus cognoscatur actus sensuum externorum, actus
 appetitus sensitivus, & proprios actus, seu an sentias seipsum cognoscere. 306.
 Art. 3. Quid sint facultates interne, quibusque conueniant. 309.
 Art. 4. De Numero Internorum Sensus. 314.
 Art. 5. De Appetitu Sensitivo. 320.
 Art. 6. De Somno, & Vigilijs, & Somnijs. 327.
 Art. 7. Vbi de aliquibus Animalium passionibus. 333.
 Art. 8. An Bruta habent Prudentiam. 337.
 Art. 9. An Bruta proprie, & perfecte discurrant. 344.
 Art. 10. Vtrum Potentia sensitiva in homine perfecte discurrat. 362.

DISPUTATIO OCTAVA.

Circa Librum tertium de Anima.

Vbi de Anima intellectua specialiter agitur.

- A** rticulus I. An omnis intellectio pro statu isto fiat necessariò per cen-
 tuerionem ad phantasma, vbi de causa talis dependentie. 368.
 Art. 2. An Intellectus actiū concurrat ad intellectiōnem, & an totaliter,
 vel partialiter. 371.
 Art. 3. De Natura, & Essentia Intellectionis. 377.
 Art. 4. De Quidditate, & Essentia Verbi Mentalis. 387.
 Art. 5. An dentur Species intelligibiles. 394.
 Art. 6. An Species intelligibiles sint necessarie ad intuitiūam notiūam. 405.
 Art. 7. De Necessitate Intellectus agentis. 408.
 Art. 8. De Quidditate Intellectus agentis; & possibilis ac de eorum distin-
 ctione. 412.

D V B. I V M.

De Intellectu Practico, & Speculativo.

- Art. 9. De Munere utriusque intellectus. 416.
 417.

DISPUTATIO NONA.

De Obiecto Intellectus.

- A** rt. 1. De adequato obiecto intellectus nostri ex natura potentie. 419.
 Art. 2. An Substantia materialis pro statu isto attingatur ab in-
 tellectu nostro sub propria eius ratione. 427.

D V B I V M.

De Accidentibus Substantiae materialis.

- Art. 3. An Substantie immateriale pro statu isto percipi possint, concep-
 tu quidditarino, & per propriam speciem. 432.
 433.
 Art. 4.

I N D E X.

<i>Art. 4. De Cognitione singularis.</i>	436.
<i>Art. 5. De Cognitione Universalis.</i>	447.
<i>Art. 6. An primum cognitum sit singularare, vel universalis, & inter universalia an magis, vel minus universalis.</i>	450.
<i>Art. 7. An Incollectus plura simul intelligere posse, uno, vel saltu diversis actibus.</i>	461.
<i>Art. 8. De Triplici Intellectus Operatione.</i>	467.
<i>Art. 9. De Cognitione Intuitiva, & abstractiva.</i>	475.
<i>Art. 10. De Cognitione Comprehensiva.</i>	485.

DISPUTATIO DECIMA.

De Voluntate hominis, eiusque Libertate.

A rticulus 1. <i>An detur Voluntas, & num ipsa sola sit libera.</i>	488.
<i>Art. 2. De Libertatis Essentia, & Quidditate.</i>	493.
<i>Art. 3. De Libertatis usu, & quomodo Voluntas sit libera, in instanti, quo operatur.</i>	497.
<i>Art. 4. De Radice extrinseca libertatis creatae.</i>	503.
<i>Art. 5. De Radice intrinseca libertatis creatae.</i>	509.
<i>Art. 6. An Voluntas determinetur ab ultimo iudicio practico intellectus.</i>	514.
<i>Art. 7. Quo pacto alterius Omissionis sit liber.</i>	520.
<i>Art. 8. De Obiecto Voluntatis.</i>	524.

D V B I V M.

<i>An Voluntas sit tantum possibilium.</i>	526.
<i>Art. 9. An vt Voluntas operetur, necessario prærequisitas cognitionem.</i>	532.
<i>Art. 10. De Intentione, & Electione.</i>	538.
<i>Art. 11. De Imperio.</i>	540.
<i>Art. 12. An Voluntas moueat potentias sibi subditas, aliquid imprimendo.</i>	545.
<i>Art. 13. An Voluntas sit potentia simpliciter perfectior intellectu.</i>	548.

DISPUTATIO VNDICIMA.

De Anima è Corpore separata.

A rticulus 1. <i>An status separationis, sit Anima rationali naturalis, vel violentus, an neuter.</i>	558.
<i>Art. 2. An Rationalis Anima, & Angelus sint forme simplices, spirituales, vel compositi ex materia, & forma.</i>	563.
<i>Art. 3. An Angelus, & Anima rationalis differentia specie, & hoc concessu, an sic etiam differentia ratione potentie.</i>	569.
<i>Art. 4. An potentiae sensitiae comitentur Animam rationalem à Corpore Separatam.</i>	573.
<i>Art. 5. De his, que Anima separata cognoscit, & quomodo.</i>	576.
<i>Art. 6. An Anima separata localiter moneri possit.</i>	583.

CON-

I N D E X.

C O N T R O V E R S I A.

De modo, quo Deus concurrit cum causis secundis, an s. eas physice prae-determinando, vel solum in effectus earum influendo, 587.

C O N T R O V E R S I A.

An prater precisiones formales, sine etiam admittenda precisiones obiective. 607.

ERRATA POTIORA SIC CORRIGENDA.

Primus Numerus Paginam, Secundus Columnam, Tertius Lineam designat.

Errata.

- ex pag. 33. column. 1. lio. 3.
- consilere 73. 1. 32.
- respicit 81. 2. 7.
- adæquate 91. 2. 8.
- glandululosa 107. 2. 33.
- breuis 117. 1. 9.
- substantiam 129. 2. 19.
- Bubionis 133. 1. 39.
- assumptu 130. 1. 30.
- distincta 146. 2. 21.
- & 148. 1. 26.
- quod tam intellectus, quam primum voluntas 154. 2. 32.

- subiaceant 166. 2. 12.
- appellatur 185. 1. 24.
- spicilla 199. 2. 26.
- otios 200. 1. 2.
- speciebus 208. 2. 29.
- dependens 216. 2. 33.
- illum 226. 1. 24.
- referunt 228. 1. 37.
- olfactus 230. 2. 2.
- lenio 262. 2. 11.
- comprehendentes 162. 2. 17.
- quid 263. 1. 25.
- luminoso 263. 1. 27.
- explicatur 263. 1. 40.
- perfectionem 265. 1. 2.

Correcta.

- ca
- continere
- despuit
- inadæquate
- glandulosâ
- brevis
- subsistentiam
- Rubionis
- assumptu
- distincte
- est
- cor. Primum, quod tam intellectus, quam voluntas.
- subiaceat.
- appellantur
- conspicilia
- alios.
- spiritibus
- independens
- illud
- referuntur
- olfactus
- lenio
- comprehendens
- quod
- luminoso videtur
- explicetur
- perfectionem

Errata
quod 265. 1. 23.
sonus 275. 2. 10.
immediate 288. 1. 7.
odoris 289. 1. 12.
vel 302. 1. 10.
procedentia 302. 1. 15.
cognitius 304. 1. 27.
gustus 311. 1. 34.
fontem 316. 2. 9.
procedit 321. 2. 31.
cogitativa 322. 1. 17.
ordinum 324. 2. 23.
fumigeratos 325. 2. 20
sic 334. 2. 23.
inflecta 336. 2. 23.
reperitur 346. 1. 8.
utilia 350. 2. 13.
Æconomius 356. 2. 33.
quoldam 362. 2. 31.
potentiam 373. 2. 20.
actum 391. 1. 17.
quam 393. 1. 30.
diskantia 461. 1. 28.
sed 459. 1. 29.
rationis 460. 1. 15.
actum 478. 1. 23.
quam 478. 2. 10.
perfectior 486. 1. 31.
dat 490. 1. 2.
istò 508. 2. 37.
abstinentiam 517. 2. 40.
vltimare 529. 1. 10.
amore 336. 10.
spetare 551. 1. 3.
concurfas 569. 2. 16.
ipſi 618. 2. 20.
formalistorum 619. 2. 31.
conuictos 620. 2. 25.
eandem 609. 2. 24.
parte 91. 2. 33.

Correpta
quod prudactus sonus
mediate saporis
nil
præcedentia
cognitæ nuditas
frontem
prædicit
cognitiva arduum
famigeratos si
fletu reperiti
futilia
Æconomios quasdam
potentia actum, quem
qua distinx
seu ratione
adu quem
perfæctio datur
ista substantia
vltimare
amore spernere
concurfas ipſe
Formalistarum
conuictus
eadem
parte



DISPV TATIONES DE ANIMA AD MENTEM SCOTI. PROLOQVIVM.

RIST. verē Philosophiae Princeps, nomine
A Sapientiae admirandus, qui primam in Phy-
sicis arcanis, celebritatem sibi suo quodam
iure vendicauit, de Anima tractaturas, mo-
re Rethorico vtens, primò auditores bencuolos, dociles, &
attentos reddere conatur, dicens: Bonorum, & honora-
bilium notitiam opinantes; magis autem alteram al-
tera, aut secundum certitudinem, aut ex eo quod, &
meliorum, & mirabiliorum est: propter vtraque hæc
animæ historiam rationabiliter vtiq; in primis pone-
mus. *Vir ingenio singularissimus, qui ceteros omnes Philo-*
sophos relinquens à tergo, in hac parte præsertim supramun-
dana Sapientia ardua superauit; de quo Themistius in proæ-
mio horum librorum, ait: cùm pleraque omnia Arist. scrip-
ta sint admiratione digna, nulla tamen commendatio est in
qua ille ingenij sui vim, & sublimitatem ostenderet, atque
in ea, quæ rationem animæ continet; siue n. multitudinem
questionum, siue copiam rerum pulcherrimarum, siue do-
cetrinæ subtilitatem quæres, eiusmodi sunt libri de Anima.
& meritò quidem, ut n. D. Aug. lib. 2. de ordine cap. 8.

A docet,

docet, duæ sunt præcipuæ in philosophia quæstiones; vna de Anima, altera de Deo; prima efficit, ut nos ipsos nouerimus; altera, ut originem nostram cognoscamus; illa nobis dulcior, hæc nobis carior; illa nos dignos beata vita efficit, hæc beatos reddit. quibus verbis S. Doctor Excellentiam, dignitatem, utilitatem, ac suauitatem scientiæ de anima, cuius explanationem aggre-dimur, euidenter ostendit. Ad hanc ipsi etiam Ethnici suos passim hortabantur, teste n. Tullio lib. Tusculanarum quæstionum, & Plotino lib. 3. Enneadis 4. cap. 1. Oraculum olim in foribus templi Delphici inscriptum monebat, quemque maximè eniti debere, ut animi naturam cognosceret: Nosce te ipsum. Et rectè utique, nam eius expe-ctata excellentia, facile sibi quilibet persuadebit, non esse in his caducis, fluxisq; rebus immorandum, qui tam nobilis eius Originem agnouerit, sed solius Dei Infiniti immē-sis Oceani aquis posse suum appetitum expleri. Nos igitur in hac præcipua Philosophia parte, particularia quedam, quæ potius historica sunt, prætermittentes, ea que digniora sunt, & maiorem exposcent discussionem, in sequentibus disputationibus pro virili parte excutiemus, & iuxta mo-rem nostrum, tutissimam semper subtilissimi Doctoris da-Erinam præ oculis habentes.

DISPV TATIO PROÆMIALIS, IN TRES ARTICVLOS DIVISA.

TRES libros de *Anima Arist.* composuit, in quorum Primo agit de Substantia, & essentia Animæ secundum antiquorum opiniones: In Secundo de eadem agit secundum propriam sententiam, non solum in genere, sed etiam in specie de Vegetativa, & Sensitiva: In Tertio tandem luculenter de Anima rationali, & eius potentij: scilicet de Intellectu, & Voluntate, ac earum obiectis; de quibus omnibus infra. Ceterum ad verba Textus exponenda non ingredimur, sed n. & tanti sunt Arist. expositores circa literam, ut iterum ea explicare, potius insultum appareat: quam sapidum.

ARTICVLVS PRIMVS.

De Subiecto Adequate harum librorum.

Sicut art. hunc resoluti q. 3. Vniuersit. conditiones obiecti enumerauit, &c. Variazunt de hoc dubio Doctorum sententia. Una est Alberti Magni, D. Thom. Egid. Cajet. Ferrar. & ex nostris Regen. Paris. & aliorum, aderentium. Animam esse subiectum, non solum in his libris precise, sed etiam ut includit libros Paruor. Natural. ita multi ex antiquis Peripat. in Prozmo. Alexander, Philop. Simpl. Them. & alijs, quos ex Recetioribus sequuntur Tolet. Ruu. Ponc. Marcus Baudun. & alijs. Altera extrema sententia sustinet corpus animatum, ut tale est, esse horum librorum Obiectum, ita Paul. Venet. Hure. Arriag. & ex nostris Taratar. Ioann. de Magil. Anton. Andr. Mastr. & Bell. & alijs. Alij distinguunt, vel n. hi libri considerantur per se, aut coniuncti cum patuis Naturabil. cum quibus quoddam opusculum conficiunt; si primo modo co-

siderentur, primæ sententia adherent; si secundo modo, secunda ab illa pulsanter, ita Apollinaris. Columb. Roccul. Ioan. de S. Tho. & quaplibet res. Livius Rabefanus recens Scottista, & benemeritus, cum in Arist. tertium in Scotti litera, in lib. de Anima q. 4. est cum 2. sent. vbi sic discutitur in primo Not. duplex est scientia subiectum scilicet materia, & formale, seu Quod, & Quo, materia, seu Quod, est id, quod principalius consideratur in Scientia, & cui cetera in eadem consideratae habent attributionem, ut corpus naturale in Physica, ens reale in Meth. formale vero, seu Quo, est ratio formalis, sub qua consideratur subiectum naturale, ut naturalitas in Physica, & entitas in Metaphysica, si quidem omnia considerantur in priori sub ratione naturalitatis, & in posteriori sub ratione entitatis. In proposito, cum corpus animatum sit hic principaliter intentum, & omnia propter ipsum considerantur in his libris de Anima sub ratione animi,

mati, infertur, quod corpus animatum, ut est quoddam totum, resolutans ex corpore naturali organico, & anima, sic subiectum materiale, seu *Quod*, Anima vero forma le, seu *Quo*. Ita præfatus Doctor.

Pro cuius decisione Not. est pri-
mo ex Doct. Subt. q. 3. Vniuersali-
um, & lib. 1. Prior. q. 2. Subiectum
multiplicitet accipi posse: Primò
modo pro obiecto alicuius poten-
tia, ut est sonus respectu potentia
auditiorum, &c. Secundò pro Seruo
respectu Domini, Servus n. dicitur
subditus, seu subiectus Domino,
&c: Tertiò pro fundamento domus,
quia subiacet parietibus, & recto.
Quartò pro subiecto in hæfionis, sic
parties est subiectum albedinis sibi
inherentis. Quintò pro subiecto
passionis, sicut homo dicitur subie-
ctum visibilitatis. Sextò pro subie-
cto prædicationis, ut in hac, homo
est animal, homo dicitur subiectum,
qua de ipso prædicatur animal. Sep-
timo pro inferiori respectu supe-
rioris, ut Aris. ait in illa regula An-
reprædicamentali: *Quando alterum
de altero prædicatur, ut de subiecto; id est
de inferiori. Octauo tandem pro su-
biecto alicuius scientia, & hoc du-
plex est, scilicet Prædicationis, & Attri-
butionis; subiectum prædicationis
est illud, quod prædicatur directe
prædicatione dicente, hoc est hoc
de omnibus contentis in scientia,*
cuius est subiectum; sic ens reale
dicitur subiectum in Meth. quia
prædicatur de illis contentis dire-
cte, cū omnia sint entia. Subiectum

vero attributionis est illud, quod
est principaliter consideratum in sci-
entia, & ad quod omnia considerata
habent attributionem aliquo modo,
vel ut principia, vel ut partes, vel
ut passiones. hic est sermo de subie-
cto attributionis, non prædicationis.

Not. 2. ex eodem Doct. ibidem;
quod ut aliquid dicatur subiectum
attributionis in scientia, tres habe-
re debet conditiones, ut diximus in
Log. & in Phyl. Prima, ut de eo pre-
supponatur *Quid est*, & *Quia est*, id est
definitio, seu conceptus quiddita-
tiuus, & existentia saltē aptitudi-
nalis vel in se, vel in alio; in se si
fuerit ens reale; in alio si fuerit ens
rationis: Secunda, ut per eius quod-
quid est, id est definitionem, demon-
stretur passiones de ipso subiecto;
definitio etenim est medium in de-
monstratione potissima: Tertia,
quod omnia in scientia considera-
ta, ad ipsum habeant attributionem,
vel ut principia, vel ut partes
componentes, sive essentiales, sive
integrales, sive remotæ, sive pro-
pinquæ, sive partes subiectiæ, vel
alio aliquo modo, gratia ipsius sint
in scientia considerata.

Not. 3. ex dictis in Log. disp. 18.
art. 2. quod subiectum proprium
partiale est illud, quod sub obiecto
totali constituitur, vnde nec prin-
cipium, nec passio aliqua vere dici
potest in scientia, partiale subiectum,
licet de illis peculiares tractatus in
scientia constituantur; & desumi-
tur ex Arist. 1. post; ubi haec tria
sunt, subiectum, passio, & principiu-

differe-

Articulus Primus.

5

differunt in scientiis, ita ut id quod res. Exemplificatur de homine, qui
habet tantum rationem principij, vt ens naturale est, speciat ad phys.
vel passionis non potest pro subie-
cto, neque partiali assignari. V.G.
Deus in Octavo lib. phys. consideratur ut principium motus aeterni;
materia, forma, & causa considerantur in primo, & secundo phys.
ut principia corporis naturalis, id-
circo non possunt dici subiecta par-
tialia philosophie, nisi subiectum
accipiatur tantum, ut communica-
tis, & predicationis; At elementa
quia non solum sunt principia mix-
torum, sed et species corporis na-
turalis in communi, ideo erunt su-
biecta, partialia philosophie. Quod
subiectum deinde subdividitur in
principale, quae erit dignior species
obiecti adequati, & in minus prin-
cipale, quae erit species minus di-
gna sub obiecto totali cōtentā &c.

Quartū recolendum est ex Log.
loc. cit. & disp. 1. Proem. Physic.
art 4. ex Doct. Subr. qu. 3. Prol.
S. Ex his &c. quod duplex est obie-
ctum in scientiis considerandum. scil.
materiale, seu Quod, & formale, seu
Quo. Primum est res in scientia cō-
siderata, quae propter indifferen-
tiā, quam habet, potest a diuer-
sī scientijs considerari, & a Thom-
istis appellatur rō formalis Quo;
Obiectum vero formale, & Quo, est
ratio illa, sub qua res a scientia
consideratur, & dicitur modus cō-
siderandi, se habens ut differentia
contrahens rem consideratam, per
quem modum una scientia ab alia
differt, licet eamdem rem conside-

re. Exemplificatur de homine, qui
vt ens naturalē est, speciat ad phys.
vt ens est, ad Mēth. vt sanabilis, ad
medicinam, vt dirigibilis in mori-
bus, ad moralem: Naturalitas, en-
titas, sanabilitas, & dirigibilias,
dicuntur rationes formales, seu
Quibus, nam per ipsas homo speci-
fatur, & determinatur ad hanc,
vel illam scientiam, & vocatur ob-
iectum Quo. Addunt Mast. & Bell.
in Log. disp. 12. q. 2. art. 1. ex Za-
barel. lib. 1. de Natura Log. cap.
16. quod cum modus considerandi
constituat obiectum in esse obiecti
talis scientie, & consequenter sit
ratio cuius passio de re considerata
demonstretur, ut naturalitas, quae
est modus cōsiderandi corpus na-
turale in Philosophia, est etiā me-
dium demonstrandi passiones de
ipso corpore naturali; hinc sequi-
tur, quod non debet iste modus co-
arctare rem consideratam secundū
esse, quod habet in se, quasi quod
res considerata plurib. inferiorib.
conueniat, quam modus consid-
erandi, sicut se habet animal respe-
ctu rationalis, sed solum coarctare
debet in esse scibili, quatenus scil.
eadem res, quae indifferens est, ut
secundum diuersa predicata consi-
deretur, a modo coarctetur ad istū,
& non ad illam considerationem,
sed esse debent aequaliter commu-
nia, ita ut de quo dicitur res consi-
derata, dicatur etiam modus consi-
derandi; & ita se habet naturalitas
respectu corporis naturalis; cuius
ratio est, quia si unum excederet
aliud,

Aliud, committeretur error ille ab Arist. assignatus r. post. c. 5. quod A. passiones demonstrarentur de subiecto inadæquato, & non proprio V. G. si aliqua scientia consideraret animal quatenus rationale, & per rationalitatem demonstraret risibilitatem de animali, tunc passio demonstraretur de subiecto inadæquato, quod est animal respectu risibilitatis, cuius subiectum adæquatum solum est homo, & non animal, & ideo homo, ut rationalis est subiectum adæquatum risibilitatis, quia conuertitur cum obiecto formalis, & modo considerandi. Quare subiectum completum, & adæquatum specificans scientiam ipsamque ab alijs scientijs distinguis, non est materiale tantum, vel formale tantum, sed ex vero constitutum, ut bene Didac. à Iesu adiuit q. 3. præm. log. vnde neque sanabilitas ut sic constituit medicum, neq; ditigibilitas philosophiam moralem, sed homo quatenus sanabilis, vel ditigibilis, & per verumque respondere debemus ad interrogacionem, per quam subiectum inquiritur alicuius scientie; sic corpus naturale, quatenus naturale est subiectum philosophiae, eas in quantum ens in Meth. &c. est tamen adiumentum, quod ly in quantum non se tenet reduplicatiuè, tunc enim facit sensum reduplicacionis, quando particula, cui additur, est causa, vel conditio, cur prædicatum conueniat subiecto, at in casu, neque naturalitas, neque

ratio entis est causa, cur hoc prædicatum, scil. esse subiectum adæquatum Philos. vel Meth. conueniat corpori, vel enti, sed ratio est, quia habet omnes conditiones subiecti, vnde ly in quantum, se tenet specificatiuè, quia specificat rationem, secundum quam res illa consideratur; Quæ doctrina communis est etiam Thomistis ex D. Thom. 2. 2. q. 1. art. 1. & Complut. amplectuntur disp. 1. Proem. log. q. 2. & inseruerit pro responsione ad P. Liuium.

Not. 5. quod illa sententia quæ assertit hos libros de Anima non consti-tuere per se partem aliquam adæquatam Philos. nisi simul cum subsequentibus libris, pura de patribus, incessu, & hist. anim. de sensu, & sensibili, & parvissim naturalibus, sat est probabilis & rationabilis, quam ex nostris amplectuntur Bel. & Mastr. & fuit clarissima sententia D. Thom. plurib. in locis, & presentem in libr. de sensu, & sensatu lect. 1. ubi ait: Intentionem Arist. in hac quare parte Philos. quæ continet tres libros de Anima, libros de animalibus & plantis, libros de sensu & sensatu, & parva naturalia, esse agere de Ente mobili animato. hinc aliqui Thomistæ de eius mente tenent subiectum attributionis hic non esse animam, sed cōpositum animatum, vel ens naturale, ut mobile, non motu locali, nec motu generationis, & corruptionis, sed motu vitali a principio intrinseco, & radicali, ita a Complut. Lisbonensis, Raymund. Mamilat.

hilat, Lermi, & alijs. Item S. Doct. ter. 64. ait: *Dicere autem irasci animam, simile est, ac si quis dicat eam rexeret, vel edificare, et in alijs libris de animalib. & plantis, seu de reb. animaliis, eborumque affectionibus in particulari, quibus premisis, sic.*

Conclusio.

Dicimus, si subiectum partiale propriè, & rigoroscatur, corpus animatum esse in his libris de Anima subiectum, sive solitariè suratur, sive cum subsequentibus libris integrum corporisculum perficiuntur, si vero amplè, & magis late subiectum accipiatur, sic animatum ipsius in communione prout est principium viventium posse pro subiecto constitui, est ad mentem. Subiectissimi in doctrina de subiecto totali, & parti- li, & Scotti, supra relatorum. conclusio duas habet partes, & quod ad primam, ita Pr. illud est subiectum adæquatum, & attributionis in his libris, quod habet omnes condicio- nes subiecti, sed corpus animatum hic est huiusmodi, ergo, maior supponitur vera ex dictis. Pr. minor, habet primam conditionem, præ- supponitur, nam quod corpus ani- matum sit, & quod conceptum ha- bear de subiecto, scilicet ens natura- le ex anima, & corpore organico constans, sicut corpus naturale ex materia, & forma; Habet secundam,

mam, simile est, ac si quis dicat eam rexeret, vel edificare, et in alijs libris de animalib. & plantis, seu de reb. animaliis, eborumque affectionibus in particulari, quibus premisis, sic. quibus verbis ostendere vult passiones demonstrari de corpore animato, non de ipsa anima. Gaudet tandem vita, que pariter animæ deficit, cum n. sic forma simplex physice, non potest esse talis, ad quam omnia alia attribuuntur, corpus vero animatum est tale, quia est physice cōpositū ex anima, & corpore organico, & sic haber principia, habet partes subiectivas, quae sunt corpus vegetabile, sensibile, & intelligibile; habet tandem passiones, quae sunt actus vegetatiui, sensitivus, & intellectuales, quae omnia ad ipsū corpus animatum reducuntur, & totum hoc est à libris sequentibus, independenter. Secundò Pr. Subiectum partiale propriè loquendo est species aliqua contenta sub objecto totali, sed anima non est huiusmodi, corpus vero animatum est tale, ergo hoc, non illa est in his libris obiectum partiale, maior est clara, minor est euidens, ani- ma, non est corpus, sed forma corporis.

Pr. Ruu. cum Tolet. Baudunio, nam ex eo, quod anima, & corpo- re organico constat, demonstran- tor de ipso vegetare, sentire, intel- ligere, &c. quae sunt eiusdem pa- siones, & ab eius principijs dimi- nantes, quae conditio animæ defi- cit, unde Arist. in hoc primo libro & alijs, neg. ma. nog. n. aiunt, ne- cessè est subiectum partiale conti- neri debere sub totali adæquato, ita ut de illo in recto prædicetur, sed sufficit, ut prædicetur in obli- quo. Non valet, nam eadem ratio- ne, materia prima, & forma sub- stan-

stancialis possent dici subiectum, in philos. quia sunt principia corporis naturalis; & termini, & propositiones possent dici subiectum in Logica, quia sunt principia Syllogismi, sic etiam & passio subiecti ponit poterit pro subiecto, quia de istis omnibus, subiectum prædictatur in obliquo; & ita esse confundere rationem subiecti cum ratione principij, & passionis; & subiectum attributionis, cum subiecto communitatatis, & prædicationis. Neque etiam placet aliud Ruu. assertum, hic per se agi de anima, & de illa probari passiones tamquam de principio, ratione cuius conueniunt corpori animato, vnde cognitis passionibus de principio, sat is est illas corpori applicare.

Non valet, passiones n. demonstrari debent de subiecto primo, p se, & immediato, ac quamvis anima sit principium formale, non est tamen ad equatum, nam hoc est tota quidditas. Tum quia obiectum per se intentum à scientia se habet ut finis, sed principia, & passiones non sunt huiusmodi, sed potius intenta sunt propter subiectum, ergo habere non possunt rationem subiecti. Tum qz sicut se habet scientia ad scientiam, ita subiectum ad subiectum, sed scientia huius tractatus est pars subiectiva philosophie naturalis, ergo eius subiectum est pars subiectiva subiecti naturalis philosophiae; subsumo, sed obiectum philosophiae naturalis in coi, non est anima, sed corpus, ergo cor-

pus erit etiā in his libris subiectū, cū additione speciei sib ipso obiecto in communi contenta, qz in causa est corpus animatum; ita ut sicut corpus naturale totale diuisū fuit in primum partiale, putā in corpus naturale simplex in lib. de Cœlo, & deinde in corpus naturale mixtum in lib. de Generatione, ita eodem ordine descendere debet in lib. de Anima constituendo corpus naturale animatum.

Tenendo aliam sententiam, quod libri de anima simul cū subsequentiibus, integrum hoc constituant opusculum, sic conclusio nostra adhuc confirmatur: Corpus animatum tunc perfectè cognoscitur, quando consideratur quod ad formam, quod est anima, quod ad materiam, quod est corpus, & quod ad proprietates, ut sunt operationes vitales, & similia. Prima cognitione habetur in lib. de anim. Secunda in lib. de partib. incessi. hist. animalium. Tertia habetur in reliquis libris de. Part. Natural. ergo corpus naturale animatum, & completum erit subiectum in his libris, & est doctrina conformis sententiae D. Thomi qui 1. phys. le&. 1. ait: de animatis vero in libris de anima, & consequentibus ad ipsam, ita ut mens S. Doctoris fuerit (secundū Potiores Thomis.) quod tres libri de anima cum subsequentiis libris faciant unum completem opusculum; vnde iuxta eorum principia sic discurrunt: Arist. in lib. phys. egit de corpore mobili in communi; in libris de Cœlo de corpore mobi-

mobili incorruptibili secundum substantiam, & mobili secundum locum, in libris de Generat. de corpore generabilis & corruptibili s. de elementis, & mixtis, ergo in his libris agere debuit de corpore mobili animato, & de anima in ordine ad ipsum. Ita M. Jacob. Bruns lib. de an. q. 2. art. 2. & recte q. dem, sic in fernatur rectus ordo & descendens subiecti totalis in obiecta inferiora, & partia ha, predicationis n. superioris de inferiori debet esse in recto, formalis, & quidditativa, non in obliquo, & iste ordo debet seruari à Thomistis, & Scotistis, ut rectius, & magis consequenter loquantur iuxta eorum principia de obiecto partiali sub. obiecto totali. Afferunt etiam Thomisti huius sent. aliam locum D. Tho. hic lect. 2. ubi inquit tractari hic prius de non animata in communione, in alijs libris de animalib. & plantis, seu de reb. animatis, eorumque affectionibus in particulari, quid clarius? tis animata non est anima sed corpus animatum, velens mobile animatum, -1. Quod ad aliam partem & sv quod si subiectum partiale futuratur magis ample, & impropriè, prout supponit pro omni eo, quod aliquo modo à scientia consideratur, sic anima pro subiecto statui potest, vere o. hic Arist. de ipsa anima agit cum in se, cum quod ad suas species, non ramo omnibus modis, quibus cognoscibilis est, aliada ad Meth. nō spectaret, sed prout principium, & forma est corporis naturalis animati. Etiam Philosophia

agit de materia, & eius proprietatibus, sicut etiam de forma, ac de eius speciebus, & affectionib. at nō per hoc de illis directè, & ultimata agit, sed omnia ad corpus naturale, ut ad subiectum adæquatum, & attributionis reducuntur; sic in proposito, potentia sensitiva, & vegetativa, de quib. hic agitur, conciunt primò toti composito, ita ut non solum in esse rei, anima, & cognitione ipsius ordinabilis est ad corpus, & eiusdem cognitiones, sed et in esse scibilis, fons n. philosophiae est completam tradere cognitionem corporis naturalis in communione, & iusq; specierum; ceterum, quidqd considerat, in gratiam istorum considerat, atque ideo in tantum de anima agit, in quantum corporis animalis cognitioni inservit, quod præcipuum obiectum est. Aduertimus tamen quod cum dicimus, animam hic considerari, ut principium corporis animalis, non accipimus principium formaliter pro illa relatione ad principiatum, sed fundamentaliter, pro entitate illa, quæ fundamentum est talis relationis, sic n. de essentia est corporis animalis, illudque constituit.

Quantum ad illam sent. Patris Lijii, quod anima in his libris sic subiectum formale quæ in sensu quo ipse loquitur, se exemplificans de naturalitate respectu corporis naturalis, parcat mihi. Ratio est, quæ ex 4. notabili, obiectum materiale, & formale debent esse à qualiter communia, ita ut de quo diciatur

erit unum, dicitur alterum, & ita se habet naturalitas respectu corporis naturalis, de quo uero prædicatur corpus naturale, prædicatur, & naturalitas, & quæ motus dicitur prima passio corporis naturalis, dicitur etiam prima passio naturalitatis; & quæ corpus naturale est principium motus, & quietis, sic etiam & naturalitas, at in casu non ita se habent corpus animatum, & anima, ergo non bene assumitur anima pro subiecto formalis quo, in eo sensu, pro formalitate, & modo considerandi. Maior est evidens, minor est ipsius Petri Liuij, ubi loc. citat. Secundo notandum, &c. conditiones subiecti expendens, ait: Habet etiam corpus animatum secundum conditionem, nam ex eo, quod consistat anima, & corpore, demonstratur de ipso vegetare, sentire, intelligere &c. que sunt eiusdem passiones dimensiones ab ipsis principiis intrinsecis, hac ratione conditione deficit anima, quandoquidem Philos. in hoc p. fib. evo. 64. inquit: Diversa autem irasceri nascuntur, similes est, ac si quis dicat eam sentire, vel adficare &c. Deinde loqueas de tertia conditione ait: habet similiter, & tertiam, que pariter deficit anima &c. Si ergo obiectum materiale, & formale s. i. Quid, & Quid, salis fonte naturæ, ut sint æqualiter communia, & affectio quæ competit vni, competit alteri, ut patet de corpore naturali, & naturalitate, quomodo corpus animatum, & anima hic se habent, ut obiectum materiale, & formale, si passio, quæ competit

corpori animato, deficit anima &c. Item obiectum formale non est pars obiecti materialis, sed modus considerandi, illud restringente, patet de naturalitate, quæ non est pars corporis naturalis, nec principium, sed potius cuncta quidditatis & essentia, principia vero eius sunt materia, & forma, ut anima est pars, & principium corporis animati, ut etiam idem Doctor ibide facetur, ergo non potest anima pro obiecto formalis in his libris constitui, sicut neque materia, & forma sunt obiectum formale in. Philos. respectu corporis naturalis, neque termini &c. propositiones sunt obiectum formale syllogismi in Log. & ratio est, quia haec sunt principia talium obiectorum, in scientijs autem debemus distinguere inter principia, subiectum & passiones, & maxime ex nostro Subtilissimo Doctore. Remaneat igitur, quod obiectum partiale in his libris, materiale, & formales simul, sic corpus naturale, animatum, ut animatum est; Quia n. corpus animatum considerari potest, ut ens est, ut naturale est, ut mixtum est &c. hic restringitur, & consideratur ut tale est, ut scilicet consistans est ex corpore naturali organico, & anima; & haec est ratio formalis, seu obiectum formale. Quid, non ipsa anima, quæ est pars, & principium corporis animati.

Objectiones.

Ob. Traæatur iste inscribitur de ani-

animā, non de corpore animato, subiecti sibi vindicare non potest; ergo anima, & non corpus animae- Ob. illud est subiectum in scien- tum erit in his libris subiectum de- tia, de quo primò notitiam querim- nominationis, & attributionis. Re- us, partes subiectivas, & prop- spondent atque cum citato Doct. prietates investigamus, sed haec de negando conseq. de subiecto Quod, anima ab Arist. inquiruntur, non & concedendo illam de subiecto de corpore animato, ut patet in Quo, sicut Philosophia inscribitur Proem. vbi ait: *Querintus autem contemplari, & cognoscere naturam ipsius, & substantiam, postea quocunque acci- dum circa ipsam, quoniam aliqua proprie- naturalis ratione naturæ, & natu- ralitatis, quæ est eius subiectum.* officie, quin corpus naturale sit subiectum Quod eiusdem. Sed quia hoc doctrina iam profigata est, ideo possum respondere propositum, ut in lib. de Cœlo de subiecto ibi assi- gnato, negando conseq. non n. inscriptio librorum semper delu- menda est à subiecto ad equato, sed aliquando etiam à parte principia- bori, seu nobiliore specie, contenta sub objecto totali, ut in casu &c.

Ob. in his libris non definitur corpus animatum, sed anima tan- tū, ergo anima erit hic subiectū, via .n. ex tribus conditionibus est, ut subiectum habeat definitionem. *neg. conseq. & ad probationem,* dicimus, non oportere subiectum definiri iā, eadē sciētia, sed factis est de illo. *præcogosci* quodquid est anima verò est pars, & quæ de par- te disputatur, per se ordinantur re conceptum definitibilem. Etiam ad totum.

in Phys. definicar materia, motus, Ob. cognitio potentiarum, pa- &c. quæ tamen subiecti rationem sionum animæ, & ipsius corporis non habent, licet igitur in his libris per se primò dependent ab ipsa- definiciatur anima, definitur tamen anima, qua cognita, & quib. pa- in gratiam corporis animati, cuius sionib. & potentij de illa proba- ipsa est formale, & essentiale prin- tis, nihil aliud requiritur proban- cipium, & consequenter cogni- duum, & cognoscendum, ergo salte-

quod ad cognosci, & in esse scibili, corpus animalium dependet ab anima, ergo haec non corpus animalium erit in his libris subiectum, ita Tolet. Baudou. & alij. p. neg; antec. cognitione etenim passionum corporis animati non dependet per se primò ab anima, sed à forma to- fuisse ab anima vultò per se secundò baret, esset pariter contra Tolet & tamquam à principio principalio. Rui. nam sic sola anima rationalis Tum quia si haec ratio valeret, probaret non corpus naturale esse subiectum in Philosophia, sed forma substantialis, à cuius cognitione corporis cognitione dependet. Non igitur ex dependentia, sed ex intentione artificis subiectum in scientia desumendum est, ut sspè in Log. exaratum est.

Ob. passiones animæ rationalis non solum illi conueniunt, ut principio, sed etiam ut subiecto, nam ipsa est quæ immediate intelligit, vult, &c. ergo cognitione hominis, ut intellectui ab ipsa anima dependet, & quia de homine ut rationalis est, non agitur in reliquis libris, sed in istis, sequitur, quod hic non corpus animalium, sed anima sit subiectum. Ex. ut supra, passiones animæ rationalis pro statu isto conuenire ipsi Animæ coniunctæ, ut principio Quo, non ut Quod, actiones, n. sunt suppositorum, & res animata est, quod vivit, sensit, intelligit, &c. & ideo dicebat Arist. dicere animam irasci simile est, ac si quis dicit etiam texere, vel adficare &c.

Oo. si anima non esset in his lib. subiectum, non esset nobilior ceter-

ris scientijs naturalibus, at hoc est contra Arist. in tex. ergo Pr. seqꝝ, nam scientia nobilitas ab obiecto metitur, sed corpus animalium in ita. Mastr. & Bell. si argum. quid p. g. genus n. sicut est corpus animalium est imperfectius speciebus. Rui se p. g. baret, esset pariter contra Tolet & etat. nam sic sola anima rationalis esset hic subiectum, cum sit species animæ perfectior, non anima in communis. Ad argum. negatur se quæla maioris, haec n. dicitur ab Arist. nobilior ceteris partib. philosophie naturalis, comparatiæ, in quibus objectum non est aliquid vivens, ut libri phys. de Cœlo, & Mundo, de Generat. & Corruptione, ac Meteoris, hic vero agitur de obiecto viuente, quod semper non viuente nobiliter est, siue genitus sit, siue species.

Rt. 2. P. Liuius, retorquendo argum. contra Rui. Nam etiam anima in communi, de qua loquimur, genus est ad animam vegetativam, sensitivam, & rationalem, & ita non esset nobilior qualibet scientia, quæ genus est imperfectius speciebus. p. 3. neg. minorem in probatione, sequelæ, corpus n. animalium nobiliter est anima, & ratio est, quia composita sunt meliora, & perfecciora simplicibus, quia magis a. Qualia, ut sspè cum Subtilissimo, inculcatum est ex 1. fent. d. 8. q. 1. ad 1. & in 4. d. 12. q. 2. E. & fuit etiam doctrina D. Thom. i. p. q. 3. art. 7. hinc composita direc-

ponuntur in predicamento, nō autem forma substantialis cū sit pars totius, & partis, ergo supposito ipso corpus animatum sit hic subiectū pro ut comprehendit lib. de anima, de animalib. & subsequentib. sequitur, ut non possit esse subiectū & in hac parte in tres libros de anima. &c. ut in Log. quæst. ptoq. art. 5. ex. Doct. q. 3. Vniuersalium. majorem esse veram eodem modo, adiuvato modo, nihil obstat; Unde ipse loc. cit. posuit pro subiecto adequato totius logicę Syllogis. & postea etiam Syllogis. pro subiecto unius partis. s. lib. Priorum. Ratio est, quia aliae passiones demonstrantur de subiecto in tota Logica, aliæ verò in lib. Prior. ita in casu, non inconuenit assignare corpus animatum pro subiecto potentiali in tota viuentium scientia, assignare deinde pro subiecto horum librorum idem, ratione passionū tātum animæ in communi cōuenientium.

materia depender, cuiusmodi sunt vegetativa, & sensitiva; quæ ex potentia materiæ educuntur, ut habentur etiam 2. Generat. animal. cap. 3. & 6. Meth. cap. 1. text. 2. Ratio est, quia ad Physicum spectat agere de formis in materia sensibili existentibus generabilibus, & corruptibilibus ex 1. phys. tex. 83. ac animæ vegetativa, & sensitiva sūc huiusmodi, dependent n. in fieri, & constituant à materia; ergo &c. Solum igitur dubium est de anima rationali, quæ ex Philosopho 3. dō an. cap. 1. & 2. est ens perpetuum, immobile, & honorabilissimum, atamen, quia anima rationalis ad hoc est forma corporis naturalis, in quo, & cum quo operationes exercet naturales, ut est vegetare, sentire, nutriti, &c. meritò controvèrtitur, an anima hæc sp̄et ad scientiam naturalem, an potius ad Diuinam, quæ est Metaphysicæ, an potius constituenda sit tertia, scientia de vtræq; participans, quæ speculetur naturam animæ rōnalis?

Tres extant Doctorum sententiæ. Priora est Boet. Simpl. Themis. Philop. & aliorum, afferentium scientiam de anima, ne quo est simpliciter Physicam, ne quo Metaphysicam, sed medium inter eam tranque, quæ potius mathematica appellari debet; sicut n. Mathematica communicat eum naturali, quia quantitatem in reb. naturali de part. animal. cap. 1. vbi docuit bus existentem considerat, & cum physici esse tractare de anima, dicitur sub abstractione à materia, ita an;

ARTICVLVS SECUNDVS.

An Anima rationalis sit physica considerationis.

SVpponimus pro intelligentia tamquam certissimū apud omnes, animam vegetativam, & sensitivam, quia in fieri, & constituant à materia, spectare direcione ad philosophiam naturalem, & fuit expressa doctrina Arist. lib. 1. de part. animal. cap. 1. vbi docuit bus existentem considerat, & cum physici esse tractare de anima, dicitur sub abstractione à materia, ita

anima rationalis, quia secundum substantiam separabilis est à materia, & secundum operationes est corpori materiali immista, non potest simpliciter ad metaphysicam spectare, quia tantum res separatas considerat, neque ad physicam, quia res materialis coniunctas contemplatur; ergo potius ad mathematicam, quia de veraque participat.

Secunda sententia est Auerrois 2. phys. com. 26. D. Thom. 2. ph. ad tex. 26. Toletiq. 2. de an. Iordan. Auic. Hug. & aliorum, assertantium scientiam de omni anima, etiam de rationali, esse simpliciter naturalem.

Tertia distinguit de anima rationali, vel n. consideratur, ut unita corpori, & sic est physica considerationis, vel ut ab eodem separata, & ita ad Metaphysicam spectat; ita Conimb. hic q. vn. art. 2. Ruu. q. 1. assert. 3. Quat. in Meth. disp. 1. sect. 2. num. 8. & ex nostris Catharenensis in proem ad lib. 1. de man. Merinero ibidem q. 2. Mastr. physicae speculations est, sicut & Bell. hic qu. proem. Baudunius, lib. 1. de ani. sect. 3. & aliij. sumus cum hac ultima sententia.

Pro eius declaratione supponendum primò quod estò anima rationalis secundum suam entitatem sic spiritualis, & incorporea, ex quo capite deberet cum Angelo ad Metaphysicam pertinere, quia tamen non est substantia completa, sicut illa, sed pars constitutiva en- tis corporis organici, hinc ab eo.

diversificatur, ne dicit secundum entitatem, sed etiā secundum modum operandi dependenter à corpore, & à phantasmatisbus, ex quo sequitur, quod sicut Angelus ratione sua immaterialitatis completez necessariò spectat ad scientiam metaphysicam, ita anima ratione sua entitatis incompletæ, per quæ à corpore depèdet in informando, & operando, debet necessariò ad scientiam naturalem pertinere.

Supponendum secundò, quod anima rationalis duplē habet statum, unum in corpore, in quo à Deo creatur, alterum extra corpus, à quo per mortem seperatur; si in priori statu consideratur, certum est ad scientiam naturalem spectare, sic n. est forma corporis; si in posteriori statu, quia tunc subsistentiam habet omnino indepen- dentem à corpore, & ferè ad modū Angeli est in loco, localiter move- tur, & absque necessaria connexione ad phantasmatu intelligit, hoc modo considerata, scientia metha-

cum. Supponendum tertio, Animam rationalem etiam in separationis statu posse duplicitate considerari, vel pro ut dicit aptitudinem ad vocationem iteratam cum corpore, vel secundum suam absolute entitatem, præcisa quacumque relatione ad quali, vel aptitudinali ad corpus organicum, cuius dicitur actus. Primi modo inspecta, ratione habet partis, & est natura secundò phy-

physicorum definita; si verò secū. Rhyl. test. 22. &c. 6. Meth. cap. 5. do modo consideretur, tuus anima rationalis habet rationem totius, cui sibi conuenient, & modus essendi, & modus operandi, ac si substantia spiritualis esset, & omnipotè completa; at quia hic modus considerandi metaphysici est, sequitur quod anima rationalis in tali statu considerata, ad scientiam Diuinam attineat, his præmissis.

Conclusio Prima.

Dicimus primò sciençiam de anima uniuscimè, & absolute simpliciter, speküare ad Philosophiam naturalem, et cōis, & ita. Pr. cuius est considerare totū distinctè, cuius est etiam consideratio- se. partes, sed totum corpus anima- cum, & cuius precipua pars est anima, per se, ac distinctè à Philolo- pho naturali consideratur, ergo de anima eiusdem erit consideratio- nis. Mū. est euidens, Ma. Pr. totū nequit distinctè cognosci sine suis partibus, cùm sint de sis quiddi- tate, & essentia, ergo eius est con- siderare totum, & pot. lē, eiusdem etiam erit partes illius totius con- sideratio.

Conclusio Secunda.

Dicimus secundò, animam rationalem in speculatori, sine actu mentali corporis, siue separatae, cum aptitudinali causen de- pendenti ad corpus, munus est Philo- phi naturalis, et communis Doctri- nibus pro 3. sent. Pr. quod ad pri- mariam partem: de natura speculatori speciat ad Philos. naturalem: ex 2.

sed anima rationalis corpori unita est natura, ergo &c. ma. patet. Min- præquia natura est principium mo- tus, & quietis eius, in quo est, por- ses, & non secundum accidens ex 2. Phys. 1. sed anima rationalis cor- pori unita est huiusmodi, est etsi- num principium risus, letas, admis- tationis, locutionis, motus loca- lis, & aliorum, q. sunt motus phy- sici, ergo &c. Tum quia natura di- uiditur in materiam, & formam ex 2. phys. sed anima rationalis est forma corporis humani, vt defini- tum est de fide cap. Firmiter de Sum. Trinit. & Rite Catholica, ergo &c. Se- cunda pars ita probatur: eiusdem scientie est speculatori obiectum in- potentia, & actu existens, cùm ei- feneratice non differant, & ad idē spectent prædicamentum: At ani- ma rationalis, vt actu corpori uni- ta, à quo in suis operationibus de- penderet, est obiectum consideratio- nis physicæ ex dictis, ergo etiam ad eamdem spectabit, vt apertudi- nem dicit ad corpus, & ad huius- modi operationes à corpore depé- dentes.

Conclusio Tertia.

Dicimus tertio, animam rationalem in statu separationis considerare in sua en- sitate absolute, precisa quacumq; relatio- ne, id est actuali, quād aptitudinali ad corpus informandum, & cum solis attri- butis statui illi conuenientibus, munus est Metaphysici. Et etiam conformis doctrina pro 3. sent. & patet ex 1. Phys. tex. 83. & 6. Meth. tex. 2. &

3. vbi

Z. ubi habetur quoddam formam sepal physi & tex. 17. & seq. ergo &c. p. rabilis à materia, & perpetua spe negando min. Anima etenim cum & ant ad primam Philos. sed anima sic forma corporis debite organi- rationalis in statu separationis est zati ex 2. de an. & tex. 6. est natu- huiusmodi, non solum secundum entitatem, sed etiam secundum ope- rationes ex. Aris. 3. de an. & tex. 19. & seq. ergo anima rationalis in statu separationis, abstrahendo tñ ab illa aptitudinali relatione, ad primam Philosophiā spectat. Con- firmatur in tantum anima spectat ad Physi. in quantum est pars ho- minis, & forma corporis humani. & quo dependet saltem aptitudina- liter in operando, ergo anima ra- tionalis in tali statu considerata, nec est pars hominis, nec forma corporis, sed totum quoddam spi- rituale, per se subsistens, operans omnino independenter à corpore, intelligit. n. & vult. independenter à phantasmate, est in loco diffici- liè, non dimensiùè, &c. ad modū Angeli; indè sequitur, quod sicut Angelus ratione harum condicio- nrum, non spectat ad Physi. sed ad Met. ita pariter de anima in statu separationis afferendum est.

Obiectiones.

Ob. contra 1. Concl. ad Physici spectat considerare naturam, seu entia naturalia ex 2. Phys. & tex. 3. sed anima non est huiusmodi, erga &c. Pr. min. natura est principium motus, & quietis, sed anima non est talis, saltem. ve se extendit ad gradum intellectuum, intellectio- & volitio non sunt ratiūs ex 7. ratiū, non sit munus physici, con- dera-

ta, quam materia ex 2. phys. tex. 12. & 21. Ad probationem, dicimus animam intellectuum non solum esse principium intellectus, & volitionis in homine, quæ nō sunt rigorosè motus, sed etiam nutritionis, augmentationis, alter- rationis, locutionis, risus, fletus, & aliarum operationum, quæ sunt veri motus, respectu quarorum anima verè dicitur natura.

Ob. Physica agit de ente natu- rali, quod est compositum ex ma- teria & forma, sed anima caret ma- teria cum sit ab ea separabilis sera- go ad. Metaphysicū eius consi- deratio spectat, nō ad Philosophū. Ob. Physica agit de subiecto attri- butionis, agit etiam de anima, ve de parte principali talis composi- ti, & ad eamdem scientiam perti- nec agere de toto, & partibus.

Ex his deducitur, quod licet ad anima rationalis secundum suum proprium entitatem non sit cor- ruptibilis, potest tamen dici cor- ruptibilis per accidens, seu parti- cipatiūè pro statu isto, quatenus est forma corporis obnoxia, vt est homo, enīs ista est pars, ac conse- quenter licet agere de anima secu- dum entitatem absolutam separa- ta à corpore secundum esse, & ope- rari, non sit munus physici, con- dera-

deratio tamen de eodem, ut corpori unita actualiter, vel aptitudinaliter, attinet tantum ad philosophiam naturalem.

Ob. Anima potest operari in corpore, sinephantasmate, ergo non est natura, & ita non pertinet ad Physicum. R. anima non potest naturaliter operari sine recurso ad phantasmata, quia tamen recursus est penalis in se. Scoti, & potest supernaturaliter sine tali recurso operari, ut patet in exstasi, acciden-
tia quia ex alio capite habet, ve-
fit corporis passus, & aptitudinem
habet in intellectu ad sic intelligen-
dum, quia aptitudo est ab eo in-
paribilis, licet sic eius actus sepa-
rabilis, secundum hanc considera-
tionem, adhuc spectat ad Physicum,
ideoque conseq. nulla.

Ob. contra 2. ex. 1. de partibus animal. cap. 12. ubi expressè habe-
tur animam intellectuam non per-
tinere ad Physic. ex hoc medio pre-
fertim, quia si Physicus considera-
ret per se animam rationalem, seu
intellectum, nulla alia scientia da-
retur praeter Philosophiam, sed hoc
est fallax, ergo & id, unde sequin-
tut; Pr. sequela ma. Ad eamdem
scientiam attinet agere de relati-
vius, sed intellectus, & intelligibile
sunt relativia, ergo si ad Phil. spe-
ctat, per se agere de intellectu, ad
eundem spectabit de omni intellic-
ibili agere, sicut ad eamdem sci-
entiam spectat agere de sensu, & sen-
sibili, quia obiectum intellectus est
totum ens per Doct. id est, Ens ut

ens, quod est subiectum in Meth-
mi. est euidens, quia præter physi-
cam, datur etiam Methaphysica, &
multæ scientiæ morales. R. neg-
seq. ad prob. concedimus, quando

ista relativia se respiciunt non solù
quod ad materiale, sed etiam quod ad
formale, per quod scientiæ specifi-
cantur; non tamen valere si unum
relativum consideretur uno modo,
alterum verò diuerso modo; sic in
proposito, quando anima, seu in-
tellectus consideratur præcisè in
sua entitate absoluta, non solù
se separatus a corpore, sed etiam
præcilius ab aptitudine ad corpus,
tunc intellectus spectat ad Meth. &
eius correlatiuum proportionatum
est ens, ut ens, quod est obiectum
in Meth. quando verò considera-
tur in altero statu scilicet cum est cor-
pori unitus, vel a corpore separa-
tus, sed cum aptitudine ad corpus
informandum, tunc talis potentia
spectat ad Physicum, ac conseqüe-
ter eius correlatiuum propor-
tatum erit ens naturale, & ita in-
telligendus est Scot. dum ait, obie-
ctum intellectus esse totum ens, ac
cipiendo semper intellectum, & in-
telligibile in eadem consideratio-
ne, & abstractione, in quo sensu sunt
verè, & adequate correlativa, nō
in dispare, & in æquali considera-
tione; sensus verò, & sensibile sem-
per eundem modum considerandi
habent, ac propterea non currit
paritas.

Ex his omnibus colligitur, non
esse necessariam aliam distinctam

C scien-

scientiam pro anima tenenda ut rationem nobis innotescat, ita summa prima sententia autem habet, superposita n. quod scientia distinguatur ex obiecto formali, & variori modo considerandi, & anima ipsa duplice statu considerari potest, ex hoc fundamento, ad unam, vel ad alteram scientiam redigibilis est, absq; multiplicatione alterius tertiij generis scientiarum.

ARTICVLVS TERTIVS.

An de Anima sc omittit simptib; et de Cœlo sit scientia.

Sed dubium hoc resolvit in aliis sent. d. 23. quod in his aliis & in aliis ibi ita discurrit: Potest anima duplicitè considerari, vel in se, & secundum suam entitatem, vel quod ad nos, & propter hoc isto; Primo modo anima est res stabilis in se, scibilitas non est passio entis, & cuiuslibet entis; Secundo modo potest intelligi duplicitè, uno modo à priori, & sic anima non scitur, siquidem hoc modo res tantum sensibiles scientur, cum nihil sit in intellectu, quin prius fuerit in sensu in lib. de sensu, & sensibili; quis igitur anima est forma substantialis in se sentienti non potest; Atio modo ab effetu, & à posteriori, in suis s. l. operationibus, & ita anima benè cognosci potest, nam eius operationes, tūm vegetatiu; tūm sensitivae, tūm etiam rationales, quæ in nobis experientur, ostendunt animam, à qua huiusmodi operationes procedunt; ita ut sicut materia per diuersarum formarum uicem.

tationem nobis innotescat, ita summa per diuersas operationes. Pro hujus intelligentiæ notam agit. 1. quod anima ex multis operationibus praesertim potest nobis ostendendi, potest ex motu cognitione, & figura. Circa motum, scientiam duplicitè compositam est, scilicet ad motionem se habere, & quod in se anima uocari. Non manu corporis, ut rigens, levigans, levigata, &c. sed aquam, quod dicitur minucos, & mouentos, ad loca tam menende certinata, valvula sursum, gravata deorsum, quidam tandem mouent, & mouentur indecedunt a se, & cognitione eas per se opponendas, ut animalia, hoc est proprie, sic continuatur, hic motus differentia a prioribus non competit animalibus per materiali, quia essent eiusdem rationis in omnibus, sicut ipsa materia, quod est substantia organo per formam, quæ non est nisi anima.

Altera via est cognitione; exprimitur in aliquo entia cognoscere, & aliquo non, ut equus cognoscit ordinem, non autem tapetis, organo ei quius habet formam cognitionis, quæ non est nisi anima. Item cognoscimus nos præditos esse intellectus, quia experientur nos scire universalia, relationes reales, entia rationis, &c. quæ nequeunt per sensum cognosciri, ex quo deducimus notari ac formam habere, à qualiusmodi cognitionib; ex parte provenient, quæ non erit, nisi basima intellectu; ex his duabus vijs animam cognolescendi meminit Aristot. i. deu. A. t. 19. vbi afferit prædictis Philo-

Ieſophoros apud hanc per motum, & cogitacionem animam inquisisse.

Tertia via est figura hæc exteriore sensibili, quæ maximum formam substantiam comitatur, hinc illa qui Philolophi arbitrari sunt non aliam esse formam substantiam quam externam figuram revera tamen nos ista est, sed apud eos comes & figuram, siquidem pro diversitate naturarum. Autem naturæ vias diffinkit figuræ. Unde Arist. L. Meth. c. 2. ob hoc laudet n. spm, quia rerum differentias manifestat, quæ utique per figuratum diuersificatum percipit, iuxta agitur experientia aliqua esse homogeneas, ut lapides, elementa, &c. aut heterogeneas, ut animalia, & plantæ. inferimus, quæd aliae sunt formas homogeneorum, & aliae heterogeneorum, & in his non sunt in aliis recte visuæ.

Notandum est de aliis, habentur scivit via demonstrativa, in qua etiam necessaria; Primum, ut sit aliquod transversale, quia scivit via non est singulariter, quæ corrupibile, uno ex g. Meth. c. 1. Secundum, ut habeat existentiam, scilicet possibiliter in rerum natura. Tertium, ut habeat passiones de ipso demonstrabiles, has enim scivit, inquirit, ut habeatur, q. Meth. c. 2. & tandem Quartum, quæd habeat causas & principia, & partes, ut colligitur ex Arist. L. Meth. c. 12. & 1. posti e. 23. his haec hicismus respondere vniuersa concilia, sive

Conclusio.

Anima in communi sumpta non est scibilis pro statu isto a priori, & infra, sed tantum a posteriori. Pr. prima pars: Pro hoc statu, qd non est seu sibile, non est intelligibile, per Phileosophum i. post. c. 1. & pluribus alijs in locis, sed anima in se considerata sibi est in se sensibilis, ergo &c. Pr. min. forma substancialis non potest in se sentiri, quia sensus nostrus non le profundat, vsque ad sensiblantiam, sed anima est forma substantialis, ergo &c. Tum quia sic us, mæseria non est secundum se cognoscibilis, sed solum per analogiam ad formam ex i. phys. texti 69. ita & forma cum sit substantia pro hoc statu non est ex se cognoscibilis, sed in ordine tantum ad proprias operationes. Pr. 2. pars, quod scitur tantum per effectus scivit a posteriori ex Arist. i. post. c. 10. sed anima pro statu isto cognoscitur tantum per suos effectus, nempe per suas operationes, ergo &c. Item quod habet conditiones scivit, seu scibilis, de eo est scientia, sed anima est huiusmodi, habet q. amissas repletas conditiones, ergo Pr. mi. hic n. discutimus de anima in communi, quæ est una ex conditionibus requisitis, habet e. xiiij. regijs in rerum natura, non solam possibiliter, sed actualiter, habet passiones de ipsa demonstrabili, habet causas, habet in. potentias materialis, sive vegetativas, sensitivas, & intellectivas, quæ sunt veluti passiones de ipsa demonstrabili, habet

causas, & principia, quæ sunt eius definitiones, quas tradit Arist. 2. de an. à tex. 6. habet tandem partes subiectivas, quæ sunt animal, vegetativa, sensitiva, & intellectua, scū rationalis, ergo &c.

Objectiones.

Ob. contra primam partem conclusionis: Quod scitur per propriam definitionem scitur in se, & a priori ex i. post. c. 10. sed anima scitur per suas definitiones ex Arist. 2. de an. tex. 6. per illas n. demonstrantur eius passiones de ipsa, quod proprietate est scire, ergo anima est scibilis a priori. **Re. cōcedendo mi.** sed mediatè, nō immediate, si quidem prius cognoscimus operationes, deinde ex illis a posteriori inquitimas quid sit anima in se, & tandem per eius quodquid est demonstramus illius passiones de ipsa.

Ob. contra 2. partem: omne intelligibile ab intellectu nostro, debet esse sensibile ex Arist. lib. de sensu, & sensato, sed anima non est sensibilis, quia nō cadit sub sensu, ergo neque sub obiecto intellectus cader. **Re. ad ma.** intelligibile debet esse sensibile vel per se, vel ratione alterius, tunc ad mi. dicimus quod anima cadit sub sensu per accidens, scū per aliud, nēmē per suas operationes, quas in compagno exercet, cuius ipsa est pars. **Re. 2. ex doct. in 4. d. 43. q. 2. art. 1.** ma. esse verā de illo, quod cognoscitur directe, scū auctu recto, sicuti

est cognitio lapidis falsam verō de cognitione arguitiuā, & reflexa, nam sic cognosci potest ceterā quod nō est sensibile, sed spirituā, quo modo cognoscuntur operationes animalia intellectuā; & quā causa, & effectus simul suat, & non sunt cognoscendo operationem intellectui, cognoscimus etiam intellectū, & eius causam productiū.

Ob. scientia est de aliquo toto, & subiecto, at anima non est totū, sed subiectum, sed pars subiecti, ergo de ipsa non est scientia. **Re. neg. mi.** licet n. anima respedita cōpositi animali sit pars, si per se tamen consideretur, est genus quoddam, alias species sub se habens, ut sunt anima vegetativa, sensitiva, intellectua, & hoc totum adscientiam requiritur.

Ob. si de anima esset scientia, sequeretur idem esse sciens; & scientiam, siquidem ipsa cognosceret, & de ipsa esset cognitio, at hoc est falso de hominibus, & solūm cōcessum intelligentiis, ut sint cognitae, & cognoscantia, ergo de anima non est scientia. **Re. neg. mi.** nam etiam anima rationalis hoc prīlegio potiri potest, duplicitate. n. potest anima se intelligere, uno modo in particulari, ut cum supra se ipsam reflectitur, ac se intelligit; in quo sensu & Angelus se cognoscit, & anima rationalis, quamvis imperfecte, dum est in corpore; altero modo in universaliter, potest cognoscendo animam in communione, tunc n. sub illo communione, se ipsam

ipsem cognoscit, ex quo nullum sensum suos loco patetbit. A
quitur inconveniens.

Ob. Omne quod scitur, vel est ens in anima, vel extra animam, sed anima non est ens in anima, quia nihil est in se ipso ex ipso. Phys. neque extra animam, quia nihil est extra ipsum, ergo &c. B ad ma. ipi anima est extra animam, in quantum non est ens rationis, quod dicitur ens in anima, sed est ens realiter. C ad ma. omne quod scitur, vel est ens in anima, vel extra animam, vel est ipsum scitum; Anima rationalis est sciens, & scitum, cum sit potentia reflexiva, bona reflexere potest. supra se ipsorum, & supra cognitionem suam.

Ob. Cognoscens debet esse denudatum a natura cogniti ex parte de anima, sed anima non est denudata a se ipsa, ergo &c. D ad ma. esse veram cum natura cogniti est materialis, sensibilis, secundum si immaterialis, & reflectibilis, ut me-

Ego tamen hic aduerte hunc tractatum Arist. in Proemio hunc tractatum de anima vocat Historiam, quod non intelligi debet pro simplici Historia enarrativa, ut Expositores Graeci glosant, sed esse narrationem cum causa, quod idem sonat, ad scientiam.

Ex his deducitur tractatum de anima, maximam afferre utilitatem, nam anima affinitatem habet cum intelligentijs, & consequenter ad ipsarum cognitionem confert. Est etiam utilis Philosophia moralis, qua tota veritas iuventibus, & habitibus anima rationalis. Proficit Theologia, qua agit de medijs, & ultimo fine hominis, ut sunt aetus, & auxilia supernaturalia, & habitus iusti, qua omnia in anima recipiuntur. Confert tandem omnibus scientijs, quia quilibet scientia est habitus intellectualis &c.

L I B E R P R I M U S

DISPUTATIO SECUNDA

Circum Librum Primum de Anima.

Bitorum, & honorabilium natitatem opinantes; magis autem alteram alteram, aut secundum certitudinem, aut ex eo, quod ex meliorum, & mirabilius est, propriis utraq; hec animie historiam rationabiliter usque in primis ponentur. Videtur autem, & ad veritatem venientem cognitione ipsius multum conferre, maxime autem ad naturam, est n. samquam principium animalium &c.

Hic primus liber in tres summas diuiditur; in prima ostendit Arist. nobilitatem, utilitatem, & difficultatem huius scientie. In secunda opiniones

Antiq.

Antiq. de animis substantia. In 3. Cœlo, de Generatione, & Meteoris tandem illas confusat, & alias questiones circa animam unitatem ad quod probabilius scientie ducit. Hec prima suorum dividitur possumus, sic nobilis, & prestans, in duo capita, in 1. declarat vi- tius noa viventibus, sic etiam condi- scientia, & cognitio suam sumat nobilitatem, & difficultatem, in 2. sequenter scientia hæc Animistica in prestantia, & nobilitate extrin- seca, totam scientiam de natura libu finiendi physici à Dialectica, & de relatis excellit. Super etiam mat- quibus in sequentibus Atriculisti thematicas, quartum subiectum est accidens, anima vero est substantia, superatur vero à Metaphysica, cum obiectum est ens, continens sub se Deum, & intelligentias.

ARTICVLVS PRIMVS. in 1.

An scientia de Anima sit veteris pri- dicta, & sibi nobilitate, dignitate, & ex- aliatura sit, & constitutio.

Respondent, si qui ad dubium, scienciam animalicam esse, prestantiem, & certiorem parti- bus omnibus Philosophie natura- lis, sive quibus ratione ab Aristotele comparatur. Alij vero, quod iam quibusdam ratione mathematica & metaphysicam excellat, in alie quibus vero ab iisdem preferatur. Pro cuius determinatione.

Notamus primò, quod nobili- tas, & dignitas cuiuscumque scien- tiae potest dupliciter considerari, uno modo ab iperinteko, altero ab extrinseco; Prima desumitur a pro- pria differentia essentali, quæ est nobis ignora; Secunda a dignita- te nobilitate obiecti inde qua in prelati loqui quis de prima. ut nobis ignora, nosque est iudicium fessi. De hac ignorantia nobilitate, & dignitate extrinseca loquendo nulli dubium est, scientiam animæ præ- hanc oram esse egeris Philosophiæ naturalis partibus, s. lib. Phys. de

propositi: de quobet rerum est dicere est, vel non est, & non contingit idem in esse, & non inesse, quæ prin- cipia sunt naturalia, & per se nota; Tertio modo ratione obiecti, & sic scientia de anima est omnium scientiarum naturalium certissima, corpus siquidem inanimatum, certi- tatione modo nobis innotescit ex suis operationibus, siue vegetativis si- ue sensibilibus, siue intellectibus, quæ corpus naturale inanimatum, pro obiecto aliarum scientiarum; Quarto modo tandem ratione modi pro- ceden-

cedendis & sciecie de mathemati-
cis & scientiis omnibus certitudine
qua procedunt ex superioribus no-
biis, & naturae scien- & scientiae, vero
naturales ex exterioribus modis ratione-
tum; scien-ia autem metaphysica
cales ex notioribus solum naturae
Net. 3. quod certitudo ex obie-
cto dupliciter habet. scilicet. &
a priori & a posteriori. Primo modo
certitudo habent de illo obiecto,
quod in se, & a priori est notius, &
sic Metaphysica est certior omni-
bus scientiis nam eos, quod est eius
objec-um est nobis notius. a priori
rit, dicitur, conceptum simpliciter
simplicem, qui aut totaliter sciens
aut totaliter ignoratur. Secunda
modo est de illo obiecto, cuius ef-
fectus sunt nobis notiores, & ita
scien-ia de anima ratione sui obie-
cti est secundum certior omnibus scien-
tias, corpus namque animatum ratione
suarum operationum nobis
notius est, obiectis aliarum scien-
tiasum his habitis sic

Secunda Conclusio.

Scientia de Anima, ratione obiecti
non est dignior, ac nobilior Metaphysica
ex parte, quia Metaphysica agit
de Deo, de intelligentiis, & alijs
substantijs separatis ex Arist. 6, &
& 12. Meth. quod digniores, ac no-
biliores sunt corpore animato; ergo
Meth. est dignior, ac nobilior
scien-ia de anima.

Prima Conclusio.

Scientia animistica ab extrinseco con-
siderata, nonpe ratione sua obiecti, est
nobilior, ac dignior non solum ceteris
partibus Philosophiae naturalis, sed etiam
mathematicis scientiis. Patet ex di-
ctis, & ita adhuc Pr. Dignitas, &
nobilitas scientie ab extrinseco sum-
mitur a nobilitate, & dignitate obie-
cti, sed corpus animatum, quod
est obiectum in hac scientia est no-
bilios obiectis reliquarum scien-
tiarum naturalium, etiam metaphy-

Qum

Quia per causam, est certius, sed reperiti posse. Ad prob. dicimus, esse diuersa formaliter si ad inuidem conservantur, distinctas n. habent definitiones, non autem subiectum, nam omnia in eodem subiecto reperiiri possunt, licet secundum diuersas formalitates; bona enim utilia conductant ad felicitatem, delectabilia delectationem afferunt intellectui, & voluntati; & honesta propter se diliguntur. Ex quo colligitur non repugnare eamdem scientiam esse simul nobilem, honorabilem, & utilem, & totum ex i. & 2. tex. huius libri colligitur.

Ob. contra primam: Primus motor est dignior, ac nobilior corpore animato, sed in lib. 8. Phys. agitur de Primo motore, ergo Scientia hæc ratione obiecti non est scientia naturali nobilior. **Pr. ad mi. in lib. Phys.** agi de Primo Motore, non ut de subiecto, vel secundum rationem essentiali, sed solùm secundum rationem accidentalem. s. momentis, atque ideo secundum hanc considerationem, etiam Primus Motor reducitur ad corpus naturale, cum hoc sit ibi obiectum attributionis, ad quod omnia alia reducuntur.

Ob. Scientia nobilis, & honorabilis non est utilis, sed Scientia hæc de anima est utilis, ergo non est nobilis, & honorabilis. **Pr. ma.** quia bonum & utili distinguitur a bono nobili, & honorabili ratione finis ex i. Eth. c. 8. Minor etiam est Arist. hic in lib. 1. tex. 2. vbi ait: *Videtur autem d's ad veritatem omnem cognitionis ipsius multum conferre. Si autem multum confert, utilis est.* **Pr. neg. ma.** bonum & utili, delectabile, & honestum in eodem subiecto simul.

ARTICVLVS SECUNDVS.

An accidentia faciant ad cognitionem substantie.

SCOT. in 1. d. 3. q. 3. lit. I. & K. quarens quomodo accidens con-

confere possit ad cognitionē substantiæ, distinguunt, hoc duplicitè intelligi posse, uno modo de cognitione distincta, alio modo de cognitione confusa; si de priori cognitione loquatur, nullum accidens cōducere potest ad cognitionem substantiæ, & ratio est, quia eam continere debet virtualiter, aut essentialiter, ut etiam probat Doct. in I. d. 3. q. 2. C. quod tamen falso est; Nam substantia est prior natura, tempore, definitione, & cognitione quocumque accidente, ex 7. Meth. tex. 4. Si vero de posteriori cognitione fit sermo s. confusa, accidens prodest ad cognitionem substantiæ, cuius ratio est, quia potest sensum moveare, & deinde intellectū ad substantiæ cognitionem excitare, ut me lius infra patet.

Quæstio hæc mouetur a Philosophis, occasione tex. I I. huius libri, ubi Aristot. docuit, accidentia conferre secundum magnam partem ad cognoscendum anima essentiam: accidentia (ait) conferunt secundum magnam partem ad cognoscendum ipsum quodquid est, ubi per quid est, nō intellectus solam substantiam, ut aliquibus placuit, sed quamlibet essentiam, & quidditatem tūm rei substantialis, tūm accidentalis; nec nomine accidentium venire solū accidentia communia nouem Prædicamentorum; sed etiam accidentia propria, ut sunt passiones, & proprietates cuiuslibet rei, siue substantialis sit, siue accidentalis,

siquidem hæc omnia suo modo cōducere possunt à posteriori ad essentiæ cuiuscumque cognitionem.

Pro dubijs resolutione est aduentandum, quod cognitionis accidentis non potest conducere ad notitiam substantiæ à priori, ratio est, quia hæc datur per causas, at nullū accidens potest esse causa substantiæ ex dictis in phys. ergo nec potest eius cognitionem cauſare, si cut. n. res se habent ad esse, ita ad cognosci. ex 2. Meth. tex. 4. Potest tamen conducere ad substantiæ notitiam à posteriori, & per effectus, ut idem Philosophus testatur I. post. c. 10, accidentia n. siue communia, siue propria sunt substantiæ, & essentia effectus ex 2. Phys.

Item aliiquid esse causam cognitionis alterius potest dupliciter intelligi, pura directe, & indirecte; Directe illud est causa cognitionis alicuius obiecti, quod est medium demonstrandi passiones de illo, & ita accidens nequit cauſare cognitionem substantiæ, aliter esset de eiusdem definitione, cum hæc solū sit medium in demonstratione ex dictis in log. 2. Post. Illud vero est indirecte causa cognitionis alicuius, ex cuius notitia à posteriori arguitur illius alterius cognitionis, & in hoc sensu bene accidens ad substantiæ cognitionem inducit; Advertens n. intellectus, quod accidens nequit naturaliter per se subsistere, infert esse in alio; at cum hoc nō possit esse alterū accidens, saltē ultimā, quia & illud est in-

D alio,

alio, deducit illud, in quo substantatur accidens, esse ens per se, & sic esse substantiam; in qua substantia accidens, indirectè, & arguitur. his præmissis sit.

Conclusio Prima.

Dicimus 1. nullum accidens, siue commune, siue proprium conferre ad cognitionem distinctam substantiae, licet bene ad confusam. s. sub ratione entis, non à priori, sed à posteriori tantum, & arguitur. est Scot. loc. cit. Patet ex dictis. Cognitio namque distincta à priori habetur per easulam, ex 1. Post. 10. & 1. phys. text. 1. sed nullum accidens siue commune, siue proprium potest causare substantiam, ergo nec eius distinctam cognitionem. Confirmatur, causa saltè prioritate naturæ præcedit causatū, sed accidens est posterioris natura substantia ex 6. Metaphys. text. 4. ergo. Secunda pars Pr. quia per effectus à posteriori causam cognoscimus ex Aris. 1. Post. c. 10. sed accidens est effectus substantiarum, ex dictis in Phys. ergo &c. Pr. alia pars, videlicet quod substantiam cognoscat sub ratione entis, nam intellectus cognoscit accidens, ut ens in alio, sed tale ens debet esse substantia, ergo per tale accidens arguitur substantia cognoscitur, cum sit eius obiectum vitiumatum.

Conclusio Secunda.

Dicimus 2. per accidentia propria posse denuntrare à posteriori in cognitione

ipius quod quid est, s. essentia, & quid. dicitur. est Aris. hic tex. 11. Pr. nā per effectus à posteriori, & demonstratione quia, cognoscimus iliorum causas ex Aristot. 1. Post. cit. sed accidētia propria sunt effectus essentiarum, & quidditatis, ergo per horum cognitionem, in essentiis, & quidditatis cognitionem devenimus. Mi. est evidens, passiones s. quae sunt accidētia propria à principijs quidditatis subiecti pullulant. Confirmatur, cum n. ignoramus differentiam essentiale alii cuius rei, eam circumscribere solemus à posteriori per passiones nobis notas, ut de animalium speciebus patet, dicimus namque equum esse animal hinnibile, leonem rugibile &c. quae hinnibilitas, & rugibilitas sunt passiones horum animalium, at non bene ostenderetur essentia equi, & leonis, si per huiusmodi passiones non suppleretur differentia essentiales horum animalium, ergo signum est, quod accidētia propria condacunt ad cognoscendas essentias, & quidditates rerum, è quibus emanantur.

Obiectio.

Ob. contra primam Conclusio nem. Si substantia per accidentia cognoscatur, sequeretur ignorantia sciri per ignotum, sed hoc est falsum, ergo & ad ratiō sequitur. Pr. sequela ma. nam accidentia antecognitionem substantiarum sunt ignota, accidentia n. à substantia diminant, & per substantiam definuntur,

tur, ergo ante eius cognitionem, entitatine, non proportionaliter, sunt ignota. Pr. neg. sequela ma. ad prob. dicimus esse veram de cognitione completa, non de incompleta, quia sic primò accidentia cognoscuntur, postea per illa cognoscitur imperfecta substantia, & tandem per substantiam cognoscuntur completa, & quietatio accidentia. Neque ex hoc committetur circulus ab Antiquis confessus, & damnatus ab Arist. Idem n. est notus, & ignotus in diverso genere, dicitur per effectus probatur causa, & è contra per causam demonstratur effectus, quia in priori discursum effectus sunt notiores nobis, in posteriori vero causa est notior natura, & in cognitione distincta, sed à priori; Arist. vero damnat circulum in demonstratione eiusdem generis, non autem regressum, qui fit transfeundo à demonstratione quia, ad propter qd, ut diximus in Log. Disp. 19. art. 5. de Circulo, & regressu Demonstrationis.

Ob. Magis accidentis à substantia distat, quam una substantia ab alia, sed una substantia non potest notificare aliam, ergo multò minùs notificari poterit per accidentes. Paret maior, quia substantia, & accidentis sunt primò diversa in genere, cùm in nullo conueniant, at duas substantias in eodem genere conueniant. min. est evidens, homo n. non potest per equum notificari &c. Pr. ad metem Doct. ma. esse veram

substantiam proportionatur substantie à qua fluit, quam altera substantia; Ad hoc n. vt vnum sit ratio cognoscendi alterum, sufficit convenientia proportionalis, & dependentia causalitatis unius ab alio, quia igitur accidentis dependet à substantia in ordine causalitatis, & non una substantia ab aliis, nempè homo ab equo, non est minum, quod substantia à posteriori mortificetur per sua accidentia, non autem una substantia disparatur per aliam.

Ob. Contra 2. Concl. Nullum imperfectius potest perfectius notificare, sed passiones, & accidentia propria sūt suis quidditaribus, & effectibus imperfectiora, ergo non poterunt iste per illa notificari, maior est Aristot. 2. Met. tex. 4. vbiai sicut res te habet ad esse, ita ad cognosci, ergo perfectius in esse non poterit per imperfectius notificari. Mi. paret, quia effectus est imperfectior sua causa, sed passiones sunt effectus essentiarum, & quidditatum, cùm ab illis emanent, ergo &c. Pr. Ma. esse veram in cognitione à priori, & distincta, non in cognitione confusa, & à posteriori. Indò pro statu isto pœnali, in quo anima operatur dependenter à sensibus, semper in cognitione procedimus ab imperfectiori ad perfectius, & à notioribus nobis ad notiora naturæ ex Arist. 1. physic. text. 2.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quid sibi voluerit Arist. dicit ait, Physicū definire per materiam, &

Dialecticum per formam

in text. 16.

SCOT. IN 2. SENT. D. 3. QU. 6. H. multiplicitè materiam distinguit, vno enim modo sumitur pro materia partis, quoniammodò materia prima est pars compositionis physici, & definitur i. phys. alio modo sumitur pro subiecto in quod, scilicet materia in qua, scilicet in qua recipitur accidentes, tamquam in subiecto; altero modo sumitur pro materia rationis, quæ constituit individuum in esse subiectibili præcisè, & vltimè, vt Petreitas, Pauleitas &c. alio modo sumitur pro materia prædicationis, ita ut quodlibet superius in recta linea prædicamentali in ordine ad inferius dicatur forma, inferius verò respectu superioris, ut singularia, respectu specierum, & species respectu generum dicantur materia, ita Scot. loc. cit. & confirmatur etiam ab alijs Doctorib. ut presertim videtur est apud Tolent. lib. 1. de an. q. 7. fundam. 1.

Item notamus pro resolutione, quod Arist. in his textibus ostendere intendit scientiam animæ spectare ad phys. & assertit operaciones animæ sensitivæ esse. cum corpore, quod ita probat: illæ passiones animæ, quib. patitur corpus, sunt communes animæ, & corpori, sed omnes passiones sensitivæ sunt huiusmodi; Nam mansuetudo, timor, ira, gaudium, amor,

odium &c. sunt talis conditionis, illis n. afficiuntur, turbantur, agitantur spiritus &c. ergo sunt communes animæ, & corpori, seu sunt cum corpore, ut ait Arist. Tum quæ huiusmodi passiones a corporis temperamento dependent; nam aliquos experimur multis illatis iniurias non irasci, ut flemmatici, alios ex minima occasione mulcere irasci, ut colericci; aliquos sine aliqua causa, vel saltè minima, valde timere, ut malinconici, & mulieres, & alios è contra, ergo cum sequantur corporis temperamentum, erunt passiones corporis communes; ex quibus etiam colligitur passiones animæ corpori communes esse rationes in materia scilicet somnis materialis, ac consequenter definitiones earum tales debere esse, ut materiam includant, definitio n. explicat definitum, quod si materiam inuoluit, etiam definitio talis esse debet. Hinc deducitur munus physici esse considerare de omni anima, aut saltem de ea, quæ passionum naturalium est principium, quod etiam Arist. 6. Meth. 3. docuit.

Vt autem hoc vltimum corollarium probet, aduertit Arist. quod unumquodque eorum, de quibus facta est mentio, vario modo definitur à Physico, & à Dialectico; & per Dialecticum intelligit artificem rationem regulis logicalibus, illasq; alijs scientiis applicantem, Dialecticus n. per omnia vagatur, & definit per formam, ut iram definire per esse appetitum vindictæ, quia appetit.

appetitus stat loco formæ; Physicus autem definit per materiam, ut ira est motus sanguinis circa cor. Quia igitur formæ physicæ sunt in materia, propterea ait Arist. dari tertium genus definitionis, includens materiam, & formam, & hoc tertium genus ad Physicum propriè spectare, siquidē hic considerat corpus naturale, quod ex materia, & forma constituitur. Genus definiendi per formam spectat solū ad Dialecticum, qui per omnia vagatur, tam ad Mathematicū, quam ad Methaphysicū; At genus definiti per materiam solam, vel à nullo artifice accipitur, cùm materia sit ex se ignota, definitio verò debet esse per notiora, vel latè ad Physicum spectare debet, indirectè, cadit .n. etiam aliquo modo sub tenu; Quia igitur passiones animæ iam relatae sunt formæ in materia, munera Physici erit de illis agere.

Addunt Aliqui, quòd Arist. per illa verba noluit excludere à definitione physica formam physicā, cùm reperiatur semper coniuncta materia; neque à definitione Dialectica materiam Methaphysicam, cum bona definitio logica constet ex genere, & differentia, sed solū asserere voluit, quòd sicut definitio Dialectica datur per partes abstractas à materia physica, ita definitio physica, ut sit differens à Dialectica, semper aliam exigit partem, quæ sit materia physica, siue ex qua, siue in qua.

Objectiones.

Ob. Quòd nullo modo ad Physicum spectat definiere per materiam partis: Per ignotum nihil definiri potest, sed materia partis est secū, dum se ignota, & solū cognoscitur per analogiam ad formas trāmutabiles ex Arist. 1. phyl. text. 69. ergò Physicus non potest per materiam partis definire. Ma. est clara, quia definitio datur causa innotescendi. Rz. maiorem esse veram, si res fuerit simpliciter ignota, ut nullo modo cadere possit sub sensu, nec immediatè, nec mediater, nec arguitiū, quia tale cùm nō sit scibile, nec erit cōsequenter definibile, nec pars definitionis; falsam tamen si aliquo modo sit cognoscibilis, saltē arguitiū; ad propositum, estò materia partis sit ignota quòd ad primam motionem, quia immediatè non cadit sub sensu, est tamen nota quòd ad secundā motionem, quatenus .l. ex transmutatione formarum, arguimus ibi ad esse subiectum transmutationis, quod est materia prima, ut ab Arist. definiatur 1. phyl. tex. 82. vbi ait: *Dico. n. materiam, primum subiectum uniuscumque, ex quo fit aliiquid cùm insit.*

Ob. Si Definitio physica datur per materiam, sequeretur talē definitionē esse per additatum, sed hoc est contra Arist. tex. 16. & 19. vbi docet substantias naturales nondefiniri ex additione. sicut accidentia, ergò potius dicendum erit definitionem physicam non

non dari per materiam. Patet se-
qua la maioris, quia materia sensi-
bilis est ita sensibilis per acciden-
tia, & è contra accidentia per
materiam sensibilem, ergo sicut acci-
denta definiuntur per materiam
sensibilem per additamentum, ita
substantia sensibilis per accidentia
defineretur per additamentum, &
ita definitiones physicae non essent
pure quidditatiua, quod est con-
tra Arist. p. ex Doct. 4. sent. d. 12.
q. 1. lit. L. concedendo sequelam
maioris, imò hoc est necessarium,
ut à definitionibus Mathematicis,
& Metaphysicis definitiones phy-
sicae distinguantur, & colligatur ex
Arist. 2 phyl. tex. 19. & 89. & hic
tex. 6. Neque hoc est contra Arist.
loc. cit. Nā ibi loquebatur de sub-
stantijs abholute lumptis, vt ab ac-
cidentibus distinguantur, non de
substantijs materialibus prout ac-
cidentibus substantia sensibibus, qz
sicut illæ propter sui abstractionem
non inuoluunt in suis definitioni-
bus pure quidditatiis accidentia,
sed tantum rationem entis, & talis
entis; ita istæ ob easum substra-
ctionem sensibilitati accidentium,
neque ut sine illis quietatim defi-
niri, si ut nec accidentia sine respo-
situ ad subiecta materialia; non ta-
men per hoc sequitur, quod huius-
modi definitiones non sine esse
essentiales, & quidditatiæ, ut di-
ximus in log. disput. 9. art. 3. sol.
mihi 425.

Ob Logicus definit orationem,
propositionem, & demonstrationem

per materiam ex Arist. 1. Perierit
ergo non solum per formam. Et
antecedens esse verum accipiendo
materiam pro parte integrati, non
pro materia partis, & physica, de
qua loquimur in præsenti.

Ob. Definicio vana, non est bo-
na, sed definitio dialectica est vana
in hoc 1. lib. tex. 11. ergo non est
bona, & consequenter definitio
dialectica non est per formam, que
semper est vera, cum magis habeat
rationem veri forma, quam mate-
ria. p. minorem esse veram de de-
finitione dialectica, accepta pro
Topica, quia hæc cum procedat ex
probabilitibus non ex necessarijs, nō
potest esse medium demonstrandi
passiones de suo subiecto, & hac de
causa dicitur vana.

SVMMA SECUNDA.

De Antiquorum opinionibus cir-
ca Animæ essentiam &c.

Intendentes autem de anima, necesse est
similiter dubitantes de Iis, quibus abunda-
re oportet &c.

Summma hæc, quæ continet tan-
tum unum capitulum, secatur
ab Arist. in tres partes. in quorum
prima Antiquorum opinione re-
citat, animæ naturam per viam
motus indagantium. In 2. recenset
illorum sententias, qui etiam inue-
stigabant per sensum, & cognitio-
nem. In 3. eorum placita, qui illam
ex parte virtusque exquirerant.

Referit quatuor opinones quo-
rumdam inuestigare conantium
essentiam animæ per motum, qua-
rum

rum prima fuit Democriti, a sacerdoti animam esse ignem, vel calorē igneum, compositum ex infinitis atomis, scū indivisibilibus figuræ rotundæ, existentibus in aere; & ex eo medio, quia illa quæ maximè mouent, & mouentur sunt figuræ rotundæ, talis n. est magis apta ad motum, sed anima mouet omnia animalia, & simul mouetur ad eorum motum, ergo &c.

Secunda opinio in text. 21. fuit Leucippi, qui Democrito adhuc sit, animam componi ex atomis sphæricis figuræ, sed non afferuit illam esse naturæ ignem: probabat suam sententiam duplicitè, primò quia sphærica figura est magis apta ad motum, sed anima mouet animalia, & mouetur, ergo; Secundò, qd per quod continuatur vita, est anima, sed per aspirationem, & respirationem talium atomorum continuatur vita, ergo &c.

Tertia, quæ est in text. 22. fuit quorundam Pitagorætorum, dicens quod nos solum animam esse ex atomis cum Democrito, & Leucippo, sed etiam esse virtutem motionem talium atomorum, cuius ratio erat, quia tales atomi non vindicantur a se moueri, sed anima a se mouetur, ergo &c.

Quarta opinio fuit Anaxagoræ in tex. 23. & 24. afferentis, animam esse mentem te moueotem, in hoc tamen erat dubius, nam interdum dicebat animam esse idem cum sensu, & consequenter dicere conabantur intellectum esse in brutis; ali-

quando oppositum admittebat. Secundum primum deliriæ conveniebat cum Democrito, quia etiam ipse poscebat intellectum esse idem cum sensu; Secundum posterius affirmabat intellectum esse causam boni, & mali, virtutis, & vitij, ac cōsequenter videbatur illum a sensu diuidere, cum sensus nec causa boni sit, nec mali. ex his deducit Phylosophos indagantes animam per motum, afferuisse etiam animam maximè mouentem.

Deinde tex. 25. narrare incipit opiniones illorum, qui animæ essentiam inuestigavunt per cognitionem, supponendo tria; Primum, quod omne id, quod cognoscitur, per suum facile cognoscitur, cognitione n. est similitudo obiecti, & sit per assimilationem; Secundum, quod qui posuerunt ratione principium rerum naturalium, posuerunt similiter animam constare ex illo tantum principio, qui verò plura ex pluribus; Tertium, qui posuerunt animam esse ex pluribus principijs adhuc discordes erant; nam aliqui, vt Sectatores Empedoclis, dixerunt animam constare ex omnibus elementis, quidam verò tantum ex numeris, vt Platonici.

Postea in tex. 28. apposuit opiniones illorum, qui animæ quidditatem indagabant ex motu, & sensu simul, & duo prius supponit; Vnū, quod anima est mouens, & est numerus; mouens quidem in quantum per eam omnia mouentur, numerus verò in quantum omnia cognoscit.

scit; Alterum quod quidam dixerunt, animam componi ex principijs corruptibilibus, & ex elementis, ut Empedocles; Quidam ex incorruptibilibus, ut Plato ex Idæis.

Iterum quidam dixerunt animam fieri ex pluribus principijs, ut Empedocles, quidam ex uno tantum, ut Thales.

His suppositis, octo narravit opiniones, quarum prima fuit quorundam Antiquorum, quos secutus est Democritus, assertentium animam esse ignem, nam ratione suæ subtilitatis est maximè motius, & ratione simplicitatis cognoscitius.

Secunda opinio fuit Anaxagoræ in tex. 30. & 31. affirmantis in aliquibus locis animam sensuam esse eamdem cù intellectu, in aliis verò oppositum, cognitionem animæ attribuebat ex sua natura, & motionem quacunus est aliorum principium.

Tertia fuit Thaletis Milesij in tex. 32. dicentis animam esse virtutem motiuam, ex quo principio etiam in magnete posuit animam, quia videbatur per eam ferrum moueri.

Quarta fuit Diogenis, & aliorū putantium animam esse ætem; aer n. in quo solum est principium omnium, omnia cognoscit, quatenus verò est subtilissimus, omnia mouet, & hi sunt effectus animæ, ergo anima est æterna.

Quinta fuit Heracliti, assertoris animam esse vaporem, siquidem

hic cum sit medius inter aerem, & aquam, nulli est continuus, & ita est maximè motius, & cognoscitius, quæ attributa animæ conueniunt.

Sexta fuit Alemæonis, dicentis animam esse de natura Cœlorum, ideoque immortalem, quia semper mouetur sicut Cœlum, & quia assimilabatur ratione immortalitatis rebus perpetuis, ut sunt Dij, erat omnium cognoscitius.

Septima sententia fuit Hipponis dicentis, animam esse aquam, quatenus principium omnium animalium est maximè humidum, ex eo quod anima sit humida, sed aqua est maximè humida, ergo anima est aqua.

Octava tandem opinio fuit Critæ, qui dicebat animam esse sanguinem, ex eo quod sentire, quod est proprium animæ, est positum in sanguine, ea namque que sanguine carent, ut sunt ossa, vngues, pili &c. sicut sensu carent, & sanguine, ita & anima. Ex his conclaudit Philosophus omnia elementa præter solam Terram suos assertores habuisse, siquidem alij dixerunt animam esse ignem, alij aerem, alij aquam, nullus verò terram per se, sed solum cum alijs coniunctam, sicut Empedocles, qui putauit animam ex omnibus elementis constitare. Deinde in summa tertia incipit Antiquorum opinione sedulio examinare, & confutare figillationem, ubi eximius eius intellectus in tot disciplinis excellere videtur, ut nullum

nullum doctrinæ genus appareat, in quo non sit exquisitè versatus, quæ omnia breuitatis gratia relinquuntur. Tum quia facile est apud Exportatores ex videre.

LIBER SECUNDVS

DE ANIMA.

DISPUTATIO III.

Relatis, reprobatisq; Antiquorum opinionibus circa quidicatem, & essentiam animæ, pergit Arist. in hoc 2. ad eam indagādam ex propria sentencia, qui liber in septem summas, diuiditur. In Prima investigat, & tradit animæ definitionem. in Secunda, animæ potentias, earumque ordinem declarat, & quo pacto definiri debeant. in Tertia, de potentia animæ vegetatiæ sermonem instituit. in Quarta, agit de potentia animæ sensitivæ. in Quinta, probat non datur sextum secundum; & cum non vnum, sed plures habeamus. in Sexta, querit an eodem, quo sentimus sensu, etiam sentire nos percipiamus, & sensum communem explicat. in Septima, ponit differentiam inter intelligere, sapere, & sentire, ac imaginationis essentiam inuestigat.

Cum autem que à prioribus tradita sunt, de anima dicta sint, itorum tamquam à principio redeamus, tentantes determinare, quid est anima &c.

Incepit nunc ex propria sent. de anima agere, & primum intendit definitioem ipsius assignare; quod ut melius affequatur, aliquas præmisit divisiones, quarum Prima est entis in decem Genera, ex qua divisione inferre vult animam esse substantiam. Secunda est substantiaz, quam dividit in materiam, formam, & compositum, quæ divisione non est substantiaz in tota sua communitate, neque ut est supremum genus, nam Angeli comprehenduntur sub substantia; nec materia, & forma sunt per se, & directè species supremi generis; sed est diuisione substantiaz materialis, & physicae, ut abstrahit à completa, & incompleta. Docet deinde materiam secundum se non esse hoc aliquid, idest determinatum quid, ad certam speciem, sed esse potentiam, formam vero esse id, secundum quod dicitur hoc aliquid, & esse actum.

Tertia diuisione est de actu in primum, & secundum, vbi per actum, primum intellectu ipsam forodam;

E per

per secundum operationem ipsius; cum anima sit substantia à sufficie-
quid quid Aliqui dicant. Patet, quia in text. 4. ait: necesse est ergo animam substantiam esse sicut formam corporis naturalis; potentia

sit actus primus corporis, explicā-

vitam habentis.

Probat animam esse, actum pri-
mum, quia anima est actus corpo-
ris, sicut scientia habitualis, & non
sicut actualis speculatio in intel-
lectu, sed scientia habitualis est a-
ctus primus intellectus, ergo & a-
nimam erit actus primus corporis

actus, & ait hoc corpus debere esse

organicum, & instrumentale, quod

probat exemplo plantarum, nam

partes plantarum videntur à natu-

ra ad opera diuersa ordinatæ; fo-

lium n. ordinatum est, ut sit coo-

perimetrum fructiferi, fructiferunt

factum gratia scudus; radices sunt

similes ori in animalibus, & ali-

mentum trahunt, medulla vero,

proportionatur cordi, ex quibus

o. neibus deducitur communis a-

nime definitio text. 6. quod sit:

Quarta divisio est ipsius corpo-
ris substantialis, & physici, quod
prius comparat cu[m] materia, &
forma, & corruptibilibus artificia-
libus dicens, corpus physicum esse

maxime substantialia, quam sit

Actus primus corporis physici organica

materia, forma, & artificialia. De-

potentia vitas habentis.

Inde illud dividit in animatum, &

Postea cap. 2. à text. 12. intro-

ducit inanimatum, sicut in viueas, & non

dit Arist. alteram definitionem.

vivens, est hic notandum, quod vi-

ta potest sumi duplicitate, non mo-

do pro vita substantiali, à qua vita

qua postea priorem vult probare

les operationes emanante, & effi-

quod ut faciat, primò proponit

nità; altero modo pro vita acci-

methodum, quā obseruaturus es,

dicens se velle procedere à notio-

rebus nobis ad aioria natura, no-

tiora n. nobis manifestant id, quod

tiora n. nobis manifestant id, quod

His habitis, pergit Arist, ad ani-

ma definitionem investigādam, &

primò supponendo, quod anima

definitio manifestatur per effectus,

non sit materia, quod est eidens,

& sensibilia. Incipiens igitur à no-

neque corpus pro altera parte co-

tioribus nobis, sit: animatum ab

positi, nam corpus non est in su-

inanimato differre per ipsum vi-

bieco, sed anima est in corpore,

ut in subiecto; neque est corpus

pro toto composito, hoc n. ell vi-

tam habens, ex quo sequitur, quod

camquam per notius. Viuere autē

mul-

multipliciter dicitur, pro quo assi-
gnat quatuor gradus vite s. vege-
tatiuum, sensituum, loco motiuū.
& intellectiuū, & quādō aliquid
istorum alicui iacet, illud vivere,
dicitur, qui gradus non se habent
ut disparati; sed secundus presup-
ponit primū, tertius secundū,
quartus tertium; & non ē contra;
quarē in plantis est solum primus
gradus, & omnibus viventib. con-
muniis est; in bruciis reperitur sensi-
tiuus, qui saltē quō ad tactū
omnibus conuenit animalibus.

His suppositis accedit ad assi-
gnandam definitionem propriam
animæ, qua probari posset defini-
tio animæ supra allata; presuppo-
nens, quod quilibet actio ex duo-
bus nobis coenire potest, puta
ex forma tamquam ex actu, & ex
materia tamquam ex subiecto, ut
sanari conuenit nobis ratione sa-
nitatis, tamquam ex forma, & ra-
tione corporis, tamquam ex subie-
cto, sic operationes istæ vitales à
forma, & subiecto in nobis proue-
niunt, at anima nō habet rationem
corporis, & subiecti, ex dictis, et-
go erit forma, & quoniam forma
non est extra subiectum, cùm ad
actiones concurrat, sed in eodem
subiecto, cuius est actus, inde seq-
tur, quād anima, ut est principium
operationum vitalium, erit in cor-
pore tamquam actus ipsius, ex qui-
bus in tex. 24. Secundam elicit de-
finitionem, scū proprias animæ,
diceas: *Animæ est id, quo vivimus, &*
sentimus, & mouemur, & intelligimus

primò addit. primò, ad ostendendum
animam nō esse actum secundum;
qualis est vitalis ipsa operatio, qua
tales sunt secundò, sed actus,
primum, &c. qua definitione po-
test prior iam tradita probari; nam
id, quo primò vivimus, sentimus,
mouemur, & intelligimus, est actus
primus corporis physici organici,
&c. sed anima est huiusmodi, er-
go, &c.

ARTICVLVS PRIMVS.

An Prima definitio animæ sit recte
designata.

R. Affirmatique; & quantum ad
primam particulam, que di-
citur *A&us, tria dubia occurunt.*
Primum, an sit actus substantialis,
vel accidentalis; Secundum, si sub-
stantialis, an sit aliquid corpus,
vel simplex actus; Tertium, si est
simplex actus, an sit actus, vel
informans.

Quō ad primum dubium, non
defuerunt ex Antiquis, qui puta-
uerunt animam esse accidentis. ut
Arist. refert in 1. lib. de an. a 193.
54. affirmarunt n. aliqui animam
esse harmoniam, & proportionem
contrariorum in corpore existen-
tiū; Alij verò esse numerum sa-
norū, ex elementis deductum, &
consequenter esse quantitatem, vel
relationem, qua accidentia sunt.
quibus adhæret Galenus lib. 3. de
locis affectis cap. 6, afferens ani-
mam esse temperamentum quatuor
qualitatum in corpore, & eam ita
immutari. Ceterum Arist. hic supp.
1. cap. 1. & 2. constantissime susti-
net

Nec animam esse substantiam, non illam, que sit materia, vel compositum, sed ea, que sit actus, & forma, quem omnes Peripatetici sequuntur sunt. At quia nomen substantiaz est multiplex, hinc

Notandum, substantia in proposito dupliciter accipi posse, uno modo pro tota coordinatione eorum, que reponuntur in praedicamento substantiaz, siue directe, siue indirecte, vel reduciue, & ita non solum genera, & species, & individua eiusdem praedicamenti appellantur substantiaz, sed etiam differentiae laterales, passiones, & partes tam integrales, quam essentiales specierum, & individuorum. Alio modo substantia sumitur pro sola coordinatione generum, specierum, & individuorum, que ponuntur in recta linea praedicamentali, & sic solum illa, que in recta linea ponuntur, propriè dicuntur substantia, nempè Corpus, corpus animatum, animal, & ipsius species, & individua. His positis.

Conclusio Prime.

Si substantia largè sumatur pro omnino, quod aliquo pacto est in praedicamento substantiae reponibile, anima est substantia, si verò accipiatur strictè pro his, que directe ponuntur in praedicamento, non erit substantia. Est communis, & quò ad primam partem ita probatur: Partes essentiales substantiaz compleæ sunt substantiaz, saltèm reduciue ex dictis, sed anima est pars essentialis corporis animati,

quo i est substantia completa, quia est hoc aliquid ex Arist. hic tex. 8. ergo anima est substantia largè supra. Tùm quia viuens, & non viuens differunt essentialeiter, & non nisi per animam, ergo anima non est accidentis, sed substantia. Tùm quia principium motus, & operationū est natura, quæ est substantia ipsius rei naturalis, sed in viuente sunt aliquæ operationes, quæ non sunt in cœdauere, ut nutriti, sentire, moueri, &c. ergo principium talium operationum erit quædam substantia, quæ in corruptione viuentis recessit, quæ non erat nisi anima.

Secunda pars probatur, nā substantia propriè, & strictè sumpta sunt genera, species, & individua praedicamenti substantiaz, sed anima non est huiusmodi, ergo &c. Ma. patet, nam genera, species, & individua sunt entia completa, saltem physicè loquendo, sed anima non est ens completū, ergo &c. Pr. minor, forma, seu pars non est ens completum ex Aristot. hic text. 2. sed anima est forma ex eodem hic tex. 4. 5. & 8. ergo &c. Per hoc tamen, quod anima non dicitur esse substantiam rigorosè in recta linea, non sequitur, quod sit accidentis praedicamentale, sed solum dicitur accidentis pro extraneo &c.

Objectiones.

Ob. Pro Galeno, Anima est, quæ pereunte, moritur animal, sed dissoluto temperamento, moritur animal, ergo anima est temperame-
tum

Disputat. 3. Articulus Primus.

37

cum primarum qualitatum. Respō- ficiuam huiusmodi passionum, cau- detur maiorem esse veram de pe- sam verò principalem esse animū, reante tamquam ex constituentē, Ob. Quod conuenit enti in actu rem in esse viuens, minorem verò est accidens, sed anima per nos cō- procedere percutente tamquam uenit enti in actu .s. composito ex dispositione necessaria ad conseruationem viuentis, & quia va- materia prima, & forma corporei- riatur suppositio, ideo nihil. ratis, quod est ens completum in actu, ergo est accid. Rz. maiorem esse veram de eo, quod conuenit enti in actu completo, & habenti esse simpliciter ultimatè, non tamen si habeat esse incompletū, & simili- citer non ultimatè, vt est corpus constitutū in esse corporis per for- man corporeiratis, quod cum ad- huc sit in potentia ad animam, ex- pectat ab ea perfici, vt sic viuens habeat esse completū, & ultimatum.

Ob. Definitio substantiaz non est per additamentum ex 7. Physic. 14. sed definitio animaz est data per additamentum, vt patet, ergo non est substantia. Respondeatur ex Doct. in 4. dis. 12. qu. 1. litt. L. fol. mihi 135. maiorem esse ve- ram de substantia in se, & absolute considerata, non verò considerata relatiuè ad aliud, vt pars, sic .n. non potest haberri de ea conceptus quidditatius, & quietatius, nisi in definitione addatur id, cuius est pars; est tamen inter formam substantialem, & accidentalem hęc differentia, nam id, quod additur in definitione formæ sub- stancialis, facit vnum perse cum forma, vt in proposito est corpus, quod additur in definitione animaz; at in definitione formæ acci- dentalis, id quod additur non fa- cit vnum per se cum illa, sed vnum per accidens.

Ob. Passiones, vt Amor, ira, o- dium, &c. quæ ab anima dicuntur communiter prouenire, à tempera- mento oriuntur, siquidem melan- chonici proni sunt ad tristitiam, colerici ad iram &c. sed tempera- mentum est accidens, ergo &c. Rz. temperamētum esse causam dispo-

sitionis huiusmodi passionum, cau- sam verò principalem esse animū, Ob. Quod conuenit enti in actu rem in esse viuens, minorem verò est accidens, sed anima per nos cō- uenit enti in actu .s. composito ex materia prima, & forma corporei- ratis, quod est ens completum in actu, ergo est accid. Rz. maiorem esse veram de eo, quod conuenit enti in actu completo, & habenti esse simpliciter ultimatè, non tamen si habeat esse incompletū, & simili- citer non ultimatè, vt est corpus constitutū in esse corporis per for- man corporeiratis, quod cum ad- huc sit in potentia ad animam, ex- pectat ab ea perfici, vt sic viuens habeat esse completū, & ultimatum.

Ob. quod est in alio, nō est sub- stantia, cum hoc sit proprium ac- cidentis ex Arist. 7. Meth. text. 2. sed anima est in alio, putat in cor- pore, cuius est actus, ergo. Rz. ma- iorem esse veram de esse in alio per inhārentiam, non tamen per infor- mationem simpliciter, & per in- xistentiam, quomodo forma est in materia, & anima in corpore.

Ob. Contra 2. partem: Anima vt sic est genus ad animam vegetatiuam, sensitiuam, & rationalem, nam de illis prædicatur tamquam de differentibus specie in quid, sed genus de prædicamento substantiaz, est substantia propriè dicta, ergo anima etiam strictè, & directè ap- bellanda est substantia. Rz. maiorem esse veram de genere partiali; non de totali, cum non sit directè in prædicamento substantiaz, sed lo- lūm

tam redet in eis, tamquam pars corporis animati, unde genus tunc totale est: substantia rigorosè, & in recta linea coordinationis substantiaz.

Circa secundum dubiam, an anima sit simplex actus, vel aliquid corpus? fuit etiam Aliqui Antiqui, qui esse corpus assertuerunt, quod tamen esse falsum in praesenti conclusione demonstrabimus,

Conclusio Secunda.

Dicimus, Animam non esse formaliter corpus, licet sit actus corporis. Pr. Si anima esset corpus, duo corpora possent simul esse in eodem loco naturaliter, sed hoc est fallum ex dictis in physica, ergo & id, vnde sequitur. Pr. sequela, nam anima est in qualibet parte corporis, & simul cum eis. Tum quia corpus non informat, sed informatur, cum rationem habeat subiecti, & materiz, sed anima informat corpus, cum sit eius actus substantialis. ergo. Neque anima est corpus celeste, sicut diversa habet accidentia specie distincta, nam Caelum est inalterabile, solidum, & diaphanum, at anima est alterabilis, & neque solida propriè, neq; diaphana, aut opaca dici potest. Neque est corpus elementare, quia non habet determinatos motus ad sursum, & deorsum, ut elementa. Neq; mixtum, quia etiam hoc est determinatum ad motum ab elemento predominante.

Objectiones.

Ob. Arist. 2. de genet. animali,

c. 3. ait: sed n. omnis anima, scilicet virtus, scilicet potentia corporis aliud participare videtur. Hinc D. Aug. 12. de Cœlit. Dei csp. 1. ait: animam esse qualitatem essentiam, seu substantiam ex materia, & natura celesti compositam, & quod Arist. huius fuerit opinionis, imò multi ex Säctis Patrib. hoc etiam de anima rationali sentire videntur, & D. Aug. Epist. 18. ad D. Hieronymum, vocat animam corpus, & in Concilio Nicæno 2. actione 2. approbatum fuit Dictum Ioannis Episcopi Tessalonicensis, afferentis, non solum animam, sed Angelos quoque corporeros esse, unde inferit pium esse vsque pingendi Angelos corporeos. De cum Mast. & Bell. Arist. vel loqui ad mentem Platonicorum, diceptionem, animam ante corporis viae vetra illustri quodam corpore gaudere, vel si ad mentem propriam fuit locutus, ratiū asserere voluit, animam esse actum, & partem corporis animati, quod omnibus elementis nobilius est. D. Aug. hoc tribuie Aristoteli ex Cicer. 1. Tuscul. qui primus fuit, qui hanc imposturam Philol. imposuit, qui ramen aperte tatis in primo libro huius cap. 50. hoc Democriti fragmentum impugnat, vel locutus fuit de mente Platonicorum. Ad PP. & D. Aug. dicimus ex eodem ibidem loc. cit. q; corpus tripliciter sumi potest, uno modo pro omni natura, & essentia per se existente, in quo sensu convertitur cum substantia, & potest Deo conuenire; altero pro natura limi-

limitata in certo genere, & determinato loco existente, extra quam non reperiatur, & ita solus Deus est incorporeus, in quo sensu intelliguntur PP. Tertio modo corpus sumatur pro entitate extensa, & dividibili in partes quantitativas, in quo sensu loquimur, & sic anima non conuenit, ut D. Aug. se declarat. Concilium solum approbavit integrum pricipuum illius Episcopi, quod fuit depingendos, & adorandos esse Angelos in imaginibus nihil de ratione curando.

Ob. Omnis cognitio sit per similitudinem ex Arist. in hoc 2. tex. 62. sed anima cognoscit corpus, ergo & ipsa debet esse corporea. Rr. maiorem esse veram de similitudine obiectiva, que sit per speciem representantem obiectum inesse cognoscibile, vel per cognitionem, qua dicitur species expressa, qua obiectum dicitur habere esse cognitum, species n. sunt similitudines obiectorum, non vero de similitudine entitativa, seu quo ad modum essendi, quia sic potius dissimilatur potentia cognitiva, & obiectum, ut eruditus Scol. docet in I. d. 3. q. 3. C.

Ob. Ad continuam actionem regitur contactus, qui solum inter corpora reperitur, sed anima patitur a corpore, ut pater in Phrenesi, & ebrietate, & est contra corpus ab anima, ut in pallore ex timore proneniente, ergo anima est corpoream. Ad ma. non semper requiri ad actionem contactum mathematicum,

cum, & quantitatuum, sed sufficiere virtualem, qui non semper est inter corpora; Vel esse veram de actione facta per primas qualitates, quomodo non sumus in casu, ideo nihil.

Circa Tertium Dubium, an anima sit actus informans, vel affectus, praeponimus formam informantem esse, quae materialiter informat, & dat esse specificum compositum, tamquam differentiam generi additam, formam vero affectarem esse, que rei in proprio esse constituta aduenit, & non dat ei aliquod esse, sed tantum aliquam operationem, ad quam est in potentia, ut nauta nauis, & intelligentia Ccelo, hoc prahabito, cum Catholicis.

Conclusio Tertia.

Dicimus tertio, animam esse actionem, seu formam informantem, quae dat viventi esse specificum, non autem substantialiter, vel assistentem, ut putauit Averroes, de quo tamen pressius infra. Est igitur anima actus substantialis informans, ubi ly actus circumscribit fundamentum illius actionis, quod est illa partialis entitas, actus n. vt sic est respectus, qui respicit potentiam; & loco huius particulis actus in textu greco habetur Entelechia, qui terminus non significat continuatam actionem, ut Cicero contendit I. Tuscul. sic n. anima esset accidentis, cum motus sit accidentis, sed accipitur Entelechia, in actu primo, quatenus est principium motus, & pro forma-

com-

completa, & à qua res completeruntur in esse ultimo, ad differentiam formae corporeitatis, quæ est in potentia ad ulteriore formam.

Dices, Arist. hic postquam definitionem tradidit de anima, subdit non adhuc constare an Anima sit informans, vel assistens, ergo per actum non intelligit hic formam informantem. R. non constare, quia non adhuc probauerat, sed non & definitio non sit ita intelligenda.

Dicitur 2. *Primus*, pro cuius intelligentia sciendum est, actum dictum primum quadrupliciter; Primo simpliciter, & sic solus Deus dicitur actus primus; Secundo, quia primò informat materiam, & sic non anima, sed forma corporeitatis est in viuēte actus primus; Tertio, quia inter omnes actus informantess materiam, est perfectior; quartò, quia est actus productius alicuius operationis, & his duobus modis anima dicitur actus primus.

Ob. Animæ est perfectius, quod est in animali, ergo non est actus primus. Pr. consequentia, 1. nam actus secundus est perfectior primo, quia est posterior generatione. 2. quia ordinatum, est imperfectius eo, ad quod ordinatur, sed actus primus ordinatur ad secundum, nempè ad intelligere, ad velle, & videre Deum, ergo. R. neg. cōseq. & ad pīmam prob. resp. Scot. quo lib. 13. Q. non omne generatione posterius esse perfectius, nisi quando proceditur in eodem genere, & ordine; in casu actus secundus est

accidens, primus verò est substantia, & hac perfectias actuat, quia constituit in esse simpliciter, accidens verò tantum in esse secundum quid. Ad 2. g. tunc ordinatum esse imperfectius eo, ad quod ordinatur, quando illud est finis principialis, non quando se habet ut medium ad tales finem consequendum, modò actus primus ordinatur ad secundum, puta ad operandum, & ad fruendum tamquam ad medium, quo ipsa anima summum bonum attingit, quod est Deus, qui est finis principalis, ideo nihil.

Dices, in actu secundo consistit nostra felicitas, ergo hic actus est perfectior primo. R. concedendo de perfectione tantum secundaria, & accidentalis, in qua nostra felicitas consistit, non de perfectione simpliciter, & absoluta, de qua in præsenti loquimur.

Dicitur 3. *Corporis*, per quam partitculam, Aliqui intelligunt partem materialem viuētis, Alij ipsum totum constitutum, & veramque expositiōnem Scot. amplectitur in 4. d. 12. q. 1. L. & benē, quia forma potest dici actus materie, quantum ipsam informat, & actuat vel subiectum, & etiam actus compōsiti, quantum est pars essentialis, actualis, & formalis, ipsum in talis esse constituens.

Dicitur Quartò, *Physici seu naturalis*, ad differentiam corporis artificialis.

Dicitur Quintò, *Organici*, per quæ intelliguntur, partes viuentis debere esse

esse dissimiles, & heterogeneas, ARTICVLVS SECUNDVS.
quibus anima diuersas efficiat operationes.

Dicitur tandem, *Potentia vitam*. **A** secundam tradidit anima de habentis, quæ particula ponitur ad definitionem, dicens: *Animæ est Prin- differentiam corporum non viue- cipium primum, quo vivimus, senti- tium, quæ non sunt apta ad acci- mus, mouemur, & intelligimus. Circa piendam vitam, & non videtur à quam definitionem examinada veniunt: præcedenti differre, quod n.orga- aliqua dubia.*

nicum est, habet in potencia vitam, Primum est, an hæc definitione sit & è contra, hinc Arist. utramque vna, vel multiplex, & cui conuenient particulam simul posuit, sed modò niat. Egidius Romanus in commentario modò alteram, ut videre est tarijs huius libri, vult primam autem tex. 4. & 7. est tamen aduerten- nime definitionem esse vnam, & dum, quod si per corpus organicum cōmūnem omni animæ secundam sumatur pars materialis, ly vitam, vero esse multiplicem, quatuor genera accipi debet pro vita substantiali, & in actu primo; si autem sumatur nera animalium explicantem, qua- & in actu secundo, ait, Qua sentimus. Tertia motiuz, ad quam exercitatem, organa ut in- dicens, Qua mouemur, & Quarta intellegi- menta disceruiunt, ponitur ra- tellectiuz, dum inquit, Et intelligi- gimus. Simplicius autem ait: esse vna, plicationem.

Ex his colligitur Definitionem, uenire, quia nulli alii rei animæ hæc primam animæ esse rectè tradidit, omnia prædicata conueniunt, & se- Pareat, quia facit animam differre, a quocumque alio, animæq; esse- tiam explicat; Dicitur siquidem, scindum. Ceterum cōmūnis opinio: Doctorum censet utramque esse vnam, & animæ in cōmuni conuenire; & hoc facilè ex Arist. colligi- tur hic tex. 12. ubi ait: non solùm dandam esse definitionem animæ, quæ sit conclusio, sed etiam aliam inuestigadæ esse, quæ sit veluti cau- sa, & notior, per quam prima de- monstraretur, ergo sicut prima de- finitio animæ in cōmuni conuenit, ita secunda, aliás non posset prima.

F per

per istam demonstrari; & sicut definitum vnicum est, ita & definitio vnicaria erit. Pro maiori captu, & dubijs resolutione explicandæ erunt huius definitionis particulae, quærum prima est Principium.

Dicitur Anima Principium, putat internum, & constituitur cum ly Quo, id est formale, & intrinsecum, per quod excluditur Deus, & Angeli, qui sunt principia externa. Secundum dicitur Primum, ad differentiam potentiarum, quæ sunt principia quasi secundaria operationum, anima vero est principium radicale, & primariu[m]. Tertio additur viuimus, sentimus, &c. quæ particulae non sumuntur copulatiæ absolute, quia sic soli animæ rationali conuenient; neque simpliciter disiunctivæ, id est anima est principiu[m], quod vel viuimus, vel sentimus &c. quia ut bene adiuvant Mastr. & Bell. hic disp. I. q. 11. potius hæc esset diuisio, quam definitio, sed accipiuntur cum copulatione ad præcedentes, cuius sensus est: Anima est principiu[m], quo vegetamus, vel etiam sentimus, aut quoque mouemus, vel tandem insuper intelligimus, quo pacto explicata definitio[n]e, soli animæ in communione conuenit, quatenus in ordine ad suas species consideratur.

Dices. Definitio hæc ab Aristot. appellatur propria, & specialis, ergo non conuenit animæ in communione. Item ex Arist. hic tex. 24. etiam corpus, & materia dicuntur principia, quib[us] viuimus, sentimus &c.

ergo hæc definitio non facit ipsam animam ab omni alio differre. Et primam definitionem dici communem, quia per illam anima in se explicabatur; hæc vero dicitur propria, & specialis, quia anima in communione in ordine ad species declaratur, per quam faciliter colligi possunt specialium animarum definitiones. Ad aliud concedimus, quod etiam corpus, & materia dicuntur principia, quibus viuimus, quia sine ipsis non potest homo vivere, quia tamen hoc habet corpus ab anima, unde est principium vita, ideo apposita fuit illa particula, Primum; per quod excluditur corpus.

Ob. Definitio semper definitio conuenire debet, sed anima rationalis non semper est principium vita, ut patet quando est separata. Nec quando est coniuncta est principium Quo, intelligimus, sed quæ intelligit, ergo non est bene assignata definitio. Et. neg. ut. definitio non debet intelligi aptitudinaliter, in quo sensu semper animæ concupit, neque homo semper ratiocinatur, & discurret, licet per esse animal rationale definitur. Neque anima est, quæ ultimata intelligit, sed nos, qui ultimata intelligimus, ut Quid, pro statu isto, mediata anima tamquam principio Quo. Neque etiam implicat idem pluribus definitionibus explicari, quādlibet est in suo genere perfecta, & adæquata.

Secundum dubium est, an hæc definitio sit quidditativa, an vero descrip-

scriptio. Et quod in hac definitio modo. Quod demonstratur ab Aristotele duo includuntur scilicet principium, patet evidenter ex 1. huius tex. 12. & operationes, & utrumque duplicitate. rbi iam hoc proponit scilicet aliam definitionem assignare, per quam prima demonstratur, exemplum adducens de quadrato, duas habentes definitiones, quarum una per alteram demonstratur, & in text. 24. per hanc secundam definitionem, primam demonstrat. Quomodo autem illam demonstrat, an a priori, vel a posteriori ex iam dictis patet; si n. huc secunda definitione consideretur, ut est per principium assignata, & hoc in primo sensu scilicet fundamentaliter, sic est definitio a priori, quia tradita est per veram causam; siquidem causa per quam anima est actus corporis, illudque perficit, est, quia anima ex natura sua competit esse principium operationum vitae, & prius est esse in se, quam ad aliud; anima per primam definitionem, qua dicitur est actus corporis, ordinatur ad corpus, at per secundam in hoc sensu explicata, nempè ut principium radicaliter, consideratur ut absoluenter, & in se. Tum quia Arist. in text. 12. ait velle secundam definitionem assignare, per quam tamquam per causam primam demonstraret, dicens: non n. solum ipsius quod sit aperies definitum rationem ostendere sicut plures definitiones dicunt, sed & causas in esse, & apparere. & assignat exemplum de definitionibus quadratis &c. Idem quoque dicendum est si operationes pro fine accipiuntur, licet operationes non videantur ha-

ber ratione causa finalis proprietate & rigorosè, sed solidum largè. Si autem principium secundo modo accipiatur scilicet pro relativio, & operatio primo modo pro effectu, discrus erit ab a posteriori, & ab effectu, & hic est verus sensus Arist. quem sequuntur Themist. Philop. Calet. Tolet. & alij, docentes Aristotilem demonstrare voluisse primam definitionem per secundam etiam ab a priori, quidquid alij contradicant.

Ob. Demonstratio, que procedit abnotioribus nobis ad notiora naturæ, est quia, & ab a posteriori, sed secunda definitio datur per notiora nobis, & prima per notiora naturæ, ergo definitio secunda demonstrans primam, illam ostendit ab a posteriori, & non ab a priori. Maior patet ex 1. post. c. 10. Minor est nota ex his, que habet Arist. hic cext. 12. vbi promittit se velle ostendere priorem definitionem per posteriore, sicut solet id, quod secundum se notius est, nobis autem obscurias, & per ea, que sunt nobis notiora elucidari, ergo secunda definitio datur per notiora nobis, ac proinde primam ostendit solum ab a posteriori. Scilicet distinguendo mihi datur per notiora nobis, si operationes ut effectus considerantur concedo, non autem si ut finis, hic n. est prior natura, cum moveat agens ad operandum. Item anima, que est forma est prius in se principium vitale, quam illud communicet corpori, ac proinde prior est definitio animæ, que tra-

ditur per esse principiam vitale, quam per actum corporis organi. ei nam illa respicit animam in se & in sua entitate absolute, hæc vero animam respicit in ordine ad aliud, & in esse relativio.

Ob. sicut prius est esse, quam operari, ita prius est forma in ordine ad se, quam in ordine ad operari; sed prior definitio explicat naturam animæ, ut forma dantis esse vitale, secunda vero eamdem ostendit, ut animæ operantis vita-liter, ergo prima definitio datur per priora natura, & consequenter non poterit ostendi ab a priori per posteriorem, que traditur per posteriora natura. Scilicet. Animam duplicitatem considerari posse, uno modo ut principium vitale, alio modo ut est actus primus informans, & datus vitam corpori organico. Primum conuenit animæ, ut anima est, secundum, ut actus, & forma est; que igitur anima est in se prius principium operativum vitale, quam illud communicet corpori, & ad illud referatur ut actus, sequitur secundam definitionem, que datur per esse principium vitale, esse priorem primam, que traditur per esse actum corporis. Scilicet 2. maiore esse veram, si esse, & operari considerentur in proprio genere, non autem si esse consideretur in genere causæ formalis, & operari in genere causæ finalis, quia sic operari præcedit esse, sicut causa finalis ceteras causas præcedit hinc cum secunda definitio datur per operari

vt per finem, benè demonstrare, posuerunt, neopè rationalem, & poterit primam definitionem, que sensitiuā; & hoc ex illo principio, per alias causas datur.

Ob. Quòd illæ particulæ positz in secunda animæ definitione, debent intelligi secundum mentem Arist. quæ fuerunt expressæ copulatim, dicendo: *Anima est id, quo vivimus, & sentimus, mouemur; & intelligimus, ergo copulatiuē habent definitiōē animam in cōmuni, & non disiunctiuē.* p. neg. conseq. nam tunc sequeretur, quòd quelibet anima est principiū vivendi, & sentiendi, & mouendi, & intelligendi; quod est fallsum etiam secundum Arist. vt ex tex. 27. patet, vbi has potentias separat rationes diuersorum viuentium, dicens: paeoniarum autem animæ quæ dictæ sunt, alijs quidem insunt omnes, alijs verò quædam, quibusdam verò una sola &c. ergo intelligi debent disiunctiuē cum copulatione ad præcedentes accommodata.

ARTICVLVS TERTIVS.

Quotplex sit anima, & de numero Potestiarum, & graduum animatorum.

S Cetus de hoc art. dissertit in 4. d. 44. q. 1. A. Pro cuius declatione sciendum, quòd nō defuerunt. Aliqui ex antiquis, qui vnam tantum animam reperiiri dixerūt, gitur etiam ex 1. ad Corinth. 15. & hæc esse rationalem, quia & brūplures formæ solùm in viuentibus reperiuntur in sent. nostra. Colliguntur aliquam animam habebunt, nam vbi habetur, quod seminas non vivi-ita, & plantas rationis capacia esse sicutur, nisi prius moriatur. Si ergo putarunt, sic Manichæi, vt D. Aug. semina viuificantur, sequitur quòd refert libr. 2. de manich. cap. 17. habeat anima vegetatiuam. Quod Quidam verò duas tantum animas autem in plantis hæc anima sit pū-

Conclusio.

Nos autem dicimus, tres reperiiri animas, si. vegetatiuam, quæ non sit sensitiva, sensitivam, quæ non sit rationalis, & aliam rationalem. Prima reperiitur in plantis, secunda in brutis, tertia in animaliū generis. Pr. quia plantæ verè internum habent principiū acquirendi sibi aliquam perfectiōnem illis non debitam ex vi generationis, siquidem nutriuntur, generant, & crescunt ad modum animalium, ergo si nutritio est actus ab anima proueniens, plantæ anima vegetativa animarum erit. Tum quia aresiunt, manēte eadem for-

re vegetatius, non autem sensitius, patet, nā ubi est sensus, ibi sentitus, & vigilia; Item & dolor, quæ n. sentiunt, si l'edantur, aliquid signum doloris exhibent, vel le contrahendo, vel aliquem aliud motum efficiendo, quorum nullum in plantis experitur. Tandem, quodd' bruta, & plantæ non sint rationalia, inde ostenditur, quis si quis homo bruum aliquod occideret, vel plantâ euelleret, homicidium committeret, quia animal rationale occidet, & consequenter commissio de talibus rebus impediretur, quod quam stultum sit appareat evidenter. Tum quia plantæ, & bruta libertatem haberent, ac proinde bene, vel male operarentur, essentq; pena, vel pœnæ digna &c.

Tria igitur animarum genera assignantur s. vegetativa, & sensitiva, & rationalis cum Aristot. 2. de Anima c. 3. qno. um sufficiëtia desumi solet à priori, & à posteriori, à priori sic procedendum est; omnis forma viuens, vel est discursu, & libertate prædicta, & sic est anima rationalis; vel est decorata tantum cognitione, sine ratione, & libertate, & sic datur sensitiva; vel est solum principium nutriendi, generandi, & compositum ad varias positionis differentias augendi, & sic habetur vegetativa. A posteriori, ex operationibus vitalib. aliquæ n. operationes fiunt ab anima per organa, & qualitates corporeas, præcipue primas, vt sunt operationes animæ vegetati-

æ, aliz per organa corporea, sed per qualitates aliqualiter incorporeas, & int'ctionales, vt sensationes, & coaftituines gentis sensitivi: aliz tandem indepedenter fiunt ab organo corporeo, & qualitate materiali, vt intellectio, & volitio, & genus animæ rationalis deducunt.

Quantum verò ad gradus animarum, quatuor hic distinguuntur cum Arist. 2. de An. tex. 18. & 27. s. vegetativus, sensitivus, loco motivus, & intellectivus, quorum sufficiëtia non assignatur ex eodem capite, sed penè subiecta, & potentias animæ, nam vel viuens habet tantum potentias. L. vegetatiuam, nutritiuvam, generatiuam, & augmentatiuam, & sic datur primus gradus vegetatiuum; vel ultra has potentias, habet adhuc sensitivam, & ita datur secundus gradus sensitiorum; veluti his omnib. additur loco motiuia, & datur tertius gradus loco motiorum; vel tandem his additur intellectiuia, & volitiuia, & habetur quartus gradus viventium.

Distributio verò, & sufficiëtia potentiarum animæ, sic generatim sumptarum, non accipitur ex divisione animarum vel subiectorum, sed ex diversitate operationum; reperitur n. operatio vegetativa in cōmuni, vt comprehendit sub se nutritionem, generationem, & augmentationem, respectu cuius pónenda est potentia vegetativa: Reperitur etiam operatio sensitiva in cōmuni, vel sentire sic

ge-

generatim sumptum, cuius intuitu assignanda est potentia sensitiva: Invenitur icterius ipsum appetere in cōmuni, ut sub se continet sensitivum, & rationale, & in ordine ad hanc operationem, admittitur potentia appetitiva: Et quia adhuc reperitur in rerū natura operatio progressiva, respectu huius consti-tuenda est potentia loco motiva: Quia rādēm experimur operationem rationalem, & discursinam, concedenda est potētia intellectua. Melius ergo fecissent Caiet. & Egidius si tres gradus viventium tunc assignassent iuxta genera animalium, quādā animas multiplicare coarta communem, & tanto magis, quia illa diuisio sensitivi, & loco motiū est subdivisio sensitivi in cōmuni; & de his omnibus tantum in cōmuni sufficiat, nam de iijdem in particulari agendum est per ordinem in sequentibus disputationibus.

Objectiones.

Ob. Pro Stoicis: Operationes plantæ sunt nutritio, creatio, & generatio, sed corpus inanimatum easdem habet operationes, nam ignis nutritur, crescit, & generat: Item magnes ferro nutritur, & insuam substantiam convertit, si diuitiū ferrum coniunctum retinet, ex Fernando Medico trac. 2. de facult. q. 1. concl. 5. ergo plantæ non trascendunt operationes corporis inanimati, & consequenter non viunt. Confirmatur: opera-tio forme vegetativa est transiens

V.G. ia cibum, & perficitur media alteratio ne primarā qualitatū, qui modus operandi est omnibus elementis communis, ergo forma vegetativa nō operatur supra for-mas aliorum corporum, & ita non est vera anima, cūm non operetur immanenter. p. distinguendo minorem, eisdem operationes inani-matū operatur eodem modo, quo planta s. ab intrinseco se mouendo per determinata organa, negatur; ab extrinseco, & sine determinatis organis, conc. & tunc nihil, nam planta operatur mediante parte organica, quod non efficit ignis, neque magnes. Item planta nutritur, & augetur per intus suscep-tionem, & secundū omnem partem, & di- visionem, ignis verò per iuxta positionem, & rātū secundum eā partem, quā ei apponitur cōbus-tibile, si sursum, sursum, si per latus, ad latus &c. Ad confirmationē, negatur conseq. nam dato, quod ani-ma agat actione transiente, moue-tur tamen à se, conuerteando ali-mentum in substantiam aliti, & ge-nерando simile sibi formaliter, & su-ministerio primarū qualitatū ve-tatur, tamen per determinata or-gana hoc efficit, & emissō à se semī-ne generat, inanimata verò gene-rant, vt mota à Cœlo generante, neque determinata organa habet. Tum quia operationes vegetatiue [excepta generativa] sunt etiam immanentes in suo gradu respectu totius, si etenim nō sint ab eadē parte in eadem parte, sunt tamen,

a to-

et toto in eodem toto, seu supposi- 1. de Ciuit. Dei 20. dicens: *hoc ge-*
to, saltem quod ad terminum, quem *nus rerum s. plantarum*, quamvis non
primariò intendunt.

Arguitur, quod plantæ sentiantur, & per hoc possint mori, &
& Pr. experientia, nam potentias conuenienter cum destructione vi-
habent appetitivas, siquidem fu-

giunt noxia, & commoda prole-
quuntur, vitis. n. fugit laurum, &
amat vīnum; & quædam herba est
habens viginulas seminibus plena,
quæ si leuiter perforatur, magna vi
disrumpuntur, quod signum est do-
loris. Item in ipsis vicerque sexus
datur; & vt fecundentur, alias vi-
cinores postulant, ut patet in pal-
mis; & David Psal. 77. tribuit plā-
tis occisionē: & occidit in gradine vi-
neas eorum. occisio autem conuenit
sensiuiis. p. quod triplex est ap-
petitus, primus naturalis, qui for-
mam, & naturam consequitur cu-
iuscumque rei; secundus sensiuius,
qui immediatè sequitur appeti-
tionem sensiuiam; Tertius ratio-
nalis, qui consequitur intellectivam
qualis est volutas. In plantis est so-
lū primus appetitus, & hic suffi-
cit, ut una planta naturalem ha-
beat, & occultam Sympathiam, vel
antipathiam cum altera, cum etiā
in non viuentibus adsit, ut in ma-
gnete, & ferro patet; & ex hoc præ-
terim, quia hæc conuenientia, vel
disconuenientia in primis qualitatib.
fundatur. Illa disruptio in tali plā-
te potius provenit ex teneritudine
illius partium, vnde non sit, nisi cū
est valde matura. Vicerque sexus il-
lis applicatur tantum metaphoræ.
cc. Ad psal. 77. responderit D. Aug.

Ob. tandem contra numerum
ternarum animarum: Gradus loco,
motiuus est distinctus à sensiui,
sed sensiuius arguit dari distincti
animam sensiuiam, ergo gradus
loco motiuus arguit dari animam
loco motiuā, & consequenter qua-
tuor animæ, non tres. p. loco mo-
tiuum esse gradū distinctum à sen-
siuō imperfecto, non à sensiui
perfecto, atque ideo cum anima
sensiui abstrahat à perfecta, &
imperfecta, loco motiuum non ha-
bet specialem modum agendi su-
pra operationem animæ sensiuiæ
generaliter sumptu, siquidem mo-
tuus progressiuus, nascitur ex ap-
prehensione, & consequitur solum
habita perfectione cognoscendi; &
appetendi bonum distas, hinc col-
ligitur, quod anima sensiua non
tantum ex hoc diuersa est ab ani-
ma vegetativa, quia una sine alia
reperi potest, sed etiam propter
hoc, quia sensiua addit diuersum
& eleuatiorem modum se mouen-
di supra vegetativam, & moueri
progressiuem, solum addit nouā per-
fectionem consequuntam ad cogni-
tionem perfectam intrā idem gen-
us, ac proinde non sequitur proper-
ter hoc ponendam esse diuersam
animam à loco motiu.

Qb. Si sunt tres animæ, vel sunt
tria

tria genera, vel tres species, non primum, quia rationalis non est genus; nec secundum, quia vegetativa & sensitiva differunt species, & consequenter potius essent genera. *Pr.* in rigore, nec esse tres genera, neque species, cum sint entia incompleta, dicuntur tamen largo modo tria genera, id est tres animae distinctae, quarum una est species specialissima, puta rationalis, alia vero sunt genera subalterna.

Ob. Quae ordinatim in aliqua serie ponuntur, non faciunt plura membra, & numerum, ut de quolibet praedicamento patet. Petrus n. non distinguitur numero, vel species, vel genere ab homine, ab animali, & corpore, & substantia, sed ita se habent istae animae, nam vivens dicitur de animali, & animal de homine, ergo &c. *Pr.* animas istas sumi cum precisione s. vegetativa tantum, sensitiva tantum & rationalis tantum, in quo sensu potius se habent ut disparata, quod ut superius, & inferius.

Ob. Tot sunt genera animalium, quot sunt genera potentiarum, sed genera potentiarum sunt quinq; ergo, & animalium. *Pr.* major. potentiae fluunt ab essentia animae, ergo sunt eiusdem generis cum anima, ac consequenter multiplicantur genericè ad multiplicationem animalium. *Pr.* neg. maiorem, ad probationem, cōcedimus de genere metaphysico, cum n. identificantur realiter suis animabus, debent esse eiusdem generis, cuius

sunt animae, non tamen sumendo genus physicè, & pro ratione formalis, nam sic potentiae diversificantur à posteriori per operationes alterius generis; vegetare n. est alterius rationis à sentire, & hoc ab appetere, & appetere à cognoscere, siue per sensum, siue per intellectum; possunt tamen vniuersi aliquae operationes in eadē anima, ut patet de cognoscere, & appetere, que vniuntur animae sensitivæ, & rationali, quae utraque est cognitiva, & appetitiva. Similiter sentire, & progredi in sensitiva vniuntur; ex quo fit, ut sufficientia animalium non possit accipi nec ab operationib. nec ab earum potentijs, sed ex alio capite, ut diximus.

Ob. In bona divisione vnum membrum non debet includi in alio, sed anima vegetativa includitur in sensitiva, & utraque in rationali, ergo non rectè dividitur. *Pr.* neg. mi. loquendo de vegetativa limitata, & contracta ad gradum vegetandi in planta, & de anima sensitiva limitata ad gradum sensiendi in bruto.

Ob. Appetitiva non distinguitur contra alias potentias, ergo non erunt quinque potentiae. Patet antec. quia qualibet potentia appetituum obiectum, ergo appetitiva non distinguitur ab alijs. *Pr.* neg. antec. ad probationem, dicimus antecedens esse verum de appetitiva naturali, non autem de animali, quia etiam vegetativa est vna potentia, & tamen appetitu animali careret.

Ob. Nulla est necessitas ponendi loco motiuā distinctam ab alijs potentijis, ergo non est ratio multiplicandi numerum potentiarum animæ. Pr. antec. nam principium mouens animal localiter, seu pro gressiuē est sensus, seu appetitus, vel intellectus ex Arist. in 3. de an. text. 48. ergo loco motiuā in animali non distinguitur ab alijs potentijis. *Pr. neg. antec. & Arist. ibi locutus fuit de principio motus localis impulsuō, quod est imaginatio, & appetitus, ut ibi se explicat, non de effectivo, & exequitudo, tale n. est potentia motiuā progressiuā, distincta à vegetativa, sensitiva, appetitiva, & intellectiva.*

Ob. Sicut se habet sensitivum, & intellectivum, ita appetitus sensitivus, & intellectivus, sed sensitivum, & intellectivum constituant duo genera potentiarum ab inuicem distincta, ergo & appetitus sensitivus, & intellectivus constituant a

duo genera potentiarum, ergo plusquam quinq; *Pr. neg. ma. nam sensitivum, & intellectivum distinguunt per obiecta, sensitivum. n. respicit obiectum sensibilem tātūm, intellectivum verò vtrumq; i. sensibile, & intelligibile, ideo anima*

ter non possunt duo genera potentijs di loco motiuā distinctam ab alijs tiasū inter se distincta constituere. *Quæres, audiūs animæ sit vniuersalitas, & suo modo generis in species. *Pr. affirmatiuē contra Auct. roem, & Allos. Ratio est, quia omnes animæ inuicem participant, & essentialiter rationem. Quis context. 48. ergo loco motiuā in animali non distinguitur ab alijs potentijis. principium radicale operationum vitalium. Tum quia Arist. in hoc 2. lib. 7. docet, animam esse communem, sicut figura diversis figuris. Sed ratio figuræ in cōmuni est genericæ, & dividitur in variæ species figurarum; ergo divisio hæc est generis in species.**

Dices. Arist. in hoc 2. text. 20. ait, quod anima intellectiva videtur esse diversi generis ab alijs animalib. tamquam spirituale à corporali, incorruptibile à corruptibile; per se subsistens à non subsistenti, operans independenter à subiecto, ergo divisio hæc animæ non est vniuersalitas, & genericis in species. *Pr. Arist. non loqui in genere logicalis, seu metaphysico, ut nos hic loquimur, sed in genere physico, quomodo differunt corruptibile, & incorruptibile &c.*

ARTICVLVS QVARTVS.

An quelibet anima sit actus corporis innus. distinctum ab intellectiva.

cum autem appetitus sensitivus & intellectivus possint esse de eodem appetibili, quia vndeque respicit

*Cot. in 4. d. 43. qu. 2. lit. A. & seq. de hoc Art. differens, ait: bonum pro obiecto, non possunt: *Animæ intellectiva est forma hominis genericè distinguiri, ac consequenter intel-**

intellectiva posset esse sine materia, potest namque isti perfecte viviri in materia, sicut aliqua forma inferior est. Ne in disputando aliqua significatio contingat, notandum, quod forma informans propriè est illa, quæ datur, seu communicat esse rei, quam coponit, & constituit in talis specie, siue substantiali, siue accidentiali, sed est forma leonis, forma particialis, &c. Forma vero assistens dicitur quæ composito iusto constituto in esse specifico aduenit, unde nomine communicat esse, sed in omnibus rei operationem, scilicet via sua respectu navis, dicitur forma assistens, & quia nautum regit, & gubernat, scilicet etiam intelligentia respectu orbis. Conveniuntur modò, nam anima rationalis una cum corpore, vnu aliquod per se constitutus, sicut compositionis hominis interior, & substantialis pars, ut potius homini, quam substantialem formam constituto, exiret secus adueniat, eidemque ad omnes operationes obediens auxilijs prebeat.

Auctor. 3. de an. com. 3. Thomist. lib. 2. c. 27. Placopici & quamplures habent, ut videtur apud Suarez. lib. 1. de an. c. 12. somniorunt & animam rationalem esse homini persistenter, non vero in suo proprio esse constitutum, per aliam animam, quam vocant phantasiam, distinctam à Phantasia brutorum, tamquam supremum gradum animae sentientis, ad quam opinionem reducuntur Suess. 12. meth. com. 17. & Caiet. 1. p. qu. 76. art. 1. ad

iverum Thomista ipsum excusat, solum inquit: Animam intellectuam secundum essentiam esse actam corporis, non secundum potentiam, quod pertinet verum esse, quia per potentiam intellectuam illi superadditam, non est forma corporis, quia intellectus non respicit materiam tamquam subiectum, cui immediatè sic viendus, sed solam animam, hic modus dicendi Thomistatum in eo principio fundatur, quod potentia intellectiva sit accidentis, & anima tamquam in subiecto in heret. p. ius, in hoc re loquitur Petrarca. 2. com. gen. 58. dub. vlc. vbi inquit: anima intellectua ut si non est alter corporis, sed tantum in quantitate virtute continet vegetativam, & sensitivam, & quod non unigenitum materia nisi propter actiones sensim, quibus ad intellectum indiget, & idem anima intellectuam nullius operationis est aliud. Sicutque ex multis Vulp. tom. 2. part. 2. disp. 46. art. vlc. ubi assertio animae rationalem esse corporis formam, informans secundum gradum vegetativum, & sensitivum, tamen non vero secundum rationalem, recte duplicatim, sed solam specificatim, & identice. Illi vero, qui assertur animam rationalem, ut sic esse formam informans, ad hanc differunt inter se, nam aliqui volunt rationam animam rationalem in omnibus hominibus collective sumptibus reperiunt; Alij vero licet animas rationales multiplicens numero, notam ad multiplicationem hominum, sed determinatas posuerunt;

quæ successiū diversa corpora in-formarent, vel humana solum, ut de mente Arist. aliqui defendunt, vel corpora etiam brutorum, & plātarum, ut Pythagorici autem bant, ponentes transīcum Animarum de uno corpore in aliud, quā sent. multi Hæreticorum amplexi sunt, his positis.

Conclusio Prima.

Dicimus primo, animam rationalem etiam secundum gradum intellectuum esse formam informantem. Cst cōtra relatos Doctores ad mentem Scoti, loc. cit. & cōmuniōr inter Philosophos, & Theologos, quām etiam docuit D. Thom. r. p. q. 76. art. 1. & est de fidodeterminata in Concil. Vienensis & Clemente V. his verbis: *Dufriniam omnem, seu positionem semper afferendam, ac veritatem in dubium, quod substantia animae rationalis, seu intellectus veri, & per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati catholice inimicam, predidit sacro approbante concilio reprobamus, definitiones et quiskuis deinceps afferere, defendere, nos enemus pertinaciter presumptorie, quod anima rationalis, seu intellectus non sit forma corporis humani per se, & essentialiter, tamquam heretici confundis sit. Idem habetur in Concil. Later. sub Leone XI. festi 8. eamq; defendunt omnes Patres.*

Pr. etiam authorit. Atist. 12. Meth. 16. & 17. vbi animam rationalem pōnit inter causas formales, sed hoc cū sit quodquid est rei,

nou assistens, sed informans est, & tex. 45. docet, quod substantia separata, quæ nullam materiam informant, sunt imorabiles omnino, & nulla possunt accidentia de novo recipere, quæ omnia anima, rationali competere nequeūt. Item cūm definiuit animam per actionem loquutus est de anima in cōmuni ad rationalem, & alias, namtex. 7. & sequ. asserit definitionem illam esse valde vniuersalem, & tex. 2. præmittit diuisionem substantiarum in materiam, formam, & compositū, vbi loquitur de forma substantiali, quæ cum materia facili vnum per le compositum; & tex. 7. inquit, ex anima & corpore fieri vnum, sicut ex cera, & figura; at figura se habet ut forma informans, non ut assistens.

Pr. à Scot. ratione desumpta ab operationibus, experimus. n. in nobis cognitionem aliquam nostram organicam, nam cognoscimus sensibilia differre ab insensibili. Item vniuersalia, relationes rationis, & quosdam actus reflexos, & qui tales actus ipse non experitur, caret intellectu sic Doct. sicut qui non auidet, caret vilu. Experitur quoque posse nos velle, & nolle opposita obiecta, qui actus non potest ab aliquo appetitu organico prouenire, cū sit ad vnam determinatus, ergo in nobis est aliud principium spirituale istorum actuum, quod est anima.

Respondent Aliqui, nos intelligere nō per proprias operationes, sed

Sed per actiones, & intellections sit forma etiam ut rationalis est, est anima afflentis, quae est nobis intime vta. Non valet, nam magis intimè est nobis Deus prælens per immensitatem, quam ipsa anima, si esset forma afflentis, & tamen non dicimur intelligere intellectu Divino, nec Divinam intellectio- nem habemus. Tum quia eodem modo se haberet homo ad animam, sicut nautis ad naum, Cœlum ad intelligentiam &c. in quibus alia vno non est, nisi afflentis, at nec nautis, nec Cœlum dicitur intelligere intellectu afflentis, nec tales operationes experiri possunt, ergo si anima in nobis est et afflentis, non possemus nos dici formaliter intel- ligentes. Tum quia inter intellectum, & phantasiam est manifesta dependencia, nam hac perturbata, discursus quoque turbatur, hoc au- tem non eveniret, si anima esset prorsus afflentis. Tum quia ut ar- guit Ariaga, si anima esset forma afflentis, posset ad libitum descre- re corpus, sive dispositum, sive indispositum, & iterum se illi vni- quocunque modo se habeat, quia tunc anima esset in corpore, ut in loco, ergo sicut anima separata li- berè se potest mouere, nec ullum locum respicit tamquam con- turalem, & determinatum, quia spiritus non patitur a corporali, ita quando esset per afflentiam cor- pori vta, posset, vel perpetuò in illo manere, vel ad libitum discede- re, & redire.

Quod deinde Anima rationalis

clara sent. D. Tho. 1. p. q. 76. cit. ubi sic ait: Secundum Philosophum in 8. Metab. differentia sumitur à for- marci, sed differentia constitutiva homi- nis est rationale, quod dicitur de homine ratione intellectui principij, ergo principium intellectuum est forma hominis. Confirmatur: homo essentialiter di- flinguitur à bruto non per gradus vegetadi, & sentiendi, sed per gra- dum rationalitatis, aliter homo es- set quoddam brutum, ergo anima ronialis est ut sic reduplicatiuè infor- mare debet corpus, contra Vulp. Pe. conseq. quia forma informans est que dat, esse specificum, non afflentis. At resp. Vulp. animam rationalem esse formam hominis, ut quo, quatenus dat esse specificum, non tamen ut sic reduplicatiuè in- formare corpus, sed sufficeret ut specificatiuè, & identice infor- met. Non valet, & impugnatur à Doct. quol. 9. infra C. vbi docet, quod homo reduplicatiuè est vnu per se constitutum ex corpore, & anima rationali, ergo anima, ut rationalis reduplicatiuè informat corpus, quia ut sic facit hominem à bruto differre. Dicat mihi Vulpes, quod est prædicatuè essentialie, per quod homo reduplicatiuè differt à bruto, non vegetativum, neque sensitivum, quia potius in his con-uenient, ergo erit intellectuum. Supposito igitur, quod id est prin- cipium constitutum, & distinctum ex D. Thom. hoc: tit. & Sco- to, & homo per gradum rationali- tatis

tatis differat à plantis, & brutori, et dñmatio. Ratio est, quia vnuus agnō anima rationalis in quantum tam nō posse corpora tam diffi-
go anima rationalis in quantum tam nō posse corpora tam diffi-
lis est forma corporis humani. Ceterum, quia nos defendimus posse
operationes vitales ab alio extrinseco in nobis produci, ut Scot. re-
net de possibili de potentia Dei, & de Angelis, etiam de facto, rationes, quas ex hoc capite congeruntur. Master. & Bell. de operationibus vi-
talibus, non valde urgunt, ut etiam aduertit Arriag.

Conclusio Secunda.

Dicimus 2. animas rationales multipli-
cari ad multiplicationem hominum, & falsam esse allatum trāsmigrationem. Et de fide in Concil. Lateran. sub Leone X. cit. & pater ex illa script. Qui bona egerunt ibunt in vitam eternam, qui verò mala in ignem eternum. Pr. etiam aut. Aristi 2. phys. text. 26. vbi ait: ad alijs formam salia-
materia. & 2. de an. 26. docet vnum quentq; actum esse in propria ma-
teria, dicens: unius cuiusque n. actus in eo, quod potentia existit, & in pro-
pria materia aptus natus est fieri. Fal-
tum est etiam vnam numero anima-
reperiri, quia multos homines ti-
demus de eadem rē diuersa indice-
re, & opposita, item velle, & nolle, per intellectum esse hominem, sed
io ipsa rationali anima recipiūtur, sequitur, quod si vna tātum esset anima, iam duo actus oppositi si-
multaneos, Contra transmigra-

nim non posse corpora tam dif-
finiter disposita. Tum quia ani-
mus rationalis est natura sua discursiu-
sus, ergo non potest in ea corpo-
ra infundi, quæ ad discursum inep-
ta sunt. Sequeretur etiam quod homo, & brutum substantialiter nō
differantur species, quia foras ra-
tionales haberent in actu primo e-
iusdem speciei.

Objectiones.

Pluribus Arist. Authoritatib. constata primam Conclusionem argui-
tur. Prima colligitur ex 2. de ani-
ma 49. vbi inquit; fugientum est
dicere mentem esse vancam corpori, & tex. 82. vocat intellectum an-
tiquissimum, at forma est simul cū
corpo, ergo &c.

Secunda Authoritatis sumitur ex 2. de an. 2. vbi ait, quodam ani-
mae partes separari posse a corpori,
propterea quod bullas corporis sunt actus. hinc in 3. de an. tex.
4. 6. 7. 15. & alibi, vocat intellectum
Quum immixtum & separatum
fuerit etiam vnam numero anima-
materia.

Tertia, ex lib. 10. de morib. animalium cap. 7. vbi ipsa uic hominem sonare, & opposita, item velle, & nolle, per intellectum esse hominem, sed idem ob. c. 10. & quia tales actus, intellectum esse quoddam anima-
humana diuinius, & 4. de partib. animal. c. 10. hominem propriam
animam vocat Diuinum, & separata, multo inessent. Contra transmigra-
tionem animarum in corporibus animal. c. 3. vbi affirmat solam-
quod tribuitur Pythagoræ, & Pla-
tonicis illam ponentibus in corpo-
ra etiam beluina, iam est Ecclesie, & iione communiaiat actio corpo-
ris,

tis, quod etiam repetit 3. de an. 12, unum vocat respectu materie. Cū Quinta tandem, & eviden-
tior sumitur ex 2. de An. tex. 11, inquit non habere materiam com-
mynem, loquitur in ordine ad an-
vbi ait, immanifestum est, si sic a-
etionem, & passionem physicam.
Quis corporis anima, sicut nauta
atus nauis; quod tamē in 8. physl. quateaus anima non est physicē
composita, & genita, non tamen
28. absolute docuit, animam se- sequitur, quod non si forma cor-
habere ad corpus, sicut nauta ad
poris. Ad Quintam, ideo dubitati-
nauim.

¶. ad. Primam, Arist. ibi loqui non adhuc perfectè constabat ani-
de anima mundi, & de Cœli. Moto-
mam rationalem esse actum cor-
re. in secundo loco ad mētem Em-
poris, quod tamen alibi demonstra-
pedoclis assertentis intellec-
tum esse. ut, nempe lib. 3. de an. & lib. 12.
Deum, quomodo non lumen in-
Mech, in 8. physl. loquitur vniuer-
casu. Ad Secundam, innuere voluit, saliter de omni anima, quod si cō-
quod intellectus sit separabilis i.e. cluderet, probaret etiam omnem
nō affixus organo. *Immixtus*, nem- animam esse affilientem, quod Ad-
pē separatus ab omni alia re, tam- uersarij non admitterent. ¶. etiam
quam non constans realiter ex il- quod nauta ad nauim duobus mo-
lis, & nullo modo organicus, sicut dis referri potest, primo modo
sunt potentia lensitiae, que ali- quatenus eam non informat, sed
quam partem corporis organici a- solūna assilit; Secundo modo qua-
ctuant. Ad Tertiam ¶. quod ho- tenus eā gubernat, & regit; Com-
mo, vt homo duas habet operatio- patatio procedit de secundo, non
nes, cum sit medium quasi naturæ de primo.

inter spirituales, & corporales, &
habet speculare, & corporalia ope-
ra exercere; primo modo appella-
tur quid Diuinum, secundo modo
appellatur homo, quia magis ad
creatas res, & inferiores accedit; que anima rationalis, cum sit etiā
absoluē tamen secundum ambas immaterialis. ¶. cum Doct. quo.
operationes est homo, & clare ibi 9. Angelus non potest informare
dem Arist. docet vitam hominis ex ter sui immaterialitatem, ergo ne-
intellec- & haberi. Ad Quartam per que anima rationalis, cum sit etiā
ly extrinsecus advenire. colligitur immaterialis.¶. cum Doct. quo.
independentia animæ a materia in pletum per se subsistens, anima ve-
productione. Cum ait esse quid
Diuinum, locutus fuit comparati- rò est entitas. essentialiter incom-
ue, sicut 1. physl. formam quid Di- plera, non subsistens incommuni-
capititer, & suppositaliter, ideoq;
negatur consequentia.

¶. Ob. 2. Ratione : Angelus non
potest informare materiam prop-
ter sui immaterialitatem, ergo ne-

pendens à dispositionibus corporis, ergo est assistens, non informans. *Pr. neg. conseq.* Immortalitas n. non repugnat cum informatione, ut infra patet; & si anima immortalis sic præcessisset ante corpus, adhuc posset illud informare, ut in resurrectione erit; & licet spiritualitas sit ratio cur anima distet in essendo à corpore, si tamen est incompleta, & partialis, non impedit informationem, ad quam non requiritur proportio in essendo, sed solum quod vnum sit per se actus, alterum per se potentia. Nec impedit subsistentia partialis incompleta, ut in phys. dictum est. Neque tandem anima pendet à dispositionibus corporis, quod ad esse, sed solum quod ad informationem, & operari pro statu isto.

Ob. Potentia debet obiecto conformari, sed anima intelligit universalia à materia abstracta, immo ipsa est quae separat, & astrarit universalia à materia, ergo non debet in materia reperiri, ipsamque informare, ac consequenter erit forma assistens. *Pr. ex Doct. in I. d. 3. q. 3.* Q. quod conformitas requiratur inter potentiam, & obiectum non debet esse materialis, sed sufficit conformitas secundum quid, & in esse intentionalis, scilicet merito speciei, quae est similitudo obiecti, ideo nihil.

Ob. Ex posita doctrina sequetur, quod homo non esset generabilis, & corruptibilis, sed hoc est falsum, ergo &c. Probatur sequela,

quia constaret ex partibus incorruptilibus. *Pr. neg. sequelam.* homo n. dicitur generabilis, & corruptibilis ratione corporis, quod prius est corruptibile, ideoque pa- rum refert, quod constet etiam anima incorruptibili secundum quā nou est corruptibilis. *Neq; ex haec parte homo celsendus est spiritualis, sufficit n. ut spiritualis non dicitur, ut materiam includat, vel tamquam partem, vel ad eam ordinem dicat.*

Ob. Sequeretur saltē, quod materia, vel corpus intelligeret, quod est falsum. *Pr. sequela,* quia forma communicat suum effectuum formalem subiecto, effectus autem formalis animæ est intelligere, ergo &c. *Pr. forma accidentalis, quia non facit vnum per se cum subiecto, equidem suum effectum formalem subiecto communicat, forma verò substantialis, quia constituit vnum per se, communicat suū effectum composito, non subiecto, hinc oculus videt, nō corpus, ignis virtut, non materia.*

Ob. Accidens spirituale non potest recipi in subiecto materiali ex Doct. Quol. I 4. B. ergo neq; forma substantialis spiritualis. *Pr. neg.* paritatem, nam forma accidentalis necessariò à subiecto pendet in conservari, quare si esset tota in toto, & tota in qualibet parte subiecti, simul à pluribus causis tota libus dependeret, quod in sent. nostra implicat; anima verò rationalis nō dependet à subiecto in conser-

seruari, cum sit immortalis, ideo animæ separatio non est ei violentia, sed potius secundariò naturalis, que potest extensum subiectum informare absq; tali prejudio. Tum cum petat amissibiliter corpus informare; Vel si prima conseq. concedatur, negatur secunda, nam solùm deducereetur possibilitas surrectionis, non futuritio. Nec rect; & dependeret à corpore, & sic probatio est yniuersaliter vera, nā non esset spirituale; & forma substantialis spiritialis, licet informans corpus, non tamen dependet corporis, non autem quādō est, non est principium alicuius operationis corporis, intelligere n. est operatio solius animæ, & in ipsa recipitur, ergo ut sic non est in formans. R. Anima rationalis ut sic est principiū operationis compotiti, quod constituit, verè siquidem homo intelligit per animā, & p eam mereri, & demereri dicitur, vnde intellectio, & volitio est operatio hominis. vt Quid, animæ verò pro statu isto, vt Quo: & hoc sufficit ut dicatur forma informans, quia non potest constituere, nisi informat. Item locutio, risus, fletus, & signilia ab anima, ut à rationali, p ueniunt ex dicendis, & tamen sunt primo actiones totius.

Ob. Si anima rationalis esset forma informans, sequeretur natura- litè ad corpus inclinare, ergo status separationis esset violentus, & consequenter resurrecio esset naturaliter cognoscibilis, nullum n. violentum est durabile, & perpetuum. R. neg. primam consequen- tiā, nam ex dicendis disp. ultim.

cum petat amissibiliter corpus informare; Vel si prima conseq. concedatur, negatur secunda, nam solùm deducereetur possibilitas surrectionis, non futuritio. Nec rect; & dependeret à corpore, & sic probatio illa ex Doct. in 4. d. 43. q. 2. S. valet quando inclinatio naturalis est ad aliquem primum a ab illo &c.

Ob. Saltem Animā ut rationalis est perpetua, non autem quādō est ad actum secundum, & perfecti ad perfectionem communicandam, ve est anima respectu corporis; nec la recipitur, ergo ut sic non est in potest naturaliter demonstrari anima esse immortalem.

Ob. Si anima intellectiva, in quantum intellectua esset forma, sequeretur omne intellectuum esse formam corporis, sed hoc est falsum, quia Angeli sunt intellectui, & tamen nō informant corpus, quia nullum commercium habent cum corpore in esse, & operari, ergo &c. R. distinguendo sequelam maioris, omne intellectuum simpliciter, absolute, & completum, negatur; omne intellectuum partiale, & incompletum, ut est rationale, cōceditur, nam tale intellectuum concernit materiam, cui dat esse, & in qua operari habet.

Ob. Anima per corpus impedi- tur à sua operatione perfectissima, qualis est contemplatio, ergo non est forma corporis, quia forma, & subiectum ad inuicem non se impediunt, sed potius se adiuuant. R.

H quod

quod est impediat à corpore, forma creaturæ à Deo, & postea quæ ad alias operationes, adhuc tamen per corpus multas exercet naturales operationes, ut videre, flere, loqui &c. quod sufficit, ut sit forma corporis. Tum quia hoc impedimentum non est de intrinseca ratione informationis, quia in resurrectione auferetur, sed personalis ex Dœ. in 1. d. 3. q. 3. G.

Hinc notandum, quod intellectus dupliciter sumitur, primò pro fundamento, in quo sensu dicit entitatem ipsius animæ; secundò formaliter pro potentia intellectiva, distincta formaliter ab essentia animæ; primo modo verè dicitur informare corpus, non secundo modo; neque ex hoc potentia dicetur perfectior, quia essentia animæ licet informet corpus, non tamen dependet à corpore, ubi intellectus pèdet ab essentia animæ, à qua fluit, & intellectio ab utraq; insieri, & conseruari.

Ex his colligitur, quod operationes intellectivæ licet sint per se primò ipsius animæ, quia est quæ primò intelligit, sunt etiam totius coniuncti saltē per se secundò, homo n. verè dicitur formaliter intelligens, & volens, quod esse non posset, nisi quia reperitur substantialis unio inter corpus, & animam ut rationalem; quæ uno non intercedit inter Cœlum, & intelligentiam, ac propriea non dicitur Cœlum formaliter intelligens. Itē neque informatione arguit necessariam dependentiam, nam si aliqua

materiæ infundetur, illam infaret, & tametsi ab ea non dependet, effectus materialis, separabilis, & independens, informatione ex dictis in Physica distinguitur realiter ab educatione.

Ob. Contra secundam Conclusionem: ex Arist. t. 2. Met. multi-tudo numeralis noti continent formis à materia independentibus, sed anima rationalis est independentis à materia, ergo. Rht Thomistæ ex D. Thom. 1. p. q. 76. art. 2. ad 1. maiorem esse veram de substantia immateriali. completa, non de incompleta. Nos verò respondemus cum Scoto Arist. ibi p. materiam intelligere differentiam individualis, à qua rationalis anima non abstrahit. Ad maiorem, anima rationalis ita est immaterialis, ut excludat materialiam ex qua fiat, & componatur; non tamen in qua recipiatur, cum sic materialiter sit forma corporis

Colligitur etiam ex his, fallit enim esse, & damnatum à Leone Magno epist. 93. sententiam aliquorum Philosophorum, & Hereticorum qui assertebat animam rationalem esse Diuinæ substantię particulam, siquidem Deus est omnino simplex, Infinitus, & Immutabilis; ergo non potest habere partem, quæ sit anima &c. Tum quia hæc Dei particula deberet etiam esse infinita, quidquid n. est in Deo, est ipsummet Deus, ac consequenter incapax peccati, sed anima est virtutis finita;

& capax peccati, ergo non potest esse Dei particula. Tum quia esse, comparatum, & venire in compositionem cum corpore, maximam dicit imperfectionem.

Neque anima est ens aliquod creatum perfectius, an factum a quæ perfectum cum Angelis. ratio est, qua Angelii sunt entia completa, & perfecta, ergo anima est a ipsi imperfectior, licet longe perfectior quamcumq; alia forma. hinc in psal. 8. dicitur de homine: Misericordia tua per-
luminas ab angelis, ita docuit Socr. in 2. d. 17. q. 1. & quodlib. 9. artic. 2.

Dices, r. Actor. 10. habebut: Dei Genus sumus. ergo eiusdem substantiaz cum Deo, & non nisi ratione anima. R. intelligendum esse, de genere logico, seu Metaphysico, per communicationem in concepcionem iradiequate spiritualitatis, sicut etiam eodem modo cum Deo conuenimus in conceptu entis secundum Doctoris nostrri doctrinam, non in genere physico, ideo nihil.

D V B I V M.

An status animalis corpore sit per-
fector, quod status sive

extra corpus.

R. Cum D. Tho. in 4. d. 43. art. 1. q. 1. ad 4. & Socr. pluri-
bus in locis, quod status animalis in
corpore est perfectior. ratio est,
quia extra corpus habet essentiam
particulam, & incompletam, in to-
to vero totalem, & completam.
Item in toto communicare esse alte-
ri. s. materia, quod non communi-
cat extra corpus.

Dices, non per hoc, quod ali-
quod comunicat esse alicui reddit,
est perfectius, ergo nulla est pro-
batio, patet, quia non per hoc, q;
Cœcum, vel ignis communicat ali-
quod esse alicui, perfectius in suo
esse redditur. R. disting. anteced.
si communicat esse officier, tran-
seat, si formaliter, negatur; nam
enunc componendo totum, in ipso
profluent per animam potentis
organicz, que ex ea proflueret ea
possunt. Tum quia sic magis affi-
milatur Deo, cui connaturale est
communicare scriptum alteri.

Vrgebis. Anima in toto existit
vt Quo, separata vt Quid, ergo per-
fectior est status animaz ex ea cor-
pus, quam in corpore. R. quidqd
sit de antec. neg. consequ. licet in
existens vt Quid, completem sit
perfectius altero existente, vt Quo,
incompleta, tamen existens, vt Quid,
incompletum, non est perfectius se
ipso existente, vt Quo, quia semper
imperfectionem partis includit,
pars autem perfectior est se ipse se
statu coiunctiosis ad eorum, quam
in statu separationis.

ARTICVLVS QVINTVS.

*De Discrimine instrumentis,
& non viuantia.*

Socr. dubium hoc resolutere vi-
detur in 2. sente. d. 2. q. 10. lib.
E. & alibi, circa quod varia sunt
DD. opinion. Aliqui Thomistæ
explicant, quod vivens in commu-
ni sit illud, quod habet in se prin-
cipium mouendi; non vivens per
carentiam huius principij, & id

H 2 etiam

etiam ex nostris explicat Cauell. disp. 1. de an. sect. 4. sed ex dictis in disp. de Cœlo dub. 32. ostendit idem posse seipsum mouere, quamvis inanimatum, ut grauia, & levia, quæ à seipso, non à generante mouentur. Aliqui affirmant, viuentia illa esse, quæ ex se habent, ut immanentiter operentur, ita ex nostris Vulp. Non placet, nam etiā non viuentia possunt immanentiter operari, ut cum aqua se reducit ad pristinum statum, grauia se mouent, &c.

Alij allatam doctrinam explicant, quia viuentia ut sic non possunt nisi immanentiter operari, & in se ipsis, vbi inanimata quamvis aliquando immanentiter operentur, possunt etiam actione eiusdem rationis transirent, & in alienum suppositum agere. Quod dictū, sic ab Hurt. explicatur disp. 3. de an. sec. 1. scil. inanimata dicunt illa, quæ tantum producere possunt effectum, seu terminū natura sua ab extrinseco producibilem, & quem possunt in quolibet statu ab alio accipere, ut frigus in aqua non solù in prouenire potest ab aqua, sed ab aere, & nube &c. viuentia vero sunt, quæ effectus aliquos producunt, quos non possunt ab alio accipere sine proprio concursu actiū, & passiū, & tales sunt nutritiones, intellectiones, sensationes &c. Nō valet, nā ut infra dicemus, omnes actus vitales possunt à Deo totaliter, & immediate produci, quod etiam Hurt. ipse disp. 6. sect. 3. fa-

tetur. Potest etiam vnde Angelos in disp. 1. de an. sect. 4. intellectionem causare in intellectu alterius, ut Scot. docet in 2. d. 9. q. 2. disputans de locutione Angelorum, ergo huiusmodi effectus non pertinet intrinsecè, & essentialiter à viuentibus produci; & eodem modo se habent sicut effectus immutantes inanimatorum. Tum quia per motum progressuum, qui communiter vitalis censetur, acquiritur ubi, quod potest etiam ab extrinseco acquiri, ergo &c. plura alia contra hunc modum dicendi congerunt Doctores.

Arriaga disp. 2. de An. sect. 1. aliter procedit, de duplice vita distinguens, una physica, alia intentionali; illam ponit in aggeneratione viuentis substantiaz in nutritione per intus sumptionem alimenti, istam in cognitione, & appetitione; illam communem ponit plantis, & animalibus; istam animalibus, Angelis, & Deo, ex quo postea infert sect. 2. quod viuens in actu primo sit illud, p. est principium operationis vitalis fortissimenter, concedens habitus tam naturales, quam supernaturales dici vitales, quia vere producunt actum vitalem, negat tamen hoc de speciebus, quia non sunt perfectiones intrinsecæ animz, nec per se exigunt inherere potentiaz, in qua producunt actus, sed possunt in alio subiecto produci, ut de speciebus sensibilibus patet, non ita habitus.

Sed bona pace, hic modus dicendi

di est alijs ineptior, vt benè Mast. & Bell. obseruāt disp. I. q. 2. ex multis capitibus. Primo, quia ponit vitam, quam physicam appellat, in sola nutritione; cùm tamen secundum omnes detur generatio vitæ, quæ solet definiri: *Origo naturalis viuentis à viuente principia vita coniunctio, in similitudinem naturæ.* vt diximus in lib. de Generat. hinc potentia generativa communiter inter potentias viuentis animæ cōsideratur. Secundò, quia negat omnino vitam hanc physicam in Deo, & tamē Pater per generationem vitalem producit filium in Diuinis, licet sine causatione, & imperfectione. Tertiò quia negat vitam physicam in Angelis; sicut n. nutritio dicitur vita physica, qd per ipsam aliquid vivēs verē producitur, & causatur, ita quia intellectus creatus in productione sui actus, verē physicè agit, producēdo aliquod vitale, vt est intellectio, dicitur habere vitam physicā. At non minus insulsum est, quod casserit habitus esse principia vitalia, nam licet intellecōiones, & voluntiones producant, quæ sunt operationes vitales, non tamen cognoscunt, & volunt. Tum qd nō solum vitales dici deberent, sed etiam viuentes, quod habitibus concedete barbarismum in scholis redolet; Neque valet differentia assignata de speciebus, si n. habitus, quia petunt inhærente in potentia elicitiua, dicuntur vitales, quia ad actiones vitales concurrunt, multò ma-

gis species, quæ non tantam ad intentionem actus concurrunt, sed ad ipsam entitatem, quatenus simpliciter ad agendum necessariæ sunt, vt infra patet. quod autem ex se in eadem potentia non inhærent, parū refert. Tum quia hoc de speciebus intelligibilius falsum est.

Pro resolutione sciendum est, qd vitalitas in actu ex dupli capite sumitur quando est cognitiva, vel appetitiva s. vel ex parte principiū productiui, vel ex parte obiectiū iriquid tendit, aut potius ex modo tendendi in ipsum. Item una est productiua, altera operatiua; per primam producit actum vitalem, & posset appellari physica cum Arriag. altera operatiua, qua potentia tendere potest per actum productum in obiectum, vt Scotus docet in I. d. 39. q. vn. L. & hæc potest quoq; vocari intentionalis, de qua nō loquimur hic ex professo, sed solam de vitalitate productiua, qua viens à posteriori à non viuente distinguitur.

Conclusio:

Dicimus, discrimen inter viuentia, & non viuentia explicari per hoc, quod viuentia in actu primo sunt illa, que habent in seipso principium, quod per se institutum est ad adquirendam ipsi viventi, cuius est principium, perfectionem aliquam, que nō est illi debita ex via propria generationis, sed est superaddita; Sic augmentatio non est propria perfectio viuentis ex via generationis, aliter in illo instanti esset in statu violento, & nulla generatione esset naturalis, idemque

de

de generatione activa, sensatione, motu progressivo, intellectione, & voluntate dicendum est. Non viuentia vero, vel nullum tale principium habent, vel illud est per se, & primariò ordinatum ad acquirendam aliquam perfectionem ipsius debitam ex vi generationis, ita ut sine illa sint in statu violento, ut pares de granibus, & levibus, quae tunc ab intrinseco mouentur, quando extra proprium locum naturalem reperiuntur, & cùm sunt in proprio loco quiescent. Ita intermis Maf. & Bell. disp. 1. de an. q. 2. ad metem scoti. Debet igitur esse hoc principium per se, & primariò institutum ad acquirendum viuentibus perfectionem, nam si illam perfectionem producant in alieno supposito, ut cum Angelus in alterius intellectum causat intellectionem, hoc est secundariò, & per accid. Siquidem tale principium primariò proprium respicit suppositum. Ex quo etiam sequitur, quod istud principium debet esse per se, & primariò principium operationis immanentis, quamvis secundariò possit esse operationis transuertientis; alia vero principia, nequè inanimata, vel respiciunt operationem transuertentem, ut patet de Cœlis, que in hac inferiora agunt, vel indifferenter transuertent respiciunt operationem, ut ignis est in se ipso, quod in supposito alieno status est producere calorem, aqua frigiditatem, & si aliqua sunt principia, que immaterialiter operantur, ut granitas, & levitas, non tamen illis gaudens con-

ditoisibas, que necessaria sunt in principijs viuentium, ut diximus. Objetiones.

Ob. Ex Huc. & Arriag. Status naturalis alicuius rei est, cùm habet totam suam perfectionē, ergo status naturalis viuentis est, cùm habet perfectam magnitudinem, & sic illa magnitudo, quæ vitaliter p augmentationē acquiritur, erit debita ex vi generationis. *gr. neg. aūs.* & ratio est, quia nō est idem status violētus, & status minus perfectus, cùm hoc permaneat status naturalis, nō cùm illo; Unde vivēs in principio solidam est in statu minus perfecto, nō violēto, ut est graue farsum, & hoc illud considerando ut in primo instanti generationis, nam in progressu temporis, aliæ vniq; debentur perfectiones, sed non ex generationis, ideo nihil.

Ob. Generare igitur non est debitum ex vi generationis, & tamen in igne non est generatio vitalis, ergo. *gr. neg. paritate*. & ratio est, quia generatio actius ignis est omnino transiens, generatio vero vitalis est aliquo modo immanens, quia sit principio vita continuo, & agit in partem aliquam proprietatis materie, ut diximus in lib. de Gen.

Ob. Ex propria natura debetur Deo omnis perfectio, ex quibus aliquæ sunt vitales, ut intellectio, & voluntio, immo Pateri ut sic debetur Filius, quia relativa mutuè se respiciat, & tamen generatio illa, vitalis dicitur. *gr. 1. per hoc arg.* solum probari Deum circa illas ope-

operationes nō habere vitalitatem tēr, quām transcenēt operari, sed productiūam, quod admittimus, principium vitale est perfectius nō; quia reuera non producuntur, sed vitali, & hoc potest vroque modo solum à Divina Essentia pulsulante, agere, ergo multò magis principiū vitale erit taliter actiuus. *Ex.*
neg. ma. alijs ratio probaret etiam potentias sensitiuas debere transcenēt agere, cūm sint potentij non vitalibus perfectiores. Non re-
ctē igitur ex maiori, vel minori v-
nia etalitate agendi infertur semper maior, vel minor pfectio principij, sed potius ex perfectiori, vel imperfectioni effectu, quam producit; actus autem vitalis perfectior est quocumque alio accidente ab agente creato producibilis, ideoq; perfectior erit potentia vitalis.

Dices, etiam aliqua inanimata in proprio loco mouentur, vt de argento viuo patet, ergo non est benē assignatum discrimen ex parte modi tendendi in perfectionem, &c. *Ex. neg. conseq.* Nam argenti viuum mouetur propter nimiam gravitatem, & quia fluidum est rectugit tabulæ, vel terræ siccitatem, & in sphēram se colligit; & quia etiam valde ponderat, querit semper deorsum tendere, vt aeri subsideat, potest etiā agitari ab aere &c.

ARTICVLVS SEXTVS.

An quelibet Anima sit indivisibilis.

SCor. resolutionem huius dubij dedit in 1. sent. d. 2. q. 7. Ec. & in 4. d. 1. q. 5. supra B. & alibi. pro cuius intelligentia præmittimus, multiplicem esse diuisibilitatem; nam una est, qua totum dividi- ditur

Ob. Illud est perfectius principiū, quod potest tam immanen-

ditur in partes essentiales, ut homo in animam, & corpus; alia in partes integrales, ut corpus in caput, brachia, pedes, &c. alia in partes virtuales, seu potentiales, ut anima rationalis in intellectum, & voluntatem. Item Diuisibilitas essentialis adhuc duplex est sive Physica, & Metaphysica; Diuisibilitas physica est qua totum diuiditur in partes essentiales physicas, ut homo in animal, & rationale. Diuisibilitas etiam integralis duplex est sive extensiva, & quantitativa; secundum priorem diuiditur materia, & quilibet substantia corporalis seclusa quantitate; secundum posteriorē, dividitur quilibet substantia, affecta quantitate molis. Ex his infertur primum, quod nulla anima est diuisibilis in partes essentiales physicas, cum careat materia, & forma physica, bene tamen in partes metaphysicas, h. cest. n. anima in communi non sit propriè genus, nec quilibet anima rigorosè species, se habent tamen ad modum generis, & specierum incompletarum, ac propterea una quæque diuidi potest per genus, & differentiam. Secundo infertur, quod animæ vegetatiæ, & sensibiliæ partiti poterunt in partes integrales entitatiwas, si secundum propriam substantiam considerantur, nam sunt formæ corporeæ, ac pariter in quantitatibus, dum sunt in cor-

pore quanto, non tamen anima rationalis. Infertur tandem, quod quilibet anima diuisibilis est in partes potentiales, nam vegetativa diuiditur in augmentatiuum, & diminutiuum; Scistiuæ in nutritiuum, generatiuum, & locomotiuum; rationalis in intellectuam, memoriatuam, & volituam, ut videris infra.

Quatuor in hoc dubio adsunt opiniones, duæ extrema, & duæ medie. Prima extrema est Platonico-rua, affirmantium omnes animas esse indiuisibiles, quos etiam sequuntur aliqui Peripath. & Simplicius, Thienensis, & alij. Alia extrema est aliquorum, assertantium omnem animam diuisibilem esse, etiam rationalem, scilicet secundum principia physica, sola vero fidei indiuisibilem; Ita Iandunus, & de An. Pomponatius, Zabarelli, & alij. Prima media est D. Thom. i. p. q. 76. art. 8. quam sequuntur Carter, Bannes, Ripa, Complut. Ioan. de S. Thom. & alij, sic distinguentes, viuentia alia sunt, quorum partes abscessæ adhuc viuunt, vel plantæ, & inter animalia lacertæ, vermiculi, colubri, &c. qua ratione vocantur animalia imperfecta; alia vero sunt, quorum partes abscessæ non viuunt, ut equus, leo, Aquila &c. qua ratione animalia perfecta appellantur; ad propositionem assertunt, animas imperfectorum esse diuisibiles, perfectorum vero indiuisibiles, sicut est anima rationalis. Secunda media est Scoti locis

locis citatis; & in 4. d. 43. qu. 2. art. 2. & alibi, docentis solam animam rationalem esse indivisibilēs: ceteras autem diuisibiles, quem sequuntur præter Scotistas, Durand. Apoll. Marli. Albert. de Saxon. Ruy. Tolet. Averroë, Peter, Marcia, Hurt. Arriag. & communior inter Recentiores, licet Copimbi, has medias sententias problematicè defendant.

Conclusio.

Dicimus, solam animam rationalem esse indivisibilem, ceteras vero diuisibiles, est Scotti loc. cit. & Prima pars de anima rationali est Arist. 2. de An. 21, vbi postquam statuit animam diuisibilem esse ad divisionem corporis, excludit ab hac propositione animam rationalem, & in 3. de An. sepius docet Intellectum esse immixtum, immateriale, & separatum a materia. Pr. etiam ratio ne: Anima rationalis est spiritus, ergo est indivisibilis, antec. probatur pluribus Sacra Scriptura testimonij, ut patet 1. Corint. cap. 24 vbi habetur, quis hominem scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? & ibidem cap. 5. & Eccles. 12. & alibi. Pr. etiam creatione Scotti hoc antec. in 4. d. 43. q. 2. art. 2. & quotib. 9. art. 2. vbi sic discurrit: repetitur in nobis aliqua cognitio spiritualis, & immaterialis, quæ obiectum immateriale, & spirituale respicit, quæ cognitio cum sit accid. in aliquo subiecto immateriali, & spirituali recipi debet, at tale subiectū

aliud non erit, nisi anima nostra quia omne aliud in homine est materialis, ergo anima nostra spiritualis est.

Consequentia Pr. in hoc differt materiale ab immateriali, & corpus à spiritu, quod materiale habet extensionem partium, immateriale vero nequaquam, ergo si anima rationalis est immaterialis, & spiritualis, erit consequenter in extensa, & indivisibilis entitatem. Antecedēs huius argumenti probatur ex confutatione aliorum modorum, distinguendū materialē, à spirituali, nam aliqui volunt differre per quantitatem. Nō placet, & ratio est, quia quantitas est extrinseca, & accidentalis, substantia vero materialis ab intrinseco differt à spiritu, & per essentia tialia, hinc si quantitate spoliaretur, adhuc materialis diceretur. Quidam assignant pro differentia, quod materialia constant ex materia, & forma, non sic Spiritus. Non valet, nam accidentia quædam, ut primæ qualitates, carent materia, & forma in seipsis consideratae. Itēm & Cœlum in sententia Arist. per Scetum, & tamen inter entia materialia connumeratur. Alij sic distinguunt, quod spirituale magis per se subsistit, quam materiale. Non satisfacit, magis, n. subsistit homo, qui est suppositum omnino incommunicabile, quam anima rationalis, quæ etiam separata non dicitur persona, & suppositum, & tamen homo est materia;

lis, anima spiritualis. Neque etiam accidentia spiritualia subsistunt, cu à subiecto dependeant, & tamen non dicuntur materialia. Si addas materiam diffire à spiritu per ordinem ad quantitatem, quam recipit, non placet, nam adest difficultas de quantitate per quidam spiritu differe, si etenim dicas differe per ordinem ad materiam, circum cōmittis, & causas sibi inuicē causas in eodero causandi genere.

Secundò Pr. Si anima rationalis esset diuisibilis, non posset eius immortalitas saluari, sed hoc est falsum, ergo &c. Pr. sequela, qualibet pars animæ si esset diuisibilis, correspondere cuilibet parti corporis, & materiæ exente, ergo abscissa una parte corporis, pars animæ periret, ergo si partes corporis omnes abscinderentur, partes omnes animæ perirent, & conuenter tota anima esset corruptibilis, & ita non immortalis.

Dices, abscissa una parte corporis, parrem illam animæ informatam non perire, sed retrogradi, vel retrahiri ad informandam aliam partem corporis ab anima actuataam. Non valet, Tum quis eadem forma migraret de subiecto in subiectum, quod est falsum. Tum quis eadem materia diuibus formis naturaliter informaretur. Hinc ait D. Thom. qu. de spirit. creatoria art. 4. ad 2. Præcisa parte non sequitur quod auferatur anima, vel quod ad aliam partem transiret, tunc nisi poneretur, quod in illa so-

la parte anima esset, sed sequitur, quod illa pars definat perfici anima totius.

Vrgebis, inintelligibile est aliquid deserero unum locum, vel loci partem, sine alterius acquisitione, ergo implicat animam deserte presentiam vnius partis sine acquisitione alterius praesertim, id est, abs. si illud est corporeum, quia corpus necessarium sibi locum adiquatum suu entitati determinat, concedo; si illud est spirituale, nego; ratio est, quia spiritus non determinat sibi necessitate naturam locum certam, & determinatum, cum non debeat illi formaliter coextendi, ita quod una pars sui correspondereat parti loci, & tota toti, sed totus est in toto, & totus in qualibet parte, & consequenter potest amittere partem loci, nullam aliam acquirendo, sicut potest acquirere aliam, nullam aliam amittendo, dummodo non excedat sphæram suu locabilitatis. Quia igitur anima est forma spiritualis, potest definire, informare, & perficere, unam partem corporis, absque eo, quod retrahatur ad informandam aliam partem.

Probatur secunda pars: quod s. Anima vegetativa plantarum, & sensitiva animalium tam perfectiorum, quod imperfectorum, sint omnino diuisibles Formæ. Quæ educuntur de potentia materiæ sunt diuisibilis, sed anima vegetativa, & sensitiva sunt huiusmodi. ergo. materies, quia formæ, quæ educuntur de

de potentia materiæ, vel educuntur de tota materia, & non de eius partibus, aut de singulis partibus, & non de tota, vel singula pars formæ de singula parte materiæ; non primum, neque secundum, ergo tertium, ac consequenter formæ sic educæ sunt diuisibiles. Primi. non potest dici primum, quia tota materia non est sine partibus; Neque secundum, quia abscissa una animalis parte, adhuc animal vivit, & habet animam, ergo eius anima non pendebat ab illa parte, ergo dicendum est tertium, quod si formæ educuntur de tota materia, & singula pars à singulis partibus, & ita sunt diuisibiles. Quod anima vegetativa, & sensitiva educantur de potentia materiæ, est evidens, pendent n. infieri, & conservari à corpore, quod informat, quod ex eo manifestè ostenditur, quod corruptis plantis, & animalibus, corruptio nōt quoque corruptam animæ, signum quod illæ de potentia suorum corporum educæ fuerunt. Ex qua ratione confirmatur etiam Prima conclusionis pars; Si n. forma, quæ educitur de potentia materiæ est diuisibilis, quia extenditur ad extensionem materiæ, cùm sola anima rationalis non educatur de potentia materiæ, sed immediate creatur à Deo, & in morte hominis adhuc separata maneat, ut de fide determinatum est in cap. Firmiter de summa Trinitate, & Fide Catholica. Clem. vlt. sequitur, quod sola anima rationalis

sit indiuisibilis.

Probatur deinde si agillation de animabus plantarum experientia, videmus n. plantas diuisas viuere aliquo tempore, imò crescere, & florere, & rami abscissi remanentes adhuc viventes, non secus ac essent duas arbores, hinc agricultores ex illis insitiones varias conficiunt, ergo earum animæ sunt diuisibiles, quia anima indiuisibilis neqt; informatae partes diuisa, ac loco distantes.

Idem experientia patet de animalibus imperfectis, vt de lacertis, & similibus, & testimonium illud asserti solet D. Aug. lib. de quant. animæ cap. 31. de quadam veritate multipede, qui in multas partes diuisus, singulæ eundem motum retinuerunt, quem totum animal ante divisionem habebat, ac si quilibet pars integrum fuisset animal.

Dices, remanere in parte diuisa potentias vitales, & ita per illas viuere. Non valet, nam potentias vitales non distinguuntur realiter ab anima, ut infra patet, ac proinde si potentias vitales remanentes diuisæ, similicer, & anima diuisa manebit. Respondent aliqui, quod in divisione, duæ animæ de novo producuntur. Neque hoc valet, nā contra hoc vrgent rationes omnes, quibus impugnat forma cadauensis de novo producta in morte animalis, cùm non appareat aetas potens statim tales formas producere. Tum quia in corruptione aliquius, numquam generatur idem specie de novo, sed aliud specie di-

uersum V.G. in corruptione ignis, debet, anima iam præsupponitur non generatur ignis, sed cinis &c. Probatur tandem de animabus perfectorum, si n. anima leonis V.G. esset indivisiibilis, sequeretur quod idem effectus naturaliter penderet a pluribus causis totalibus, vel ab una totali, & altera partiali, quæ omnia sicut absurdæ Pr. sequela, nam in generatione forma leonis educitur adæquatè de tota materia ad generationem requisita, in nutritione autem eadem anima ad nouam materiam se extendere deberet, a qua si dependeret, iam idem effectus plures causas in eodem genere adæquatas haberetur aut unam adæquatam, alteram partialem; si non dependeret, ergo informaret materiam, absque eius educatione, quod solius animæ rationalis proprium est.

Respondent aliqui, quod in nutritione, & in aduentu nouæ materiæ, anima leonis a tota illa materia adæquatè pendet, nam prior materia propter aduentum alterius partis suum concursum attingerat, & ubi erat totalis, sic partialis. Non valet, licet n. quando plures causæ simul applicantur, agant ad effectum medium, quando tamen una est iam applicata, & in actionem sibi adæquatam prodit, non potest impediri ab illa actione per causam eiusdem rationis. Siquidem impedimentum a contrario provenit, non a simili. Tum quia in illo instanti, in quo aduenit noua materia, in qua anima introduci

existens, & perfectè conseruata in esse a priori materia, ergo nequit in eodem instanti ab alia dependere, aliter idem effectus a duabus causis totalibus penderet.

Objectiones.

Ob. Contra primâ partem conclusionis, probando quod omnis anima sit diuisibilis, & primò experientia; quia multi post capitib[us] abscissionem se mouerunt, & locuti sunt. *g.* vel aliquam locutionem, ut in Sanctis fuisse miraculosam; vel naturaliter, non ab anima ibi existente, sed a spiritibus animalibus, & vitalibus, in quibus adhuc eorum impetus permaneat.

Ob. omne, quod recipitur per modum recipientis recipitur, sed corpus, in quo rationalis anima recipitur, est extensum, ergo &c.

g. 1. quod anima rationalis est virtualiter diuisibilis, sicut Angelus est in loco diuisibili per virtutem sui diffusionem, & ita recipitur per modum recipientis, non formaliter, sed virtualiter. *g.* 2. ex D. Thomi, qu. vn. de anima ad 14. dist. ma. quasi quod receptum debeat recipienti proportionari, eiusque capacitat[i], & dispositioni, conceditur; quasi quod debeat induere naturam, & proprietatem recipientis, negatur; nam etiam aqua recipitur in vase, & tamen naturam vasis non induit, & supernaturalis beatitudo recipitur in subiecto mutabili, non tamen secundum modum mutabilitatis, & defecti-

fessibilitatis, ita de anima &c.

Dices, ad summum hoc veris-
cari de illa re, quæ in alia quomo-
documque reperitur, non tamen
idem dici potest de illa re, quæ est
in alia per informationem, ergo
¶. neg. ahs. informatio n. vt be-
nè aduerit Ruu. præscindit à di-
uisibilitate, vel indiuisibilitate for-
mæ, & dicit tantum proportionem
actus, & potentiarum, quæ ad dādum,
vel recipiendum effectum formalē
formæ; quarè stante tali propor-
tione, anima indiuisibilis, potest
informare corpus diuibile, maxi-
mè cùm sit virtualiter diuibile, &
atqualem formalī diuisibilitati
corporis.

Ob. Ascito nalo ab homine, &
iterum per artem medicam vnto,
viuit natus; signum, quod abscissus
viuebat, & anima rationali infor-
mabatur; aliter à priuatione ad ha-
bitum daretur regressus naturalis.
¶. neg. conseq. ad. prob. dicimus,
a priuatiōne substanciali totali, vel
partis principalis s. capitis, cor-
dis, &c. ad habitum non datur re-
gressus, a priuatione tamen partis
imperfectioris ad totum, benè po-
test dari regressus, quia potest per
coniunctionem ad individuum de-
nuò disponi, eo proportionali mo-
do, quo materia alimenti. Ratio à
priori esse potest, quia pars perfe-
cta plures dispositiones requirit ad
sui consecrationem, pars vero im-
perfecta minores, & diminutas,
ideoq; si perfecta abscindatur, non
remanet in animali virtus ad illius

recuperationem, bene verò si pars
imperfecta breui mora abscindatur.

Ob. Ex hac positione sequere-
tur, quod anima à seipso distaret,
quatenus s. in diversis partibus re-
peritur. Item simul esset in plurib.
locis; & simul moueretur, quiesce-
re altera, quæ omnia ablurda cen-
sentur. ¶. quod distantia sumitur
propriè in ordine ad diuersa, & a-
dequata loca, manus verò, pes, &
huiusmodi respectu animæ sunt lo-
ca inadæquata, secundum quæ, di-
stantia est tantum extrinseca, se-
cundum quid, & per accidens. Ne-
que inconveniens est idem simul
esse in pluribus locis inadæquatis,
& quiescere, & moueri secundum
illa, quia sic non est contradicatio,
cùm non sit secundum idem.

Ex his colligitur, quod licet in
qualibet parte corporis reperiatur
tota essentia animæ cum suis po-
tentijs, & quibus non distinguuntur
realiter, non tamen sequitur, quod
quælibet pars hominis sit homo, &
intelligat, cuius ratio est, quia
animal illud dicitur quod se habet
ut totum quoddam perfectum cō-
stitutum ex integro corpore, & a-
nimæ, & hoc est adæquatum con-
stitutum, quod respicit forma illi-
mitata ait Scot. Quol. 9. lit. E. &
sic etiam responderetur ad illud arg.
nimicrum quando totum est in ali-
quo, nihil illius debet esse extra,
ergo si tota anima est in pede, ni-
hil illius erit in capite. ¶. enim
ahs esse verum, quando totum est
in illo adæquate, non autem qua-
do

do est in illo iudicatur, ut sunt omnes partes corporis respectu animalis rationalis.

Ob: punctum caret omni parte; & tamen nos est spirituale, ergo spirituale non constituitur per indivisibilitatem. Pz. neg. consequamuis .n. punctum non habeat partes, est tamē aliquid corporis, quatenus corpus est, quia est continuatum. ipsius, ideoque non spirituale, sed corporeum dicitur, licet nō sit corpus; anima verò nec habet partes, nec est aliquid corporis, quatenus corpus est, sed est aliquid corporis animati: quatenus animatum est, non .n. anima est, qua corpus est corpus, ac proinde nequit dici formaliter corpora, neque vt Quod, neque vt Qzo, vt clarius infra. Vndē argumentum præget illos, qui negant formam corporeitatis, ut necessariam dispositionem ad animam, sed volunt animam esse partem corporis; nos verò dicimus esse partē hominis, & corporis animati.

Ob. Vbicationis Angeli motus, & vno substantialis animæ rationalis cum corpore sunt spirituales, & tamen dividuntur ad divisionem loci, & corporis, ergo potest res spiritualis divisibilitatem sui admittere. Pz. argumentum præget illos, qui ponunt ubicationes, motus, & vnuiones entitatis quoddam modales absolute, nobis autem nihil officit, quia illos ponimus puros respectus. Neque in Angelo ponimus unum respectum totalem

ad totum locum, sed tot respectus, quo sunt partes loci, idemque de vnonib. in Phys. determinavit animus.

Contra secundam partem Conclusionis arguitur ex Arist. r. de An. 94. ubi docet omnem animam esse indivisibilem, ergo &c. Pz. variè apud Interpretes locus citatus exponitur. Argytopodus virtus Divisibilem, quod tamen de vegetativa, & sensitiva intelligentia est, de quibus prius locutus fuerat. Vel si de indivisibili loquatur, intelligi debet de indivisibilitate secundum speciem, non secundum extensionem, ut ex ipso textu colligatur.

Ob. Arist. de Juvent. & Senect. cap. 1. docet animalia perfecta habere animam maximè vnam, ad differentiam animalium imperfectorum, quorum animæ sunt partibiles, ait. n. Optime autem constitutis animalia, hoc non patinatur, (it best diuisionem) properea quod naturas ipsorum, ut possibile est, maximè una, ergo in Arist. sententia animæ animalium perfectorum sunt indivisibilis. Confirmatur, si essent divisibilis partes a seco separatae possent vivere, sicut in partibus animalium imperfectorum experimur, quod tamē est fallum, sicut n. in homine, vna parte sublatâ statim moritur totum, ita in quolibet animali perfecto evenit. Pz. Arist. ibi non loqui simpliciter, & absolute, sed tantum comparatiue ad animam animalis imperfecti, quod illis verbis indicauit, ut possibile est, ac si diceret animæ brutorū omnis

fuit

sunt quidem diuisibiles, & exten-
se, animæ tamen brutorum perfe-
ctorum magis unitatem seruant,
que tamen unitas non indicat in-
diuisibilitatem ab intrinseco, sed
tantum ab extrinseco, quatenus
maiores organorum apparatus ex-
postulant. Ad Confirmationem
negatur sequela. Ad experientiam
partes perfectorum ideo non pos-
sunt separatae vivere, non quia ani-
mam indiuisibilem habet, sed quia
animalia perfecta majori accidenti-
tum apparatus, & organorum egeni-
tate in diuisione membrorum do-
cimuntur.

Ob. Quod est diuisibile, aliquâ-
do diuiditur, quia potentia non
est ad actum impossibilem, sed ani-
mæ sensuiz perfectorum anima-
lium non possunt ad diuisionem
materiæ actu diuidi in partes vi-
vas, ergo &c. P. ut supra ad min.
illam repugnantiam ad diuidi non
prouenire ab intrinseco, sed ab ex-
trinseco. I. ob defectum plurium
organorum, que in animalib. per-
fectis requiruntur, in lectione de-
cimuntur.

Sed contra, licet non esset suffi-
cens organizatio ad totam for-
mam, esset tamen sufficiens ad par-
tem forme, sicut n. se habet orga-
nizatio totalis ad formam totalē,
ita partialis ad partiale, si partes
habent, ergo si cum praescinditur
pars animalis perfecti, absconditur
pars animæ, vere remanere posset
in illa parta corporis separata, lat-
terem pro tempore, & in statu

vitali ad corruptionem. P. negat;
consequ. & licet assumpta paritas
de organizatione quò ad informa-
tionem valeret, non tamen quò ad
disunctionem, quod etiam de ani-
malibus imperfectis ostenditur, q. si
secundum latitudinem secentur,
non vivunt. Nec etiam clarum est,
an modico tempore partes illæ vi-
vant, vt innuere videtur Arist. lib.
de Iuuent. & Sene&c. cap. 1. de pul-
lis, & gallinis, que absciso capite,
ad huc tantisper vivunt.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

Ab Anima diuisibiles sunt homogeneæ;
vel etherogeneæ.

Cot. in 3. sent. d. 4. & d. 11. q.
S 3. docet totam diuersitatem
specificam partiū corporis, à for-
mis illis partialibus prouenire, nō
ab Anima, & sequuntur communiter
Scotistæ. Quidam verò illorum,
qui unitam tantum formam in vi-
uentibus astituunt, fatentur animas
diuisibiles constare ex diversis par-
tibus quodammodo specie distin-
ctis, ita ut alia sit pars animæ, que
in leone oculum informet, alia que
aures, alia que ossa, alia que ner-
uos &c. ita Suar. disp. 15. meth.
fec. 10. num. 31. Huet. de Anima
disp. 2. sec. 5. & Alij, communiter
tamen est cum Scoto.

Conclusio.
Dicimus cum communis, & Subtilissi-
mo loc. cit. animas diuisibiles non esse
etherogeneas, sed homogeneas, & simi-
lares, pater manifestè ex 1. de an.
5.8. vbi Acilius docet animam non
esse

esse formam mixtionis, & reddens rationem, ait, quia aliis oporteret in animali tot animas ponere, quos sunt partes etherogenae ipsius. Tum quia ex hac sententia sequitur quodlibet animal non esse unum per se, & in una specie, sed unum unitate ordinis, & continuationis, & in diversis speciebus, sed hoc est falsum, ergo &c.

Dices, hanc etherogenitas non est tanta, ut ad distinctionem specificam perueriat, sed in eadem specie sufficit. Non valet, ostendimus n. in lib. phys. & de Gener. diversitatem partium corporis esse specificam. Neque diversitatem hanc inter substancialia individua admitemus in lib. de Gener. dum ostendimus substantiam non sulpicere magis, & minus in eadem specie. Neque etherogenitatem graduum in qualitatibus concessimus.

Objectiones.

Contra nostram positionem arguit Hurt. loc. cit. d. §. 130. usque ad 161. pluribus rationibus; quae capiunt ad presentes breviter reducuntur. Forma, que est in capite determinata petit dispositiones capitis, illi repugnant dispositiones pedis, ergo forma capitis est diversa a forma pedis. Antec. Pr. caput, ut caput petit organa discessa ab organis pedis; talis autem determinatio non provenit a materia, que est indifferens, ergo a forma, sicutur capitis forma determinata petit illas dispositiones, & quecumque aliis sibi repugnant.

Si dicas, ait Hurt. eocam formam secundum omnes partes collective sumptas determinare sibi omnia illa organa, quamlibet vero parte distributae accepta indeterminate a spicere quodlibet organum. In stat, si quelibet pars formarum inde determinata respicit. Omnia corporis organa, ergo tota forma non potuit illa determinata respicere, probat consequentiam, quia quod habet compositum, necessariò habet à parte constitutiva, vel rotunditatem, vel partialiter, sed nulla pars formarum determinata respicit caput, oculos &c. ergo neque tota forma, compositum n. præterim integrale non est aliud præter partes unitas.

Rat & bene Bell. & Mastr. cum distinctione. Anima diuisibilis duplicitè considerari potest, vel ut totum quoddam suo modo essentiale, & ita non respicit partes extitutias, & integrales, sed partes suas essentiales, nempè genus, & differentiam ex quibus Meth. constat, ac propriam suam naturam, secundò, ut totum integrale, quod sentit ex partibus extitutis coalescit, tunc ad argum. concedimus caput, & pedes petere illa organa; cum dicitur talis determinatio pertinet à forma, dicimus, provenire à forma, ut est totum essentiale, quia anima natura sua talem petit organizationem informare, que est in toto corpore, est n. actus corporis physici organici, &c. ita ut eius essentia determinata sic ad totam

vitam corporis organizationem. teriam informaret, & ita totus est. Prouenit a forma, vt totum est integrum, & negatur, nam ut sic, quae- hinc pars est indeterminata ad quodlibet corpus informandum, & illius sequeretur, quod si tantum ad carnem, vel ossa, &c. determinata esset, non diceret actus corporis physici, organici, sed homogenij. Ad impugnationem huius respon- sionis, quod si qualibet pars forme indeterminata respicit totum cor- pus, ergo etiam, & tota forma, ne tota forma, vt est totum essentiales, negatur; vt totum integrale, con- ceditur. Cum tandem additur, illa determinatio in compositione debet a partibus prout ea admittuntur, sed partes anima, vt est quid essentiale, non sunt partes entitatis, sed propria realitatis, a quibus habet anima, vt determinata tamen petat organizationem. Et si hoc argum. in bratis concludit, con- cluderet etiam animam rationalem in homine esse divisibilem in par- tes heterogeneas, vel si sufficeret ad animam rationalem, vt virtua- liter contineat esse osseum, carnem, &c. idem de sensuia afferendum erit; cum etiam secundum ipsos sensuia formam corporeitatis con- fisteret possit.

Vrgt Hurt. si forma, quae est in osse est etiam indifferens ad carnem, sic etiam forma, quae est in cerebro, corde &c. ergo potest in carne manere, & consequenter si Deus haec omnia in carnem conuerteret, ad- huc forma equina totam illam ma-

quus esset carnem, quod est falsum. Et supra, formam, quae est in ossibus, indifferens est ad carnem, vt est quod integrum, quia potest carnem in- formare, non tamen indifferens est, ut quid essentiale, ex sua .n. essen- tia per se corpus organicum, vt suum aequalium perfectibile, non alio- ter ad anima rationalis; quia qua- libet pars anima est anima, & ha- bet essentiam anima, idcirco qua- libet pars secundum suam essentiam poscit totum corpus, estque unus est integrans, sit indifferens ad hanc, vel illam corporis formam, ex qua doctrina negatur consequen- tium .n. essentia anima respiciat totum corpus non potest etiam per- potentiam Dei equum carneum in- formare. Affert exemplum: re- latio & qualitatis in palmo ad aliu- palmum fundatur in toto palmo, & extensa est sicut palmus, ita ve- una pars illius relationis sit in una parte, & alia pars in alia, sicut to- ta relatio in uno palmo, sic tamen quod una pars illius relationis in una parte fundata, poterat funda- ri in alia, quia singillatim, & distri- butivè est indifferens, non tamen est indifferens collectiuè, ita ut pos- sit permanere, si aliquid a palmo auferatur, licet, & vt est quid in- tegrum sit indifferens, tam secun- dum suam essentiam & qualitatis respicit totum illum palmum ne- cessariò, quae determinatio non prouenit a partibus integralibus, sed ab essentia totalis relationis;

valent quoq; attingere Deum. Et impediri, ita nec eius essentia, &
ex Doct. q. I. Prol. quem sequitur existentia, nam qualis operatio,

N 2 Liber Secundus de Anima.

talis essentia erit. Rz. negando; an-
tes, nam Philosophus diceret im-
pediri posse per ipsius destruc-
tionem, quod non est contra liberta-
tem eiusdem. Multi etiam homi-
nes propriā libertatē alijs vēdunt.

Ob. Voluntas se primō mouet ad suas operationes, & est ipsiarum domina, ergo est immortalis, conseq. Pr. quod se primō mouet, & nō mouetur ab alia causa, est exter-
num, quia si deberet interire, debe-
ret ab alio naturali agente moueri. Rz. neg. conseq. nam quod interire potest, non est necessitatis quod à crea-
tura moueatur, sed sufficit, quod ab aliquo dependeat, à quo sepa-
rari potest, & tale est corpus in sen-
tentia Philosphorum.

Ob. In præsenti vita anima rationalis est semper in lucta cū sen-
sibys, ergo alius debet dari status, in quo quietè proprias persicat
operationes. Rz. ex Doct. in 3. d.
33. neg. conseq. ratio est, quia felici-
tas, quæ competit homini pro-
statu isto, prout naturaliter cognoscitur, non repugnat in lucta ratio-
nis cum sensib. sed solùm repugnat
dominum sensus supra rationem, ita quod tunc rationalis appetitus
naturaliter quiescit, quando sensi-
bus dominatur, eliciendo adus se-
cundum rectam rationem. Tum
quia ex Scot. Voluntas ex imperijs
rectis potest in sensu relinquere
habitum, quo ipse sensus delecta-
biliter ad virtutes moueatur, & ita
sine pugna.

Ob. Nulla res corruptitur ab

eo, in quo sua perfectio consistit,
sed animæ perfectio consistit in se-
paratione, & abstractione à cor-
pore, ergo non corruptitur per
separationem à corpore. Respon-
deret Philosophus ad minorem q

ad illa animæ perfectio consistit in se-
paratione secundum operationē, non secundum esse, quia semper
habet dependentiam ab organis corporis, cū per organa operetur.

Ob. Quæ incipiunt, & desinunt
per eamē potentiam habent v. rāq;
led anima à Deo habet esse, ergo
non nisi à Deo destruetur, non ab
aliquo agente naturali. Rz. neg. ma,
Nam animæ ex putri producuntur
à Deo, & tamē à naturali agente
destruuntur. Negaret etiam purus
Phil., quod anima rationalis à Deo
tantum haberet esse, sed quod edu-
citur ab agente naturali, sicut aliæ
formæ corruptibles. Item diceret,
quod sicut naturale agēs est causa
aliquo modo, cur Deus animā in
corpore introducat, disponendo
& præparando materiā, sic dispo-
sitiones illas corrūpens, est etiam
suo modo causa, quare Deus amplius
esse ipsius animæ in corpore nō
conseruet.

Ob. Naturaliter fugimus mor-
tē, ergo naturaliter appetimus vi-
tam, & secundum propensionem
naturæ, nam fugiens iuxta natura-
lem inclinationē vnū oppositorū,
fugit propter amorem alterius op-
positi, mors, & vita opponuntur, er-
go &c. Rz. Scotus, hoc quoq; con-
vincere de toto homine nō de sola
anima,

Disputat. 3. Articulus Duodecimus.

¶ 13

Anima, & tamē homo est mortalis, imō cōuincere etiā de brutorū. Vadē etiā Doct. ex hoc, q̄ homo fugit morte, p̄ nūc naturaliter solū sequitur ergo amat, p̄ nūc naturaliter vitā, & sic de quolibet istkāti signato, nō tamē sequitur, ergo, p̄ infinito tempore, quia hoc non est noctū nisi per fidē.

Ob. Omne Ens habens suū finē à natura institutū, in eo perfectissimē quietatur, delectatur; & beatur, sed anima nostra in hac vita talem finē nō asequitur, ergo alia vita dari debet pro talis finis consecutione, patet mihi. nunquā n. in hac vita perfectissimē quiescit. Tū quia talis finis maximē esset cognitione substantiarū abstractarum, ut Arist. docuit, sed hoc est falsum, quia sic soli sapientes suam finem consequeretur, finis autē ultimus sicutēm à maiori parte cōsequi debet. Tū quia perfecta beatitudo, omne malū excludit, quod in hac vita non contingit. Resp. Scot. omne ens in suo fine quietari modo, quo est possibile illi enti, quo casu minor est falsa. Ad primam probationem, dicimus quod anima quiesceret in cognitione Dei, non clara, sed possibili pro statu isto, & vtiq; perfectissimē, quantum est circa obiectum, in quo eminenter, & vniuersitatem omnia bona continetur; nec est naturaliter cognoscibile posse alio modo perfectius quietari. Ad 2. negatur falsitas, & ad probationem, afferimus iā non esse inconveniens paucas propriū finem asequi, dummodo natura-

enībus dederit sufficiētia īfrādū menta ad illum asequendū & fixū illud. Multi sunt vocati, pauci vero electi. Ad 3. p̄. non esse de ratione beatitudinis possibilis secundum naturālē cognitionem exclusiōnem omnium malorum, sed de ratione beatitudinis cognita ex fidē. Nec Arist. aliam assignauit beatitudinem, nisi cognitionem Dei in hac vita.

Ob. Anima multas exercet operations à corpore independentes omniāno, ergo est à corpore independentis, & ab eo separabilis, atq; tec. patet in intellectione, & maximē in extasi, & rapta, vbi prorsus à sensibus non dependet, & in extasi perfecta omnes actiones corporeas cessant. conseq. Pr. res n. sicut se habet adesse, ita & cognoscēre. neg. conseq. & patet experientia in aqua, vbi calor operatus omnino ab ea independenter, cūm ad talēm calefactionem non concurrit, imō potius impediat; & tamen non potest naturaliter finē aqua existere. Ad probationem, Propositor illa non debet intelligi vniuersaliter, sed tantū secundū aliquas proportiones inter operations, & eius principium requisitas; quatenus s. sicut operatio est limitata, corporea, vel incorporea, ita etiam & principiū, aliter quis quilibet intellectio est corruptibilis, sic etiam & anima, quod est contra ipsos. p̄. 2. negando antecenā pro statu isto anima dependet à corpore, etiam in intellectione,

Si infra patet, non utq; tanquam tur assimilatio intentionalis, non ab organo, vt est in visione, & alijs in esse, & realis, sensationibus, sed tanquam ab eo, à quo accipit species sensibiles, oportet etenim intelligentē phantasma speculari. Ad probationē, negamus in extasi naturali animā esse omnino à sensibus abstractam, sed solum in extasi supernaturali, & Divina, quod non est via naturali notum. & licet posset Deus immediatē producere species in anima, quo casu intelligeret sine dependentia à sensibus, hoc tamen non est naturaliter cognoscibile.

Ob. Ex eo quod anima spiritualia intelligit, concluditur eius spiritualitas, ergo ex eo quod immortalia percipit, eius immortali- tas argui debet, quia actus, poten- tia, & obiectū inter se propor- nari debent. R. si hæc ratio vale- ret, probaret etiam eius mortali- tatem, nam anima etiam mortalia intelligit, quare proportio requi- ficit inter potentiam, & obiectum est in ratione motivi, & mobilis, non in modo essendi, nisi quando proportio motivi, & mobilis infert etiam proportionem in modo essendi, sicut ex spiritualitate ob- jecti infertur spiritualitas animæ, quatenus nullum spirituale potest esse obiectū motiuū alicuius potē- tie materialis, vt dicemus de obie- cto scilicet benè autē potest aliquid immortale mouere mortale ad sui cognitionem, sicut Arist. posuit. Cetū incorruptibile, & tamē mouet oculum corruptibilem, sufficit igit-

Contra, spiritualitas arguit in dependentiam à corpore etiam secundum esse, sed euidens natura- liter est animam rationalem esse spiritualem, ergo euidens etiā est naturaliter animam à corpore non dependere. minor pater, ma. Pr. nam esse spirituale idem est ac esse immateriale, & esse immateriale idem est, quod à materia non de- pendere. & videtur esse argumen- tū Scoti in Quot. 9. H. vbi ex ope- ratione immateriali tanquam ex medio aequali infert separabili- tatem animæ in essendo à materia, mediū autem aequalitatem est pro- prium, ergo est medium demon- stratiū, non dialecticum; ita dis- currunt Fethius. R. distinguendo, maiorē s. spiritualitas arguit omninodam independentiam, & ro- talem, negaretur à Philosopho, qd diceret animam dependere à prae- cipuis partibus corporis, sine qd homo nequit esse, non quod in illis extendatur, sed quod necessariò il- las exigat, sicut necessariò exigu- tur ad informationem. arguit utq; aliqualem independentiam ab il- lis membris, & partibus, sine qui- bus homo adhuc viueret, & con- cedimus, quo sensu argumentum currit etiā de animabus Brutorū. Subtilissimus Doct. solū ait ex medio spiritualitatis concludi po- test separabilitas à materia in es- sendo, quod libenter admittim', est n. medium efficax, non tamen ait ex illo

Disputat. 3. Articulus Duodecimus. 113

Ex illo posse demonstrari immortalitatem, nequait esse mediū adequatum, & propriū, seu demonstratiū.

Ob. Si Anima est mortalis, ergo educeretur de potentia materiz, sed hoc est falsum, ergo & id unde sequitur, negaret Philos. minorem, expectans naturalē, demonstratiōnem. Vcl rectius dicunt Mastr. & Bell. Anima diceretur non educi, nec creari, sed productione quadā media produci, vt infra.

Ob. Evidens est etiam naturaliter, quod Deus benedictus sit totius mundi Gubernator, & rex, nec potest in Dō vllus cadere defectus, & malum, at si anima est mortalis, sequeretur esse iniustum, & inordinatum, ergo &c. Pr. Mi. Iustum est, vt boni, p̄mio, mali vrgo pena afficiatur, sed in hac vita vt plurimum mali prosperat, & boni multa incommoda patiuntur, imò sapè a malis male, & indebitate opprimuntur, ergo dari debet alia vita, in qua omnium sit retributione, hinc D. Paul. 1. ad Corinth. 15. aiebat. Si in hac vita tantū sperantes essemus, miserabiores sumus omnibus hominib. & D. Petrus vt S. Clemēns refert lib. 3. recognitionū dicebat: Si Dens iustus est, ergo anima rationalis immortalis est, & D. Crisost. hō. 4. de Prouid. ait: qui de anime immortalitate dubitas, etiā dubitare posset, an in meridie sit dies. & ita communiter SS. PP. R. Scot. loc. cit. in 4. lit. V. non esse naturaliter evidens Deum quod ad moralia hunc mundum gubernare secundū legē iustitiz pu-

niciū, & premiatioz, & hoc etiam secundum Theologos, afferentes, quod si Deus de potentia absolute damnatos vellet beare, & beatos damnare, non adhuc iniustus diceretur, cum sit supremus Dominus omniū, nec alicq. debitū retributionis habet, quod requiritur, vt vetē iniustus diceretur. subdens Doct. q. & si h̄c gubernatio euidenter cōstaret, adhuc tamen Iustus in ipso actu virtutis p̄mum acciperet, & malus in peccato penam.

At instat Hart. quod p̄mum accipiet miles pro patria, & legib. vulneratus, nisi vulnerū dolorem, quibus est confossus, quā penam fur, & adulter, nisi diuitias, & voluptates? & Complut. p̄mum, & pena debet esse data à Gubernatore, quod autē sequitur ex ratione virtutis, & vitiij, id non habet rationē p̄mij, nec pena pro prietate, sed passionis cōsequentis naturas illorum. Resp. Bell. & Mastr. p̄mum esse illam consolationē non ex vulneribus simpliciter prouenientem, sed ex bonitate actus, & virtutis, bonum n. est obiectum voluntatis, & multo magis bonum honestum, quod si voluntas illud consequitur propriam habebit delectationem. Ex opposito in malis penam esse, quam D. Aug. describit 1. Confess. c. 12. Iussisti Domine, & ita est, ut pena sit sibi omnis animus inordinatus; Sicut n. bonū causat delectationem, ita malum, vermem, & tristitiam in conscientia, & voluntate, quatenus est contra natu-

hacuram rationalem ratione vien-
tem: Ad. Complot. Concedimus
non habere propriè rationem præ-
mij; & pena, largè tamen possunt
dici præmium, & pena in eo sensu,
quo dicere solemus homicidam
x.g. multa incommoda sustinere,
ut inimicū occidat, & sive ul pecca-
quam, & penitentiam agere. Tum
quia non sunt facienda bona prop-
ter retributionem, sed quia in se
bona sunt, nec euitāda mala prop-
ter peccāta, sed quia in se mala sunt.
Ad. Auth. Scrip. & P.P. p. nō
per. hæc sequitur esse demonstra-
tionem, sed ratiōnes valde evidē-
tes, & homines conuincere in fide
illuminatos, aliter si essent vera
demonstratio[n]es non dieceret D.
Aug. 13. de Trinit. c. 9. anima[m] im-
mortalem vix paucos esse affi-
citos humanis rationibus, doctri-
nisq[ue] subtilissimis.

Ob. Si anima esset mortalis, ergo
nullus deberet pro republica, aut
iustitia mortem appetere, cū indē-
fibi nullū bonum aduenire possit,
iūo summum malum. Aut mors, &
consequenter secundum rectā ra-
tionem potius esse eligēum ma-
lē agere, quam mori cum minus
malum semper sit eligendum. p.
Scot. in 4 cit. P. cum Arist. 9. Eth.
negando. conseq. quia vir fortis, &
si nesciat anima[m] immortalitatem,
adhuc se exponere debet mortis
periculo pro republica, quia secū-
dum rectam rationem commune
bonum priuato, & proprio præfe-
rendum est, & maximum bonum.

fibi tribuit exercendo actus illius
virtutis, quæ bono se priuaret, inde
viciosè viueret, quia melius est ma-
ximum bonū, etiā momentaneum
quam remissum bonū longius, vel
vita viciosa, neq[ue] mors est summū
malum, sed hoc est peccatum etiā
philosophicè ideoq[ue] semper fugien-
dum, etiam cū vita periculo, quo
causa mors est bona, & appetibili-
lis. Hinc. D. Aug. aiebat de nullo,
nisi de peccato doleas.

Sequitur doctrinam Scotti Petrus
Maruanus, dicens, cūm in dictis
casibus maxima virtus, & felicitas
acquiratur, magis est eligenda
mors cum virtute, quam vita cum
vituperio, sicut à pari magis eligē-
da est vita hominis, quantumvis
brevis, quam vita bestiz, quantū-
cumq[ue] diurna. get. ad hæc M. Iac-
cobus Brun. Ad communitatē co-
paratur homo peccas quæ accidē-
talia sunt ei, ergo non consonat ra-
tioni, quod quis eligat propria
substantialia perdere propter bo-
num accidentale.

Non valet, nam peccare etiam
Philosophicè est accidens, & con-
sequenter non deberemus pro pec-
cato evitando, mortem subire, de-
conservatione n. substanciali soli-
citi esse deberemus, parū de acci-
dentiis curando; at hoc est fal-
sum, & contra commonē Philoso-
phorum, & Theologorum doctri-
nam docentium, semper fugien-
dum esse vitium, & peccatum etiā
cum periculo vita, & de perditio-
ne proprie substanciali, & relatu-

Doxos

Dicitur confundit terminos de accidentibus naturalibus & moralibus. Si uita hæc impresente seculi esset sép̄t duratura, cunctatio alii qualem haberet apparentiam, sed quia notum est etiam naturaliter nos omnes semel mori, quis non afferat melius esse vitam hanc carniuare, licet brevis, cum gloria & honore, quam longiusculū eam protrahere, sed cum vicio, & vice, maximè cum breuitas, & longitudo vitæ sint quoq; accidentia?

Ob: Data hac doctrina, nullus esset Dei timor, nulla iustitia, nulla Religio, maximè quia in hac vita non solet Deus statim punire peccata, sed omnia hæc sunt falsa, ergo. Item daretur locus viciis, si n. solū in hac vita esset speradū, ad quid tot laboribus virtutem comparare? hinc rectè D. Aug. 6. Confess. cap. vlt. ait: Si animus mortalis est, Epicurus in animo meo palmā habebit. Et negādo allatas sequelas, nā adhuc animæ mortalitate ignorata, ratio recta dicit, ut benē, & iuste vivatur, non more pecudum, quia ut diximus non sunt facienda bona spe retributionis, nec facienda mala formidine pænæ, sed virtutis Amore. S. Aug. solū deducit sequelam probabilem, non demonstratiuam. ex eo principio, q; homines magis à pæmio mouentur, quam à bono virtutis. in sc. 2. Epicurus palmā obtinuerit inter bestias, & bruta, quz nō appetitu rationali, sed solū appetitu sensibili ducuntur.

Ob: Tandem sequeretur, quod hominis beatitudo parum differet à beatitudine felicitate, quod esse faliū naturaliter apparet. Et neg. sequelam, nam felicitas hominis actua consideret in exercitatione virtutum, contemplativa vero in cognitione substantiarum abstractarum. Neq; recta ratio, & prudētia dicaret virtutes in voluptatib; & viciis consistere, actus n. boni ex propria natura tales dicuntur, & non quia anima est immortalis.

Arriaga respondendo ad rationes ex tex. Ariit. quib. videtur animam rationalem post mortem permanere, responderet, his solū probari animam post mortem posse permanere, non tamen in æternū necessariò duraturam, nam possit aliquis afferere, animam esse talis naturæ, ut post discessum à corpore, se ipsa definat, sicut Philosophi dicunt de impetu, qui absq; contrarijs paulatim deficit. quz respōsio non tam facile impugnari poterit, contra proteruum.

Videamus modò rationes demonstratiuas, quibus motus M. Jacob, Brunus loc. cit. Scotū, Caiet. & alios de temeritate damnat. Hęc est eius prima ratio: Quod caret principio corruptionis tam proximo, quam remoto, illud dicitur ab intrinseco incorruptibile, sed substantialia spiritualis, qualis est anima (ut suppono) caret principio radicali corruptionis, s. materia, q; est forma purè spiritualis, & caret etiam principio proximo, quia nō habet

habet contrarias qualitates, ergo est incorruptibilis ab intrinseco, & ceter ab extrinseco destrui possit a Deo, si suum subtrahat concursu, quod tamen nunquam faciet, quia Deus se accommodat naturis rerum, & exigentiam illarum quantum ad hoc, quod est perpetuum, vel aliquando durare. Sed bona pace, si haec ratio valeret, probaret etiam animam equi esse immortalē, nam etiam haec caret principio corruptionis, qualis est materia, est n. actus, pars, & forma informans materiam, non constans materia, quomodo est solum compositum, unde anima equi eadem definitione gaudet, qua anima rationalis s. est actus corporis physici &c. etiam albedo esset immortalis, & ab intrinseco incorruptibilis, quia caret materia, & sic de omnibus formis, si n. ex materia constarent, non essent formae, & actus materie, sed compositae, & positae in recta linea. Hoc de principio remoto: Neque de principio proximo aliiquid probat, ipse metuim. immediate subiungit: Collige, non esse bonam rationem aliorum: Anima rationalis caret contrariis, ergo non corruptitur, nam falsum est, ut diximus in lib. de Gen. quidquid corruptitur a contrario corruptitur, nam forma substantialis, & lux nullum habent contrarium, & tamen corruptuntur. hec præfatus Doctor, nullo ergo principio deducitur animam rationalē esse immortalē, neque ex principio remoto, neque proximo.

Secunda ratio relati Magistri:

Anima rationalis est forma substantialis per se subsistens, & spiritualis, ergo immortalis. Probat consequentiam, 1. quia ob id solum, Angeli sunt immortales, quia subsistentes, & spirituales. 2. quia ideo brutorum animae mortales sunt, & corruptibles per accid. quia sunt materiales, & corporeas, ergo Non valet, negaret n. Philos. animam rationalem esse ens substantiale, per se subsistens, sed cum sit actus, & forma corporis, non potest nisi in corpore, & cum corpore, quod informat, existere, inde negaret consequentiā, sicut n. anima quo ad informationem a partibus corporis principalibus dependeret, ita quo ad suum esse. Ad primam probationem, negaret paritatem, Angeli n. sunt differentis speciei, & perfectiores anima, quia sunt entia completa, & perfecta, ideoque a materia independentes, anima vero est corporis, & forma corporis, a quo in actu esse dependet, sicut & in operari. Ad 2. Philos. responderet, ideo animae brutorum materiales esse, & corruptibles, quia a materia dependent, sed anima rationalis est etiam huiusmodi. ergo &c.

Tum quia ut ait Arriaga, intellectio est res spiritualis, & tamen defectibilis, seu corruptibilis, ergo ex spiritualitate animae non licet inferre immortalitatē eius. respondet Jacob. Brun. negando paritatem, nam intellectio est accid. nulla autem inuenitur substantia spiritualis, qua sit corruptibilis, & mor-

mortalis, hic perit principiam, nā
hoc est probandum diceret Philol.
quod nulla substantia spiritualis sit
corruptibilis, nā licet hoc admit-
tatur de Angelis, quia entia com-
pleta sunt, & absoluunt subsistentes,
minime tamen hoc de anima con-
cedendum, quæ pars, & forma
corporis est.

Et per hoc respondetur etiam
ad Patrem nostrum Octauium Am-
philodatum in sua Anastasi. Exer-
citatis tract. primo fol. mihi 4. n.
4. vbi ex hoc medio, quod anima
rationalis sit substantia per se sub-
sistens, & forma simplex deducit
esse immortalē, quod quam infir-
mū, & imbecille sit pater ex dictis.

Tertia ratio desumpta ex D. Tho.
1. p. q. 75. art. 6. Modus operādi
sequitur modū essendi, sed anima
intellektiva habet operationē om-
nino spiritualem, & à corpore in-
dependentem, ergo habet existere
spiritualiter, & indepedenter à cor-
pore, ita q̄ existat soluto corpore.

Contra, operatio sequitur esse,
sed anima-intellektiva habet ope-
rationem omnino corruptibilem,
ergo & ipsa anima habet esse cor-
ruptibile, quod est contra ipsos.
Tum quia falsum est animam pro-
statu isto operari independenter à
corpore ex dictis, & infra dicendis.
Multas alias rationes congerit cō-
tra nostram positionē, relat' Doct.
quas libenter relinquimus, tū quia
sunt minus urgentiores primis, tū
ne lectorem de anima longitudine
tempio nimio afficiamus, legat ipsū

curiosi, & videbunt regi eius ratio-
nes intentum nō demonstrare, vel
si aliquid ostendūt, hoc esse ex sup-
posita fide, sicut etiā procedit Pr.
Noster Octavius cit. &c.

Conclusio Secunda,

Dicimus secundo quod licet Arist. hāc
veritatem agnoverit; illa tamen non ita
clare, & indubitanter docuerit, sed cum
aliqua formidine ad oppositum. Pr. quod
ad primā partē ex multis ipsius lo-
cis, & præsertim ex 1. de An. 66. &
lib. 2. à tex. 19. 20. 21. & seq. in qui-
bus locis vocat intellectum incor-
ruptibilem, perpetuum, impassibili-
lem, diuinum, & à corpore separa-
bilem. & 12. Math. 17. docet non
incouenire animam intellectuam

permanere post mortem, dicens:
in quibusdam nihil prohibet, ut forma
maneat à materia separata, velut si talis
anima est, non omnis, sed intellectus.
& 2. de Gen. animaliū cap. 3. asser-
rit cæteras animas educi de semi-
nis potentia, rationale verò extrin-
secus accipere, dicens: Res fatigatur,
ut mens sola extrinsecus accidat, eaq. fo-
la Divina sit. & lib. 3. huius tex. 20.
postquam probauit, quod intellige-
re nō est Phantasia, & quod neq;
intellectus, neq; intellectio sit vir-
tus organica, hāc posuit conclusio-
nē: Separatus autē est solum hoc (id est
intellectus) quod quidem, & hoc
solum immortale est, & perpetuum.

Honoratus de Robertis in log.
tract. 4. Predicam. cap. de oppo-
sit. dicit, se vidisse librum Arist.
de Misticā Theologia in Monaste-
rio S. Marie Prediscripta Neapolis,
in quo

in quo libro Arist. manifeste confiterat animæ immortalitatem, & plurificatam ad hominum plenificationem, & post mortem beatificari sub compari stella si in vita mortali virtute decorata fuerit. Idem confirmat D. Tho. omnifexceptione maior, Opusc. de vnitate Intellectus contra Averroistas, dicens Theologiam mysticam Arist. se vidisse sicut etiā & Paulus Gellius affirmare videtur.

Confirmant veritatem hanc Philosophi ferè omnes fide carentes, & sola ratione naturali ducti, hinc Orig. lib. 7. contra Celsum ait: Per suassum habent non solum Christiani, & Iudei, sed etiā multi tam Graci, quā Barbati, quod superfit, & quod viuat post discessum à corpore anima humana. Idem refert Tertullianus lib. de Anima c. 1. de Platone, de Socrate, de Empedocle, de Pithagora, & Stoicis quasi omnibus. Clemens Alexandrinus lib. 4. Stromatum cap. 2. & 3. refert, antiquos Philosophos docuisse, post mortem aliquā re inqui spem, bonis quidem bonam; malis autem malam. & lib. 5. ait: hec dogmata de præmio, & pena post mortem Graciam Philosophiam à Mosaica surripuisse. Eusebius de præparatione Euangelica cap. 8. ait: non solum Philosophie studiosis, sed etiam Idiotis manifestum est quod Plato immortalitatem anime tribuat. Item Cicero lib. 1. Tusculanarum questionum docuit, animas sempiternas esse. imò tam Historici, quam Poetæ, ut Virgilius, & Ouidius de-

Campis Elysij longas reculerunt historias, vbi Beatorū salutis spectari fabulantur ergo anima intellectu ex ipso lumine naturali co-goscitur immortalis, & incorruptibilis, consensu n. omnium Philosophorum, & Nationum computatur vox naturæ, quæ semper certa, & vera docet. ò contra, qui animam posuerunt mortale fuerūt pauci, & hi vel impii, vt apud Gregorios, Diagoras, apud Romanos Caius Imperator, vel ignari, Crapulones, & molles, vt Sardanapalus, & Epicurus, vel insani, vt Lucretius, & Averroes, qui ex Iudeo factus est Christianus, & ex Christiano Mau-metanus. Hinc dignè D. Thom. qd de An. art. 14. ait: ex eo aliqui ex Philosophis fecerunt animam rationalem corruptibilem, quia intellectum non distinguebant a sensu, vel quia asserebant animam cōponi ex materia, ergo qui negarūt animæ immortalitatem, negarunt manifeste principia Philosophiae.

Dices, veritas non est diudicanda ex pluralitate, vel paucitate Authorum; sed ex ipsa intrinseca rei ratione, & natura, nisi fortassis quæstio sit de nomine ex 2. Topic. c. 2. p. ad hoc etiam concurrere, plures rationes dialeticas, & efficaces, quibus potest intellectus ad veritatem hanc peruenire.

Addit Jacob. Brun. ibidem fol. mihi 335. id est probabile ex 1. Topic. 8. quod videtur, vel omnibus, vel pluribus, vel sapientibus, ergo cum anime immortalitas videatur omni-

omnibus certum est omnino eam immortalē esse. bene, sed qua certitudine? dialektica vniq; ex t. Topic. relato, vnde redditur opinio probabilis, sed hoc nō negat Scot. legat quādo Doct. Subtil. in 4. cit. S. Dico ergo &c. lit. T. vbi affirmat ad probandam animae immortalitatem datur quasdam persuasiones secundum naturale hūmen probabiles, & ad ipsius immortalitatem ostendendā plures probabiliores; vnde & illam videtur magis expressè sentiisse Philosophus. totum igitur antecedens à relato Magistro adductum ex regula alata Topicorum Scot. admittit, non tandem certitudine demonstrativa, de qua est controversia. Ceterum Arist. in log. non aliud instrumentum determinatè sciendi Syllogisticè trādit, nisi demonstratiuum: protedens ex primis, veris, immediatis, prioribus, notioribus, & causis conclusionis, & de hoc generere demonstrationis loquitur Scot. non de demonstratione Topica, quā admittit ad animae immortalitatē enucleandā. non est ergo tam licentiosè de temeritate Carpens, apud illos, qui etiam Topicis persuasionibus procedunt.

Tandem, quād Arist. fuerit de hac veritate dubius, quā est alia pars conclusionis, est Scot. in 4. cit. lit. I. vbi docet Arist. dubium fuisse quid ipse circa hoc senserit, cūm in diuersis locis variè loquatur pro diuersitate suorum principiorum, ex quibus aliquando videtur sequi unum oppositum, ex alijs aliud vng-

dē probabile est in illa conclusione ferè semper studiosè se dubium ostendisse, nē in suis principijs sibi expressè contradiceret, & inde colligitur, quād quando immortalitatem de anima assertuit, ferè sē per aliquam particulam apposuit si. Si, fortassis, videtur &c. licet reuestra magis ad immortalitatem inclinauerit, quam plures assertuit, de mortalitate verò nunquam expressè locutus fuerit, sed solum deducitur ex quibusdā eius principijs; quamvis etiam hęc à multis eius expositoribus ad bonum sensum trahantur.

Probatur Conclusio, doctrinis quibus Arist. contrarius suis principijs videtur, nam I. Phys. tex. 83. ait: *Physici est agere de formis corruptilibus.* & 3. Phys. cap. de Infinito. inquit: *cuius est principium, oīus ēst finis.* libro primo de Cælo tex. 20. contra Platoneam, pro incompossibili habet, quod aliquid incepit, & sit permanent, & incorruptibile. & idem repetit tex. 123. & 3. Phys. negat dari infinitum in actu in multitudine. & I. Celi. à tex. 120. infra ait: *nihil ēst quod ab eterno generabile, aut corruptibile sit.* & 7. Meth. inquit, omnes partes, que possunt manere separatae à toto esse elemēta, idest partes materiales.

Ex his potest quisque Aristot. vrgere: Quomodo coherentem animā rationalem, seu intellectuam esse immortalem, & phys. de illa tractare in libris tñib; de anima, si physici est agere de formis corrupti-

receptibilibus? Quomodo coheret anima intellectuam esse immortalē, & eam iacipere cum homine, non existente ante illius generationē? ex 2. phys. tex. 26. & 7. & 12. Math. tex. 12. 13. & 18. si cuius est principium eius est finis, & omne habens originem, habet etiam necessariō instrumentum? Quomodo cohererent animam intellectuam esse immortalē, & corpore separabilē, vel corruptio corpore permanere, & infinitum actu non dari, si mundus est exterius, caret principio durationis? Quomodo tandem cohererent animam intellectuam esse spiritualē, & extra corpus incorruptam existere, & esse partem corporis corruptibilis, si unes partes manentes separatae à toto sunt materiales? disolutis quidem. n. hec non adhuc sunt. ut caro, & syllaba. Debebat soluere ipse tales nodos, & dubia emergētia in suis dictis; vnde nē sic expressē in sermone caperetur, studiosē de anima immortalitate dubitare caput, hinc 2. phys. tex. 26. ait: Quomodo autem se habeat hęc se parabilis, & quid sit, philosophiz primę erit determinatio. ex quibus locis. & simillimis constat certam sententiam de immortalitate anima studiosē velasse, nē contradictorius in suis principijs videtur expressē. Neq; hoc est nouum ait subtilissimus in 2. lent. d. 1. q. 3. E. apud Philosophos, multas latentes contradictiones concessisse, vt est illud quod ponentes, primam causam necessariō capere, adhuc

admittebant in rebus contingentiā. Hoc est igitur iudiciū Scoti, quem Caiet. sequitur cum multis ex Recensioribus acutioris ingenij. & nouissime Pr. noster Octavius cit. n. 1. vbi ait: Arist. non idem semper in hac resenti, sed dubius, & vacillans rūm hoc, tunc illud scripsit. Est tandem pro completa notitia huius questionis aduerendum id, quod Scot. docuit quo. a. P. & seq. & loc. cit. in 4. lic. M. quod Arist. non minus dubius fuit de animali rationali definitione, quam de inceptione, non. n. suam expressionem sententiam, sed solūm ait in 2. de gen. animal. cap. 3. restat igitur, quā mens sola extrinsecus accedit, scilicet Divina sit. non tamen explicando an per creationem, & per se producatur, an verò per accid. hoc est ad productionem alterius, subdicens Doct. in sent. Arist. animam non fieri propria productione, sed per accid. ad productionem compodi- ti, id n. per se fit, & propria producione, quod est ens substitens, & solitarie, id verò per accid. quod sit productione alterius, & in se apud modo terminat actionē agētis, sed terminat in alio; In sententia autem Catholicorum anima rationalis propria productione fit, quia prius terminat in se actionē, quam materiali unitate intelligatur, & explicatur, quod nullo modo ex sua natura præxigit materiali, quod ad esse, fieri, & conseruari, ideoque asservimus verè ipsam creari. Datur quoque aīo per se terminata ad cōpositum

positum tanquam ad aliquod cō- principijs , & propter reuerentia,
plete subiectis; vnde in sent. Arist. quam illi profirebatur . Alij tamen
debentur dicere animam fieri non citius se expediat , assecurates, vel
per se, sed per accid. media quadā quod Arist. creationem tempora-
actione , qua nec eductio propriè , neam admisserit saltem implicitè ;
nec creatio dici possit ; noui est vel quod dubius remanserit de ori-
eductio , quia non dependet à ma- gine animæ , sicut & de ipsius desi-
serià tanquam à subiecto , quod ne- tione hasc autorit , qua est etiam
cessariò præxigat in sua factione ; Scoti opinio .

neq; est creatio , quia non ponitur ab Arist. actio. Dei prius ad animā terminata in se , quam materie sit vnitæ . Neq; ex hoc inferas , ergo præxigit materiam in suo fici , & & consequenter educitur . Non se- quitur sit Scot. nam hæc non est propriè exigentia materie , sed pe- trius coxigentia , & consequenter non est dependentia à priori , sed solam quedam accessoria coxigē-
tia amborum ; & hoc quia si secun- dum Arist. nouitas effectus totali- ter dependeret à prima causa , re- duceretur in aliquam variationem ipsius cause efficientis , qua ratio- ne nouam creationem negavit , ne poneretur primum agens mutabi- le , ideoq; assignari oportet aliqua nouitas in causis secundis , qua me- diante effectus modò præseniat à prima causa , & non prius ; & talis in proposito erit nouitas recepti- ui , nempe corporis organizati , & id hoc erit vera dependentia ani- mæ à corpore tanquam à subiecto , & à priori ; sed prius à conditione sine quanon , & à concomitantib; & hac ratione talis actio nō est crea-
tio . Hæc omnia Scot. adconuenit , ut contradictionem saluaret in Aristi

Coacludamus igitur cum Subti- lissimo Doct. non minùs pio , & De- uoto , quam docto , qui in his hu- ius q. lit. C. his deuotissimis verbis questionem terminat . Ex his appa- ret quanta sint gratie referenda mis- ricordia Creatoris , quis nos per fidem certissimos reddidit in his , que pertinet ad finem nostrum , & ad perpetuitatem semperernam , ad quem ingeniosissimi , & eruditissimi quasi nihil poterant attin- gere iuxta illud , quod adductum est ex Aug. xiiij. de Trinit. ix in fine , quod vir pauci magno prædicti ingenio ad iada- gandam solius amictu immortatitatem potuerunt pervenire ; sed si fides ad fidem ipsi in eis quibus dedit Iesu. Fidem Dei fieri nulla questio est , quia ipse suos credentes in hoc certissimos reddit . ita Scotus .

DISPV TATIO III.

DE POTENTIIS, ET ACTIBVS VITALIBVS

in communi eis communia & in seculi-
cariis eis actibus.

Praefatis his, quis ad anima effentia communia spectant, & ad eius species, quo ad aliqua predicta effentia, modo ad eius effectus accedimus, qui sicut actus vitales, a principio viventes procedentes; & quia huiusmodi actus exercet dicuntur medijs potentij vitalibus, ideo opere pretium est de verisq; in hac Disputatione agere, tum s. de Potentijs, tum de eorum actibus; & primo de Potentijs

ARTICVLVS PRIMVS

An Potentiae ab anima, & inter se
realiter distinguantur.

SCOT. de hoc dubio differit in 2. sent. d. 16. q. vn. & illud resolutum licet. k. quod d. l. sunt idem identitate reali, distinctae tamen distinctione formalis. Pro clariori captu inbatamus 1. ex eodem ibidem licet. A. Potentiae dupliciter accipi posse, uno modo ut distinguitur contra actum, de qua Arist. loquitur 5. Meth. tex. 13. locutidum quam non est, potest tamen esse, & haec dicitur activa. Altero modo pro principio operandi, & haec est duplex, nempè activa, & passiva. Prima secundum Arist. 5. Meth. tex. 17. est principium transmutandi aliud in quantum aliud, vt ignis est principium transmutandi aquam de frigida in calidam, in quantum est a se distincta; Secunda vero est principium passuum, transmutandi ab alio, in quantum ab alio, ut materia prima est principium pas-

suum et transmutetur ab agente, de una forma ad aliam. Activa autem dupliciter accipi potest, fundamentaliter, & formaliter; fundamentaliter adhuc dupliciter, uno modo pro principio operandi, & ita in proposito accipitur, & est quid. absolutum, ut potentia intellectiva &c. altero modo pro facilitate, vel difficultate operandi, & sic potentia activa fundamentalis, est qualitas de secunda specie, vel modo qualicatis; formaliter vero dicit relationem principij ad principiatum, ut respectus fundatus in potentia intellectus, & terminatus ad intellectionem &c. hic loquimur de potentia activa fundamentaliter sumpta, nempè pro principio simpliciter operandi.

Not. 2. quod Potentia fundamentaliter supra dupliciter inesse potest ei, cuius est potentia, uno modo per reale, & physicā causationem, & per motum, & transmutationē, ut calor ignis frigus aqua, &c. alio modo per pulsationē, seu per con-

fatio-

sationem metaphysicam, eo modo, quo passio emanat à suo subiecto. Primo modo potentia non insunt animæ, nec sic ab ea egrediuntur, alias ab ea realiter distinguuntur, causa n. realis causat semper aliquid realiter à se distinctum; emanant verò secundo modo, ne per eminatione Metaphysics, quod modo non oportet distinctionem realē reperiri, sed sufficere forma lē in modū passionū à subiecto &c.

Not. 3. & Doct. in 4.d. 10. q. 7.
A. & disp. 44. q. 2. **A.** quod hæc potentia fundamentaliter sumpta, alia est Organica, vt sūt omnes potentias animæ vegetatiuæ, & sensitivæ, quæ organis videntur, & hæc dupliciter lumi potest, uno modo pro toto coniuncto, ex perfectione animæ, & forma mixtionis, constitutive organū corporis, quod contum includit vitrumq; essentialiter, ita potentia visiva dicit organum oculi, & perfectionem animæ illud informantē; Altero modo accipiatur partialiter, & inchoatè, quo sēlu dicit illam animæ perfectionē quæ ad visionem cum organo concurret. Alias verò potentias dicuntur in organicæ, vt sunt memoria, intellectus, & voluntas. Non loquimur in præsentí de potentias organicis complectis clarum est n. vt sic realiter ab anima distingui, & separari, toto n. coniuncto aliquādo perdito, adhuc anima rationalis regnat, separatio autem realis signum est irrefragabili distinctione reali &c.

Quatuor sunt in hæc controver- sia opiniones, duæ extremp; & duæ mediæ. Prima extrema est Thomistarum, constituentiū distinctionē realem inter animam, & potentias, puratiū istas esse accidentia de secunda specie qualitatis, quos ex Recentioribus sequuntur Suar. Consim. Auerla, Ruu. Tulet. 2. de An. q. 9. & Alij. Secunda extrema est Nominaliū, nullam distinctionem inter animam, & potentias agnoscentium, sed eandem animam dicunt, immediate, & per se omnes operationes efficere, sed pro ut cōcurrit V. G. ad intellectuē, & volitionem, intellectus. ut ad voluntem, voluntas, & sequuntur Hurt. Ariag. Dandinus 2. de an. digres. 14. & Alij. Prima Media sent. assertit potentias animæ vegetatiuæ, quæ sūt generatiua, nutritiua, & augmentatiua, identificari cum anima, potentias verò animæ sensitivæ, & intellectivæ distingui realiter, & tribuitur D. Bonau. Durando, & alijs, & amplectitur Suar. lib. 2. de ani. cap. 1. Secunda tandem media sent. est Scoti in 2. sent. d. 16. q. vnica docentis potentias omes distinguiri formaliter ab anima, nō realiter, & sequuntur Scoticis communiter.

Conclusio Prima.

Dicimus. I. Potentias nō organicas, cu-
mimodi sunt memoria, intellectus, & vo-
luntas non distingui realiter ab anima
Pr. 1. auth. SS. PP. nam D. Aug. 1.
lib. de Spiritu, & An. cap. 1. docet
potentias animæ esse quidem pro-
prietates diuersas, sed essentia-
litas, ynam;

vnam. Idem serm. 3. de tempore tract. 15. in Ioann. & D. Bernard^o ser. 11. in Cant. affirmant animas, & potentias esse vnum inter se. & licet aliqui Recentiores respondeant, ita hos Patres locutos fuisse propter intimam coniunctionem anime cum operationibus, non propter identitatem, non placet, quatumcumq; n. essent inter se inseparabiles, nunquam possent dici vnum in essentia, si distinguuntur realiter. Patet etiam ex Arist. qui vbiq; de istis potentijs indiscerniblum loquitur, semper illas cū anima confundit.

Pr. 2. ratione Scoti: Si potentiaz intellectuæ essent distinctæ realiter ab essentia animæ, vel essent substantiaz, vel essent accidentia, sed neutrum dicendum, ergo. Maior patet à sufficiente divisione entis realis. Pr. mi. non substantiaz, q; etiam Aduersarij fatentur, neq; accidentia, quia tunc anima esset beata per accid. peccaret per accid. q null' Aduersariorum cōcederet. Pr. sequela, quando actus primus per accidens conuenit alicui, actus secundus etiam per accid. eidem trahitur, ergo si potentiaz, quæ ponuntur actus primi intellectionis, & volitionis, sunt accidentia realiter distincta ab anima, per accid. quoq; conuenient animæ. Respōdent Thomiste neg. conseq. ad probationem dicunt, potentias non esse accidentia per accid. animæ conuenientia, sed per se, quia le habent ad modum passionū, sntq;

instrumenta, quibus anima virtut ad vitales operationes exercēdas, vndē per se potentiaz ab anima in operari dependent, tanquā à principio principali.

Contra, vel istæ potentiaz sunt substantia, & accidentia, & ita reddit primū argum. & parum refert, vt dicantur accidentia per accidentia, vel accidentia per se, dum verè, & realiter tales potentiaz non sunt substantiaz, sed accidentia. Tum quia si potentiaz sunt principia instrumentalia, & anima non ageret, nisi medijs potentiaz, tunc anima esset causa instrumentalis, quod est fallsum, probatur sequela, quia causa principalis qua agit per rationē formalem, qua principalem, & si hæc ratio non esset principalis, sed instrumentalis, causa nō diceretur principalis, sed instrumentalis, q neq; ipsi admittunt. Tum quia vt bene arguunt Mastr. & Bell. cū sū dicunt animam vti potentiaz tanquam instrumentis, vel hoc intuit aliquam actionem imminutam in anima respectu actus producti, & ad genus causæ efficientis spectantis; vel dicit simplicem sustentationem potentiarum, quatenus ipse petunt naturaliter recipi, & in hæc sp̄e ipsi animæ; si prius ut habetur intentum, putat animam immediate agere, nos medio realiter distincto; si secundum, ergo actus liberi non possent animæ imputari ad laudem, vel virtutem, sed tantum voluntati. sequela. Pr. illi principio per se imputantur actus liberi,

Disputat. 4. Articulus Primus.

127

beri, quod ita concurrit ad illos, ut possit non concurrere, quod si necessariò, & naturali modo se habet, iam non illi imputantur; sed anima quò ad potentiarum substantiatione naturali modo se habet, ignò nec in genere causa efficientis, sed solum materialis, ergo non erunt actus liberi ipsi animæ imputabiles, sed soli voluntati. Tum quia potentiaz accidentia, cù pro termino habeat substantiam, non accidens, quia hoc nequirit attingere substantiaz, pruditionem ex dictis in Phys. disp. 9. art. 11. Tum tandem, quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate, nulla autem necessitas cogit has potentias multiplicandi tantum realiter distinctas, nam rationes Thomistarum non solum sunt solubiles, ut etiā ipsi fatentur, presertim Suar. & Valsq; sed etiam retractandi possunt. & Nominales ita pro absurdio hanc tent. habent, qd; distictionem formalem inter illas recipere volunt. Ceterum, quia decisio huius articuli pendas ex Phys. disp. 9. art. 2. Concl. 1. & 2. an substantia sit immediata actio accidentium, ibi vberiore doctrinam inuenietis.

Objectiones.

Obijciunt 1. multis Authoritatibus tūm Scrip. tūm SS. PP. Lucas 10. legitur: Diliges Dominum Deum tuum ex tota anima, & totis viribus tuis, ubi per vires debent intellegi potentiaz, quæ ponuntur distinctas ab anima. & D. Dion. de Celest.

Hierarchia cap. 11. distinguat in Angelis virtutem, & operationem à substantia Angeli, ad differentiam simplicitatis Divinæ, sed in Deo iste potentiaz formaliter distinguuntur, ergo in Angelis, & anima debent distinguiri realiter, alioquin nulla esset differentia inter Creatum & Creaturas. 2. Authorit. Scripturæ non esse ad propositum, nam sequeretur potentias se solis agere, quod neq; Adversarij concedunt: Unde sensus est ait Greg. Deum amari debere absq; scissione, & super omnia: Hinc D. Ansel. aiebat: nè amorem diuideres. Idem factus est tibi Creator, & Redemptor & D. Aug. totum te exigit, qui te totum creauit. Vel per animam (ait Lyras, in cap. 6. Deut.) intelliguntur potentiaz internæ, per vires intelliguntur potentiaz externæ. Vel ad summum colligitur distinctione formalis, quam solum conuincit Authoritas D. Dyon. neq; officit, qd; in Deo, etiā hęc formalis distinctione reperiatur, nam in Deo est sine compositione, idēq; cum summa simplicitate compatitur, in nobis autem est cum compositione, Meth. quæ perfectam simplicitatem excludit; & ex hoc capite SS. PP. querunt Deum à creatura rationali distinguere.

Ob. D. Ansel. de concord. gratia, & lib. arbitr. cap. 19. vult, qd; potentiaz sic sunt in anima, sicut in corpore membra, & Boet. in lib. diuisi. ait animam diuidi in potentias, sicut totum in partes virtutis,

Ies Rt. Scot. loc. cit. in 2. lit. F. & M. lioc non debere intelligi in rigore, quia pars nō est eiusdē essentiaz cū toto, & alterā compārte, quando totum est Eterogeneum, vt est cōpus, & pars est prior origine toto, at hę potentiaz secundum Aug. 9. de Trinit. cap. 5. nu. 2. sunt eiusdē essentiaz, & vna includit totam es- sentiam animaz; neq; sunt anima priores, sed potius posteriores etiā secundum Aduersarios; Vndē ait est actus corporis ex eodē in 1. lib. Doct. sensus erit, quod sint partia- les perfectiones, formaliter distin- bria, sed ista distinguuntur realiter.

Ob. Reperitur in Anima Imago Trinitatis, & hoc pérpetuō, sed in Trinitate sūt tria realiter distincta in unitate essentiaz, ergo ita in anima, sed hęc tria non possunt esse, actus, quia isti non semper manēt, ergo erunt potentiaz. Rt. Scot. Non est perpetuō in anima Imago Trinitatis formaliter, sed virtualiter tantum, cūm potentiaz non distinguantur realiter, formaliter verdi est, quatenus anima est sub actibus suis, ideo nihil.

Ob. Si anima esset idem realiter cum suis potentijs, vna non moueret aliam, nihil. n. mouet scipsum ex Arist. 7. Phys. tex. 1. at hoc est falso, nam appetituā, & intelle- citua mouent loco motiuā; & Pha- tasia mouet appetituā ex 3. de an. tex. 48. ergo ḡ. neg. sequelam Maioris, ad probationem, autho-

ritas Arist. intelligenda est forma- liter, & quđ ad actum primum, fal- sa verò realiter, & quđ ad actum secundum, quare vna potentia rea- liter eadem cum alia, & cū anima mouet alteram ad eliciendū adūm secundum, cūm formalis distinc- tio in eis illas sufficiat.

Ob. Anima est actus corporis phyl. organici &c. in hoc 2. lib. de aa. tex. 5. & 6. sed intellectus non- secundum Aduersarios; est actus corporis ex eodē in 1. lib. tex. 1. ergo anima, & intellectus non sunt idem realiter, aliás Arist. Etz, & verum est, quđ potentiaz esset sibi ipsi contrarius. ḡ Argum. sunt in anima, sicut in corpore mé- vrgere illos, qui negant distinctione bra, sed ista distinguuntur realiter, nem formalem inter animā, & po- illa formaliter.

Ob. lis .n. locis non infertur contradic- Trinitatis, & hoc realis, sed tantū formalis, quo- Trinitate sūt tria realiter distincta sensu verum est dicere anima for- maliter est actus corporis, & intel- lectus formaliter nō est actus cor- poris, cum quo tamen stat, quđ: intellectus sit realiter idem actus quod anima, propter realem idea- titatem ad inuitem.

Ob. Substantia non suscipit magis, & minus ex dictis lib. de Gen. disp. 1. art. 8. sed istaz potentiaz suscipiūt magis, & minus ex D. Aug. 15. de Trin. cap. 13. ergo nō sūt substanz, sed accidētia. & D. Ansel. de casu Diab. cap 8. ait, quđ istaz potentiaz, & si non sunt substantiaz, non sunt tamen nihil, & Scot. in 4. d. 49. q. 14. H. docet, quđ po- tentia animaz tam visiva, quā mo- tiua intenditur in Beatis. ḡ. Div. Aug. per potentias intelligere fa- cilita-

cilitates, & habilitates, quæ susci-
piunt magis, & minus, & in hoc se-
su ponuntur potentiaz in prædi-
mento Qualitatis, iuxta Scoti do-
ctrinam. Ad D. Ansel. dicimus, q
loquitur ad sensum Scoti, quatenus
non sunt substantiaz in recto, id est
anima ipsa formaliter sunt, ali-
quid substantiaz, seu animaz forma-
litates, ideoq; non sūt nihil. ad Scot.
non loquitur de intensione intrin-
seca, ut sit in calore per additionem
nouii gradus, sed extrinseca per re-
motionem impedimenti ex parte
corporis, dicens: Quod modo in ani-
ma virtus non est sufficiens ad motum,
hoc est, vel quia est impedita a corpore,
vel quia in se est diminuta, & cum est
separata, aut unita corpori glorio-
so, intenditur, quia ut videtur, tunc po-
terit sine difficultate visible quodcumq;
quidcire inspiciendo. concludens ibi, q
velocior erit motus in beatis, & p-
fector visio, quā in hac vita, quia
modò virtus in anima vel est impe-
dita a corpore ex parte organorū,
vel diminuta; at in Beatis à talibus
impedimentis soluta, erit velocior,
& perfectior, nō quod in beatis itē
potentiaz remittantur, & augeantur
ad modum qualitatum. Sed solùm
ista intensio, & réissio admitti po-
test in ordine ad actus secundos
puecientes ab ipsis potentiaz &c.

Ob. Potentia ad operandū præ-
supponit essentiam ultimò termi-
natam, & completam per actum
essendi, quem priùs respicit, quām
operationē, ergo potentia est ac-
cidens, nam quidquid aduenit enti

iam completo in sua essentia, & p-
luā substanciali, est accidentis ipsius.
R. si hoc argum. vim haberet præ-
baret etiā dari processus in infini-
tā in causis productiuis, quia per
iplos non est anima quæ operatur,
sed potentia, quam dicunt esse ac-
cidens, & ita secundus calor pro-
ducens iam supponit calorem
productiuum in suo esse com-
pleto, & ultimato, cùm semper
operari presupponat esse; & quia
ille primus calor est etiā accidentis
præsuppositus esse alterius caloris in
suo esse completo constituto, & sic
in infinitum, ut etiam arguit Ar-
tiaga. Dicimus igitur, quod priùs
habet omnia, quæ sunt illā
realiter identificata, quam substanciali,
quæ ab hac realiter distingui-
tur, vnde concedimus essentiam
priùs respicere actum perfectum
& completum essendi, quam op-
erationem, at ex hoc solùm sequitur
quod priùs debeat dici subsistens,
quam operans actu, non tamen
potentia, quia hæc identificatur
realiter cum anima, non autem
subsistens.

Ob. Agens, quod agit per esse-
tiam suam, vel per potentias sibi
identificatas, vel semper agit, vel
sætem semper potest agere, sed an-
ima non semper agit, nec semper
potest agere, quia in actione sua
dependet a corpore, ergo non ha-
bet potentias sibi realiter identifi-
catas. R. maiorem esse veram ce-
agente locali, & indepedenti à qua-
cumq; alio, modò potentiaz animq;

aut anima ipsa non sunt agentia, totalia, & independentia, ideo nihil. qz. 2. neg. ini. semper in. ani-
mia est potens agere, cum talis po-
tentia sit ei realiter identificata,
& solùm impeditur quò ad actuū
secundum, propter dependentiam
à corpore pro statu isto, qui status
est pánalis; non naturalis secundū
Doctorem.

Ob. Nulla substantia est imme-
diatè activa, sed qualibet medijs
accidentibus agit, ut in actione
patet; nam Elementa localiter mo-
uentur per gravitatem, & levitatem,
& adiuicē agunt per primas qua-
litates, hinc Arist. lib. de sensu, &
sensib. cap. 2. ait ignem non agere
quatenus ignem, sed quatenus ca-
lidū. Idem apparet in mixtis, ma-
gnes siquidē erahit ferrum per qual-
itatē virtutem. In fluentibus or-
pera animæ vegetatiꝝ fiunt me-
dio calore, opera sensitivꝝ medijs
cib. organis corporeis. Idē in Cor-
porib. Cœlestib. experitur, agere
venim medio motu & lumine, cū
igitur iste potentie sunt à natura
cōcessis animę ad operandū, erunt
accidentia. qz. neg. assumptu, ut
patere vberius potest in Phyl. disp.
9. art. 1. a. vnde ad illas inductioēs,
concedimus substantia agere me-
dijs accidentibus dispositiū, ut in
generatione elemorum &c. at
polstea se ipsis producere formas
substantiales. Agunt etiam medijs
accidentibus aliquos effectus acci-
dentes, ut localis motus, & simi-
lia, nō tamē cōf. hoc vniuersaliter

verum de onitis, ut ibi diximus,
& præsertim in proposito dē potē-
tis, ut in phys. loc cit. bene prouis-
sam est.

Vrgebis: Substantia, quæ est via-
realiter actua in alienū subiectū,
agit per qualitatem virtualem. V.
G. vinum, & venenum causant
lōtem, vel frigus in homine, non
per formas substantiales immediatas,
sed per naturales qualitates, quod
indē patet, quia hęc virtus inuen-
ditur, & remittitur, eadem substanc-
ia manente, siquidē vēhēria pre-
parata nō habent amplius vim no-
ciuam, quam prius habebant, ergo
vel ignis media qualitate virtuali
causabit calorem, vel non erit ex
se calefactiūs eranctenter. qz. ne-
gando paritatem, quia V. G. ve-
nēnum ideo est per virtualem qua-
litatem a cōsum frigoris, quia fri-
gus non est qualitas ipsis connatur-
alis, sicut connaturalis est aqua;
& sicut se habet ignis respectu ca-
loris, patet experientia, quod vi-
num, venena &c. agant per virtutē
medium, nam videmus illam
remitti, ignis autem, vel aqua se-
per eamdem habent potentiam
quamdiū durat; & si ab aliquo ex-
trinseco connaturales qualitates
deperdunt, semel impeditiōne,
ex se ipsis illas recuperant, nō sic
vitium, piper, venenum &c.

Ob. ex Doct. in 2. d. 16. q. viii.
sub A. & D. anima non tantum est
immediatum principium essendi,
sed etiam operandi, imo est etiam
immediatum suscepituum actuū,
ergo

ergo nulla est necessitas ponendi plures potentias inter se, & ab anima formaliter distinctas. Pr. conseq. quia ideo tales potentiae ponuntur in anima, quia anima per se non potest esse principium actiuū operandi, neq; passiuū recipien- di operationes. Rst. Bell. & Mast. neg. conseq. nam anima est immediatum principium (varum) opera- tionum tam actiuū, quam passiuū quod, non verò quo, quia hoc habet anima medijs potentias, tanquam rationibus formalibus agendi, vel recipiendi.

Non placet hēc solutio P. Liui Rabes. & assert pro se Scot. in 4. q. 44. q. 2. sub A. & B. & quol. 9. lub. I. vbi loquens de immediato prin- cipio operatiuo, & suscepitio ope- rationum, & passionum animæ, dicit, quod immediatum principium operādi, & suscipiendo ope- rationes, & passiones huiusmodi quod, est totum coniunctum ex ani- ma, & corpore; quo verò est ipsa, anima, cum sit ratio operandi, ac recipiendi operationes, & passio- nes in composito, ergo dicere ani- magno esse immediatum principium quod, & potentiam quo, est aberrare à mente Doctoris, & non illum. explicare; est abuti terminis, & co- stradicere Doctrinæ Arist. i. de An. sex. 64. vbi ait: dicere autem irasci animam, simile est, ac si quis dicat eam texere, vel edificare &c.

Sed bona venia P. Liuij, relati Doctores loquuntur de anima ab- solutè sumpta, & de potentijs inor-

ganicis, non de toto coniuncto, & potentij organicis, vt ipse accipit, & sua ratio urget; at nos in præsenti de potentijis inorganicis loquimus, prout cum anima, ut sic identi- cantur. quo sensu non poterant amplius Doctorē explicare, ideoq; recte est conseq. negata, »potentiae o. sunt necessariae cum sint immediatae rationes agendi tam in compo- sito, quam in anima separata, sed quo, non quod.

Obiicit Ioan. de S. Thom. q. 22 de an. art. 2. & est aliud fundamen- tum Thomistatum: Potentiae spe- cificantur ab operatione, sed ope- ratio cuiuslibet substantiæ creatæ est accidentis, quia adest, & abest, etiā illa, quæ ad substantiam ter- minatur, ergo quilibet potentia, actua substantia erit accidentis. Ma- est Arist. vt infra patet. Minor patet, conseq. probatur, Idem est specificari ab actione, ac dicere, in trisecum ordinem ad illā, ergo si actio est accidentis, etiam poten- tia erit accidentis. Pr. conseq. nam substantia non potest ab actione, specifi- cari, quia in se, & in sua spe- cie, & quidditatem non pendet ab actu secundo, qui est accidentis, & necessario supponit totam substan- tiam completam, cum ab illa su- stentetur. Confirmatur, quia iste potentiae recipiunt habitus reali- ter distinctos, Intellectus habitus fidei, voluntas habitus charitatis, qui habitus separantur, ergo & po- tentiae, que per tales habitus ope- rantur, realiter inter se distingue- tur.

Sur. B. cum Scoto concedendo p̄-
tentias specificari ab actibus, sed
nō in sensu Thomist. quod ab acti-
bus differentias accipiunt essentia-
les, sed a posteriori, nam ordo ad
actus non est de essentia, & quiddi-
tate potentiarum, ut modò patet; &
ita in hoc sensu potest substantia
dicere ordinem ad accidentis, sicut
essentia dicit ordinem ad passiones,
& potentias, quae in eorum
sent. sunt accidentia, & distinguū-
tur realiter. Ex quo non sequitur
potentias presupponere actus, &
esse imperfectiores actibus; si nō
potentia est actu imperfectior, quo-
modo potest illum producere? ne-
mo dat quod non habet.

Ad Confirmationem, eadē ani-
mae essentia per Thomistas non re-
cipit immediate potentias realiter
distinctas, & mediare actus, & ha-
bitus harum potentiarum? quid igit
mirum si eadem essentia anime
medijs potentij formaliter distin-
ctis, recipit actus, & habitus rea-
liter distinctos?

Arguunt tādem Nominales: Im-
possible est, ut unum, & idem rea-
liter, & si formaliter diversum sit
eiusdem rei productivum, & non
productivum. receptivum, & non
receptivum, sed intellectus est ha-
siusmodi, est n. productivus intel-
lectionis, & receptivus eiusdem,
non autem voluntas, quae est pro-
ductiva volitionis; & eiusdem re-
ceptiva, ergo necessariò distinguū-
tur realiter. Pr. ma. ideo calor, &
frigus dicuntur distincta, quia pro-

ducibile ab uno, nō est ab alio pro-
ducibile, & corpus est realiter à
spiritu distinctum, quia receptibi-
le à corpore, recipi nequit a spiri-
tu. B. hoc argum. & similia, quæ
ip̄si contra Scot. parant, magis ip-
so, quam Scotitas, tamen, cùm
ip̄si neq; distinctionem formalem
inter potentias, & animam agno-
scant, sed ratione tantum diversā,
esse eiusdem rei productivum, &
non productivum, receptivum, &
non receptivum. B. igitur heg. ma.
nam ad laudandam contradictionē,
non requiritur necessariò non idē-
titas realis, seu distinctio realis, ut
in omnibus formaliter distinctis
patet. Ad probationem, dicimus
cum Scot. in 2. d. 1. q. 6. B. distin-
ctionem per operationes esse à po-
steriori, non à priori, nam priūs
res est esse talis natura, quam di-
cat ordinem ad actum secundam;
quare non semper recte inferatur
realis distinctio ex diversitate ope-
rationis, sed solum distinctio prin-
cipiorum, quò ad proprias ratio-
nes formales, ut patet in Dictrinis
generatio n. est operatio diversa
à spiratione, & vtraq; est à Patre,
in quo non potest realis distinctio
deduci, cùm nullum à se ipso di-
stinguatur realiter, vnde solum in-
feratur distinctio formalis potentiarum.
Intellectus, & Voluntas; sic
in casu; calor autem, & frigus; cor-
pus, & spiritus ex proprijs ratio-
nibus sunt incompossibiles in co-
dem, ideo sunt realiter distincti.

Ex his omnibus deducimus, q̄
Anj;

Disputat. 4. Articulus Primus.

I 33

Anima sic proprium, & verum re- nos sub diversis actibus existit, quo- ceptuum intellectonis, & volitionis modo. n. tot actus secundi, & tot sunt, sed mediante intellectu, & vo- accidētia possunt dici essentia una luntate, sicut. n. intellectus, & vo- cum Anima? Idem S. Doct. tracta- luntas sunt rationes producendi, 15. in Ioan. loquens de intellectu, ita & recipiendi; in quo sensu in- inquit: *Intellexus non est anima, sed telligentus est Scot.* cūm dicit in- aliquid anime, en formalitas, seu ali- intellectus recipit, & producit intel- qualitas entis, quæ in sent. Scopi- lectionem, non anima, quatennus starum identificatur realiter cum ipse est ratio, quæ anima producat, re in recto, vel cum alia formalita- & recipiat; cum ergo dr. impossibili- te. & potest etiam nostra decisio bile est, quod idem realiter produ- confirmari omnibus illis authori- cat, & non producat intellectione- tatibus, quibus Thomistæ intendunt vel intelligitur de principio quod, probare distinctionem realem in- & conceditur, quia non potest dici ter huiusmodi potentias, & ani- de anima, quod recipiat, & non recipiat intellexus, ut considerant iei, quæ revera, & patere possunt, non inferunt, nisi mo de principio quo, & negatur, nā distinctionem formalem ex natu- stat, quod vnum sic ratio produ- ret.

Etius, & receptiva vnius, & non alterius, sic intellectus est ratio recipiendi in anima intellectione, & non volitione absq; distinctione reali. Sic etiam dicere solemus in Diuinis Pater generat, & spirat, vt quod, distinctionis vero potentias, & Quibus.

Conclusio Secunda.

Dicimus 2. Potentias anime sive inorganicas, sive organicas distinguuntur inter se, quæ in ordine ad animam inter se, fundant prædicata contradictionis ex parte rei, ergo ex natura rei aequaliter distinguntur. Maior est minales, Hurt. Arriag. & aliquos recentiores, & patet primò auctoritatibus adductis, nā D. Aug. in lib. de spir. & an. cap. 4. & 13. lo- quendo de potentijs animæ ait: Pro- prietas quidem multæ sunt, sed essen- tia una. Nec valet responsio Bubio- nis, hoc intelligendum esse quate-

Prob. 2. ratione: semper contradicatio infert distinctionem, & qua- lis est contradicatio, talem infert distinctionem, si contradicatio est ne reali. Sic etiam dicere solemus ex parte rei, infert distinctionem in ex parte intellectus, si ex parte intellectus, infert talem distinctionem, nempe distinctionis, ut pluries in log. & Phys. dictum est. Sed potentias anime tam inter se, quæ in ordine ad animam fundant prædicata contradictionis ex parte rei, ergo ex natura rei aequaliter distinguntur. Maior est euidens, vbi. n. intercedit contradicatio, ibi semper respectu diver- sorum tollenda est. Mi. Pr. nam Potentias dicuntur communiter ori- ginari, & fluere ab anima, etiam ab actibus præscindendo. Item anima dr. corporis forma ex 1. de An. 11. non tamen intellectus. Item aliquæ

Aliquæ potentiaz dicuntur organicas, alia inorganicas; & tandem q[uod] fortius est, voluntas est potentia libera, intellectus est potentia naturalis, ergo non potest idem principium esse intellectus, & voluntas. Pr. conseq. nam liberum, & naturale sunt primæ differentiaz diuidentes principium actuum in cōmuni ut Doct. Probat in I. d. 2. q. 7. M. & quol. 16. art. 2. ex Arist. 2. Phys. 49. vbi causam actiūam diuidit in naturam, & propositum s. in naturalem, & liberam, ergo nequeunt eidem principio conuenire. Confirmatur, nam principium naturale est ex natura sua determinatum ad unum agendum, liberum vero est sua natura suip̄sius determinatum, ergo non potest anima omnino in se indistincta circa idem obiectum dici principium naturale, & liberum, aliter esset determinata. & non determinata.

Respondet Rubion in 2. sent. d. 27. q. 2. posse idem principium respectu diuersorum esse naturale, & liberum, non respectu eiusdem, ut voluntas Diuina ad intra est principium necessarium, ad extra liberum, voluntas creata respectu volitionis est principium liberum, at quando concurrit ad intentionem suip̄sius, naturaliter concurrit; id dicendum de obiecto, quod respectu intentionis est principium naturale, at respectu volitionis est principium liberum, sicut libera est volitio; ita anima respectu intentionis est libera, respectu intellectus

ctionis est naturalis. Non valet, nā primæ differentiaz alicuius generis vlo pacto possunt alicui simul cōvenire, nec respectu eiusdem, nec respectu diuersorum, ut patet de rationali, & irrationali; sed naturale, & liberum sunt primæ differentiaz principij actiūi, ergo &c. Tum quia intellectus, & voluntas sunt circa idem obiectum, non circa diuersa, ut infra dicemus, ideo nihil. Tum quia ratio liberi nō est ratio principij naturalis, sed vtraq; in anima antecedēter ad actus reperitur, ergo debent in ipsa anima actualiter distingui, non in ordine ad actus consequentes. Item cum dicunt Anima ut respicit intentionem dr. intellectus, ut respicit volitionem dr. voluntas, vel hæc diuersitas dicit illos respectus ad actus, & hæc non sufficit, illi. v. respectus nō sunt rationes agendi, cum relatio sit de genere steriliū; vel dicit rationes diuersas agendi formaliter, & habetur intentum. Et est doctrina Scotti in I. d. 13. q. vn. lit. D. vbi subtiliter more suo ostendit, nullam realem diuersitatem effectuum posse salvare per diuersitatem rationis in causa, sed requiri necessarię diuersitatę, saltem formalē.

Exempla ad intentum adducta, si valent, nam Voluntas Diuina ad intra nō agit naturaliter, aliter confunderetur ratio processionis, sed tam ad intra, quam ad extra, agit liberè, licet ad intra necessario, ad extra liberè contingenter. & ma-

& malè cōfundit Rubionus necessarium cū naturali. Voluntas creata, ut bene adserunt Mast. & Bell. in ratione obiecti, terminatiū ētā tū ad intellectionem concurrit, nō motiuē, sed anima est illa, quæ motuē ad sui intellectionē, etiam suarum potentiarum, cū quib. est idē realiter. Obiectum si ad volitionē concurredit actiuē, de quo infra, nō nisi naturaliter concurredit; volitio tamen dicitur libera propter causā principalem liberam.

Dices, hæ rationes solū probat intellectum, & voluntatem distingui inter se, non tamen vniuersaliter, quia alijs potentiz sunt naturales, non liberas, ergo saltem istæ potentiz naturales inter se non distinguuntur ab anima. *Et* concedendo has rationes peculiares esse quod ad illam diuisionem principij in naturale, & liberum, possit tamen de alijs potentiz idē quoq; ostendi, quatenus inter se aliquam habent diuersitatem, suppositis tamen illis authoritatib: quod potētīe affuant, & originentur ab anima, & se habeat veluti partes, vel passiones, ut ex Doct. colligitur in 2. cit. lit. I.

Sic igitur Scot. probat etiā de alijs potentiz in 2. cit. §. Ideo dico. *k.* Potētīe vnitiuē dicuntur in anima containeri, ergo non sunt omnino idem animaz, patet conseq. ex D. Dionis. de Diuinis nom. cap. 8. vbi ait: continentia vnitua non est eorum, quæ sunt omnino idem, qā illa noa vniuncit, nec est eorum,

quæ manent distinctā ea distinctione, qua fuerūt distinctā ante vniū nem, ut sunt V. G. materia, & forma, ergo quæ sunt vnum realiter, manēt formaliter distinctā, antecipat, quia anima vegetativa, & sensitiva, quæ reperiuntur in bratis, dicuntur cōtineri in irrationali, & in ipsa vniū. Notare amen Doctor, quod ita vnitiuē contenta alia sunt de natura continentis, ut sunt prædicata quiditatis, alia subsequuntur naturam cōtinentis, & quasi posteriora, ut sunt passiones subiecti, & potentiz non quod potētīe sint verē, & formaliter passiones, quia sic dicent tantū aptitudines, & relationes aptitudinales, sed sunt realitates quædā realiter cum anima identificata, quibus anima proximē dr. potens operari, & ab ipsa emanant ad modum passionum à subiecto, ex quibus etiam deducitur has potentias inter se formaliter distingui.

Obiectiones.

Ob. Rubionus: Nulla est necessitas ponendi tales distinctiones potentiarum, ergo &c. Pr. Non ex multiplicitate, & diversitate actuum specie distinctionum, quia sol eadem virtute calefacit, & deficcat; nec ex diueritate agēdi naturaliter, & liberē, organicē, vel inorganicē &c. quia Anima est gens principale horum actuum, he potētīe sunt instrumentales, ergo eadem anima secundum propriam essentiam quomodo dr. agēs principale, aget naturaliter, liberē, organicē,

ganicè. & inorganicè, & consequē-
ter fustra distinctæ potentiaz assi-
gnantur. *P. neg. antec. ad probat.*
Scot. est dubius in 1. d. 26. ad 2.
Princ. an quælibet substâtia sit prin-
cipium actiuum se ipsa, an verò per
aliquam perfectionē identicè con-
tentam; *Attamen* in 1. d. 13. *N. S.*
Ad Argumenta. loquendo de produc-
tione naturali filij, & libera Spiriti-
tus Sancti, ait, tunc debere multiplicari
principia agendi in aliqua
re, quando effectus distincti ab illa
re prouenientes, requiriunt ex suis
rationibus aliquâ priorem distin-
ctionem in principijs, ut est in pro-
posito, quia agere naturaliter, &
liberè sunt duo oppositi modi agē-
di; ideoq; nequeunt eisdem prors
conuenire abiq; aliqua distinctione.
Quia ergo aliae substâncie na-
turaliter agunt, non est necessaria
illa multiplicatio ratioium for-
malium agendi, ut est necessaria
in anima rationali, ac consequen-
ter non videtur ita necessaria di-
stinctio potentiarum secessuum
ab anima, cum quælibet naturaliter
agat, nisi ad latuandas authorâ-
tes illas, quod fluant & origina-
tur ab Anima &c. ut *Scot.* docuit
in 2. cit. lit. I. ac proinde de istis po-
tentijs sensuibus nondatur ratio-
nes ita convincentes, & necessariæ,
sicut de intellectu, & voluntate in
anima rationali. Unde ad 1. pro-
bat. negator paritas de Sole, & Ani-
ma rationali, cum Sol non habeat
illos oppositos modos agendi, sed

cimus, potentias istas non esse in-
rigore instrumenta, cùm hæc ter-
minum principalis agentis non at-
tingant, ex dictis in phys. anima
verò immediatè agit in intelle-
ctionem, ut principalis causa, & ut
quod, potentiaz verò ut rationes a-
gendi, & ita concedimus eamdem
animam agere naturaliter, & si-
berè, licet non secundum eamdem
rationem, sed diuersam, quæ di-
versitas à parte rei debet reperiri,
ut contradic̄tio saluerit.

Ob. Anima iū sent. Doct. est im-
mediatè beatificabilis, nam qua nō
ordinatum ad finem, immediatius
ad ingit finem, tanto nobis
huius est, ergo frustra ponitur aliqua
media potentia; & tanto magis,
quia aliquæ formæ substantiales,
sunt accidentales, quæ sunt imper-
fectiores immediatè se ipsis fineq
ad ingunt, quanto magis anima?
P. concedendo, animam immedi-
atius suū finem ad ingere, sed pos-
sibili modo, Causa, n. principalis
ut quod, semper agit medijs ratio-
nibus ut quibus, ideo nihil. potest
etiā dici, quod immediatè agat
anima in suum finem, cùm sic idem
realiter cùm suis potentijis. Paritas
de alijs formis non vrget, nam ani-
ma est talis naturæ propter suam
illimitationem in modo agendi.
Neq; hoc dicit imperfectionem, cù
etiā Deus dicatur medijs poten-
tijs producere, non per solam El-
sentiam.

Ob. Hurt. Idem principium de-
bet esse immediatè intellectuum
& vo-

& volitium, ergo intellectus, & voluntas non distinguuntur ex natura rei. Pr. antec. principiu Volituum debet moueri per actualem representationem obiecti, n. n. volitum, quin præcognitum, sed non potest sic moueri nisi in se recipiat intellectionem, ergo &c. p. concedendo antec. de principio Quod, negando de principio Quo. Vel idem principiu debet esse immediate intellectiu, & volituum, concedimus realiter, negamus formaliter, ideo nihil. Soluant Thomistæ, qui has potentias ab anima, & inter scipias distinguunt realiter. Ad probationem minoris; dicimus non est voluntas, quæ propriè mouetur, sed anima, quæ vt intelligens mouet seipsum, vt volens; imò ex hoc Conclusio nostra roboratur, si n. vt intelligens mouet seipsum vt volens, nequit ratio intelligendi esse eadem cum ratione volendi, aliter secundum eamdem rationem moueret, & moueretur, ageret & patetur. Hinc communio illud: quod intellectus intelligit, voluntas vult, intelligendum est, quod anima secundum rationem intellectuam est, quæ in recto, & vt quod intelligit, & secundum rationem volituum vult, ita quod ipsa anima est, quæ immediate intelligit, & vult, immediate causæ, non verò immediate rationis agendi, quæ ratio non debet esse realiter distincta, vt autem Thomistæ, aliter ageret immediate mediatione causæ; & quia voluntas, vt voluntas est potentia

cæca, nequit ei competere formæ liter intelligere, sed tantum realiter, & identice. ceterum omnia argumenta, quæ contra nostram decisionem Nominales congerunt, contra Thomistas urgunt efficaciter.

Arguitur tandem Auth. D. Aug. de Spir. & Ani. c. 4. & 13. vbi ait: *Anima secundum sui operis officium varijs nominibus nuncupatur, dicitur namq; vitalis dum vegetat; spiritus dum contemplatur; sensus dum sensit; anima dum sapit, ista tamen non differunt in substantia sicut in nominibus, quoniam omnia ista anima una est.* Idem habet D. Bernard. in Cant. ser. 11. D. Isidor. lib. 11. Ethimol. & Alij SS. PP. ergo si hæc omnia nominibus differunt, sufficit distinctio rationis. p. bas. & similares Authoritates valde urgente Thomistæ, nos autem nihil, quia faciliter sermone expendimus, nil aliud innuere, nisi realem identitatem animæ cum potentij, cum qua tamen stat distinctio formalis. Quantum verò ad potentias organicas.

Si potentiaz organicæ adæquatè accipiuntur sc. pro compositis ex realitate animæ, & parte corporis, distinguuntur realiter ab anima, si verò inadæquatè spectentur, sunt eadem realiter animæ. est Doctoris in 4. sent. d. 42. sub. A. & B. Pr. prima pars, quia totum esse entiale distinguitur realiter à suis partib; ex dictis in phys. sed potentiaz Organicæ adæquatè súptæ sūt quædā tota essentia, puta composita ex realitate animæ, & parte corporis.

nis, ergo distinguuntur realiter ab anima. Si vero huiusmodi potentiaz inadeguate accipientur (quae est secunda pars decisionis) sic sunt idem realiter cum anima, a qua tantum formaliter distinguuntur, et diximus de intellectu, & voluntate. Ratio est, quia potentiaz sic acceptaz non dicunt organum, ut in prima acceptione sumebantur, sed tantum illas potentias ab anima emanantes, apte tamen ad partes corporis informandas, & ideo non possunt esse realiter ab anima distinctæ, cum emanatione metaphysica nullent. Confirmatoris huiusmodi potentiaz organicas essent realiter ab anima distinctæ, vel essent substantiaz, vel accidentia, sed neutrum est dicendum, ex ego &c. Pr. Mi. Non substantiaz, quia tunc in anima essent plures substantiaz realiter distinctæ, quod nulla sententia admittit. Neq; accidentia, quia potentiaz vegetativa, ut sunt nutritiva, & generativa non sunt accidentia, nam tales potentiaz sunt generativa substantiaz, accidens autem non potest generare substantiam, ex dictis in physica, ergo &c.

ARTICVLVS SECUNDVS.

Quomodo potentiaz specificantur per actus, & actus per obiecta.

SCor. resolutionem hujus articuli dedit in 3o. d. 34. q. 1. & 2. S. Ad secundum &c. lit. B. & Quol. 13. art. 3. sub Hh. & in 2o. d. 16. q. 2o. O. & alibi. Pro cuius intellige-

tia notamus primò, sensum huius art. nō esse, quod actus, & obiecta sunt principijs formalis constitutio, tia ipsas potentias, ad eum modū, quo rationale cōstituit hominem, hoc n. est fallū, & impossibile, etiam in sent. Caiet. I. p. q. 77. art. 3. cuius ratio est, quia prīcipium formale constitutivum rei, debet esse illi intrinsecum, sed actus, & obiecta sunt extrinseca potentiaz, nam potentia de facto, & formaliter consistit in suo esse ab aliquo actu, vel obiecto.

Neq; sensus potest esse, potentias distinguiri per actus, & per obiecta tamquam per causas extrinsecas, ut si diceremus, Angelum ab homine diuersum, quia ille a Deo per creationem producitur, iste vero ab alio per generationem. Neq; agens a sua specificari, quia agens agit propter finem, hoc n. nō esset peculiare potentiaz per actus, Se obiecta distinguiri, cum tamen peculiariter hunc modum distinguendi potentiaz Arist. assignauerit, de An. sex. 33. sic n. non plenè perciperecur, & explicaretur potest, vol. actuum sacra; & hoc in sent. etiam Thomist. ut videretur est apud M. Jacob. Brun. in lib. de an. q. 3. art. 5.

Not. 2. ex Doct. in 1. d. 3. q. 3. §. His visis &c. lit. C. Potentias animæ in duplice esse differentia, nam aliae sunt disparatae, aliae subordinatae; Disparatae sunt illæ, quarum una non dependet ab alia in operando, ut sunt quinque sensus exten-

ni; visus, ut videat, nos iudicet: actus per obiecta; nam: obiecta sunt
adjecta, aut est contra &c. subordi- posteriores sive potentia, & obiec-
tare sunt in duplice differentia. Ea actibus, distinctio autem forma-
quædam etenim sunt cognitione, ut lis, & intrinseca debet dari per pri-
fensus, & intellectus, qui dicuntur oria, quomodo sunt differentiae es-
subordinati in operando, quate- sentiales constitutivæ potentiarum,
nas pro statu isto nihil est in intel- & actu; Posteriori autem modo,
lectu, quia prius fuerit in sensu; bene potentia distinguuntur per a;
quædam. vero. lata subordinata. & us, & hi per sua obiecta forma-
quia una egerat altera in operando, lie, si quidem potentia in actu se-
non tamen sunt eiudem generis, quando dependent a suis actibus, &
sed una est cognitionis, altera appre- actus ab obiectis, ut a terminis es-
titiva, & intellectus, & voluntas. sentialis dependentiae, ergo ab eis
Ad proposicū, potentia dispartata: habere debent ut aliquo pacto di-
absolutè distinguuntur per sua ob- stinguantur, non intrinsecè, & per
iecta, quia visibile, quod est ob- essentialia, cum sint extrinseca po-
iectum visus, non est audibile, p tentia, sed extrinsecè, & manife-
stetur obiectum auditus, & sic de reli- statiuè.

quis; Potentia vero subordinata ex eisdem generis non distinguuntur ab aliis per obiecta, sed tantum secundum maius, & minus, quia intellectus cognitio singularia, & vniuersalia, sensus vero singularia tantum; Potentia vero subordi- tate alterius generis secundum Seor. cum sint de eodem obiecto. & sub eadem ratione formalis, ut dicemus infra, non distinguuntur per obiecta, quamvis bene per actus, nam intelligere, & velle sunt operatio- nes diversæ, nam prior est natura- lis, posterior libera. Hec igitur propositio: Potentia distinguan-

Not. 3. ex eodem in r. d. 6. q.
1. lit. B. & in 2. cit. quod actus secundum distinctivæ potentiarum duplices sunt; Alij adæquatis, alij in- adæquatis, adæquatis dicuntur illi, qui sub se continent omnes actus, qui ab una eademque potentia originantur, ut est V. G. visio respectu potest visus, auditio respectu auditus &c. At vero inadæqua- tis, qui sub se continent illi, qui sub adæquatis continentur, ut visus albedinis, vel nigredinis &c. Auditio huius, vel illius canticos &c. Ad intentum, potest distinguuntur tantum per actiones distinctivæ, ut adæquatos, non vero inadæ- tur per actus, & actus per obiecta, quatos, alias eot effient potentie, potest duplicitate intelligi, at sub- quot sunt actus in specie, vel in numeris. Quol. cit. uno modo intrinsecè, mero, quod patet esse falso. Sic & formaliter, altero modo extrin- secè, & manifestatiuè. Primo mo- quædam sunt adæquata ultra quo- do non distinguuntur per actus, & potentia progressi non possunt, ut

tas respectu intellectus, sonus res-
pectu auditus &c. quædā verò sunt
inadæquata, quia potentia possit
in illa, & in cætera contenta sub o-
biectis adæquatis, ut son' buccinæ,
& campanæ &c. respectu potentia
auditius; subtilitas, & accidens res-
pectu intellectus &c. hic loquimur
de obiectis adæquatis. Difficultas
igitur huius questionis, oritur ex
illis verbis Arist. in 2. de An. vbi
ait: *Priores n. potentij actus. & opera-*
siones secundum rationem sunt. si autem
sic his autem adhuc priora obiecta opor-
tet considerasse. Ex his infertur, quod
si obiecta sunt priora actibus, & a-
ctus priores potentij, erunt etiam
specificatiui potentiæ, quomo-
do autem intelligenda sic hæc do-
ctrina, an per rationes intrinsecas,
*& formales, an solùm per extrinse-*Conclusio Prima.**
cas, & manifestatiuas, discrepant
Doctores, nam Thomistæ cum D.
Tho. dicunt fieri per rationes intri-
secas, siquidem potentia importat
relationem intrinsecam ad suos a-
ctus, & actus ad sua obiecta, rela-
tiones autem specificari intrinsecè
a terminis formalibus, est doctrina
apud eos communissima; & ita ex-
plicant cū Caet. Ban. Lilbon. Ler-
ma, & Alijs: Potentia constituun-
tur, & distinguuntur per habitudi-
nes quasdam intrinsecas ad actus,
& ad obiecta extrinseca, sine qua
habitudo, potentia nō potest in-
telligi, nec definiti, vnde ob voca-
bulorum penuriam nomine relati-
uo appellatur, licet nullo modo sit
relatio prædicamentalis, sed tra-
scendentalis, & ad hanc etiam in-
trinsecam habitudinem confequi-
tur relatio prædicamentalis, que
non est de essentia potentia, sed p-
tiam melius explicatur, & à nobis
melius intelligitur, quam sent. fe-
tique sunt Recentiores Thomistæ:
Ferr. Complut. Ioan. de S. Tho. &
ex recentioribus Suar. Conimb.
Ruu. & Alij. Scoti sequentes sui Ta-
tar. Ioann. de Magis. Faber. Cauel.
Rocc. Mastr. Bell. Merinero, Ca-
tharæsis, Liuius Rabes. & Alij Phi-
los. Iandun. Mercenarius, Herug-
& Alij.

Dicitur I. Potentias anime nō distin-
guai per actus, & per obiecta tanquam
per distinctiua formalia, & intrinsecas,
sed tantum per extrinseca, & manifes-
tatione. Est Scot, loc cit ex quo ita pr.
& præsertim quo. cit. sub Hb. & II.
Quando dicitur, quod potentie di-
stinguuntur per actus, & actus per
obiecta, vel hoc ita intelligitur, q.
obiecta sint constitutiua, & distin-
ciua formalia actuum, & actus po-
tentiarum, & hoc non, quia obie-
ctum est extrâ ipsum actum, & act.
extrâ potentia, & sic non potest esse
differentia eius intrinseca, vt etiâ
ipsi Thomistæ fatentur; Aut hoc ita
exponitur, quod ordo potentie
ad actum, & actus ad obiectum sit
eis essentialis, & intrinsecas, ac co-
sequenter rationem habeat diffe-
rentiaz intrinsecæ, vt reuera Thôi-
stæ opinantur; neq; hoc dici potest,
nâ actus vitales sunt entitates ab-
solutes de genere qualitatibus, sicut
etiam

Etsam̄ eorum potentiaz in ipsorum schola, atq; ideo a suo formali, & intrinseco conceptu omnē respectum excludunt. Tum quia si potentiaz animaz formaliter a recipiatur pro ut dicunt relationē ad operationes, ut principiatas, quo se, su sunt essentialiter respectu, sic non benedictur, quod potentiaz distinguantur per actus; relationia n. sunt simul tempore, natura, & cognitione, & ita non magis unum relationum est alterius specificatio- nis, quam suum correlatum, ve patet de Patre, & filio, quia non magis Pater specificat filium, quam filius specificat patrem, atq; ideo male ad propositionum discreverunt potentiās specificari per actus, & non magis actus per potentias &c. Debet igitur sumi, ut fundamenta sunt relationis, quoquidem sensu sumuntur, cum tales potentiaz dicantur facultates, & partiales perfections animaz identificari per nos, & p. Thomistis entitatis abso- lute in genere qualitatibus, ergo nullo modo possunt actus per obiecta, & potentiaz per actus intrinsecè, & essentialiter specificari.

Respondent Thomistae, relatio hec, quam dicit potentia ad suos actus, & actus ad obiecta, non est predicamentalis, sed trascendentialis, que bene potest in entitatis absolute essentialiter imbibiri. Non valet, ut bene prouidum est in logica disp. 13. de predicāentis respectu art. 1. & 2. vbi ostendimus, quod est̄ relatio trascendentialis

identificetur realiter cū rebus ab solutis, & per hoc præsertim à predicamentali distinguatur, formaliter tamē identificari non potest, quia reuera respectus non potest esse de essentia absoluti, alter idem formaliter, & quiddicatiè simul, & semel esset ad se, & ad aliud, atq; ideo ad se, & non ad se, quod implicat, recurrere ad log. cit. Tum quia ut bene aduertūt Bell. & Martr. ex Doct. in 2. d. 1. q. 6. §. Dico sicut &c. lit. B. & C. Omne ens, quod est principiū alicuius operationis, ideo est tale principiū, quia est in se tale ens, hinc si quatas primā distinctionem Solis à planta, non est prima ratio distinctionis vnius ab alio, quia Sol generat, vel generare potest plura, & diversa mixta, non autem planta, sed quia Sol in se habet talē formā, à qua tot variz generatioēes prodire possunt, non verò planta, id ad rem, licet facultates animę sint à natura ordinatae ad suas operationes producendas, non tamen ut ab eis essentialiter specificantur, & distinguantur, nā huiusmodi facultates prius sunt talia entia in se, & quia talia sūt, ideo ad tales operationes edendas ordinātur, & non ad alias; & hac ratione voluntas ordinatur ad velle, & nolle, non autem ad assensum, vel disensum, quia est potentia appetitiva, non cognitiva, ex quo sequitur, quod potentiaz nequeunt per se essentialiter specificari, & distinguari per relationem ad illos, sed tantum extrinsecè, & à posteriori.

Idemq;

Idemq; probat SobeR. in 5. & 24. q. vn. ad 2. S. Ab aliud autem distinguitur potentia distinguuntur &c. Sub D. Joquendo de potentijs in ordine ad Obiecta, ex Arist. 2. de an. tex. 130. & 132. qui in potentijs organicas potius ex distinctione potentiarum arguit distinctionem obiectorum, quam è contra, siquidem ex ratione talis mixtionis in tali organo, nempè visus, cōcludit illam potentiam esse istius obiecti, & nō alterius, & pro tanto sequitur, qđ distinctione obiectorum facit distinctionem potentiarum, in quantum tale obiectum limitatum non percipitor, nisi à tali potentia, & nunquam ab alia, ratione talis mixtionis organi, hoc autem est distinguere, & specificare à posteriori, ergo potentiam inorganica, quam organica specie distinguuntur ab initio per suās proprias differentias, antecedenter ad actus, & obiecta, idēq; de actibus respectu obiectorum afferendum.

Ex illatis doctrinis, sic formaliter argumentū: Distinctio formalis, & intrinseca debet dari per distinctionia formalia, intrinseca, & priora, sed actus non sunt priores potentij, nec obiecta sunt intrinseca actibus, ergo non sunt distinctionia formalia, intrinseca, & priora, ma. patet, quia eadē sūt principia constitutiva, & distinctiva, sed constitutiva debet esse formalia, intrinseca, & priora constitutiva, eum sint differentiae essentiales, ergo etiam distinctiones debent esse ea-

Ma: M. 13. si consideras, nam ad causam effectus potentiarum ergo sunt posteriores potentij posteriores. Item obiecta concurrunt cum potentij ad causandos auctus in genere causa efficientis, ergo non sunt illis intrinsecā, cū ab eis realiter distinguatur.

Secunda pars ita probatur: effectus manifestant suas causas à posteriori ex 1. post cap. 20. & termini manifestant exercitaciones suas relationes, & relativa, sed actus sunt effectus potentiarum, & obiecta determinans dependentiam essentialem, quam ad ipsa dicunt potentiam, & actus, ergo obiecta sunt extrinseca, & manifestativa actuum, & actus potentiarum. Quod termini relationū manifestant exercitaciones, inde patet, qđ debet esse absolute, sive formaliter, sive aquiliter, ut in log. ostendimus disparti: dd Relat. art. 20. sic entia absolute sūt extrinseca relationis, cum sine impermixta realiter ex 1. post cap. 25. ergo termini relationum, & relationorum exercitaciones tantum illas manifestant.

Rht. Thomistæ, quid actus sunt posteriores potentij ordine executionis, non ordine intentionis, & finis, vel sunt posteriores potentij in genere causa efficientis, sed in existendo, non in genere causa formalis, & in specificando, quia in hoc genere actus compleat, & perficiunt potentias, & primo intendantur a potentij; Si ergo causa finalis est prior, & potentissima inter omnes causalitates, processus ab

ab actibus, ut a finibus ad potentias, est processus a priori.

Sed contra, causa finalis est causa extrinseca ergo veline, nolint, semper cum Scoto fateri debent, actus, & obiecta nostra specificare potentias, nisi extrinsecè, & manifestatiuè. Tum quia si hæc respōsio valeret, non esset hæc doctrina peculiaris de distinctione, & specificatione potentiarum per actus, & obiecta, quia cum omne agens aget propter finem, sequeretur omne agens specificari, & distinguiri intrinsecè a fine, & sic natura, elementa, agentia libera, naturalia, artificiata &c. quæ omnia suo modo agunt propter finem, non distinguenterentur a proprijs formis, & differentijs essentialibus, sed intrinsecè per ordines ad suos effectus, ad fines, ad quos sunt instituta; quod quām insulsum sit, & ridiculum omnibus patet. Tum quia si actus sunt effectus, & posteriores potentij in gen. causa efficientis, non in existendo, quomodo huiusmodi effectus compleant, & perficiunt potentias? Si potentia non erat adhuc completa, & perfecta, quomodo in actum secundum processus, illum efficiendo? quis in qua diceret, quod calor cōplexus, & perficit potētiā caliditatem ignis, & quae fuit productus? est modus dicendi familiaris Thomistarum, ad illudenda argumenta, quod ea res sic prius, & poste iūs in diuerso modo causandi. Sed qui dicit Thomistæ, quia esse

estus quomodo documq; consideretur, semper a parte rei est actus secundus, & effectus, semper verum erit dicere non distinguere a parte rei nisi a posteriori, & ab effectu.

Ad Illud: Eius est distinguere, cuius est constituere, sed actus non constituunt potentias, ergo illas nostra distinguunt. Resp. M. Brun. argum. concludere potentiam non specificari, & essentiari per actum, nisi forte extrinsecè, sed specificati per ordinē trascendentalē ad actum; & fuit doctrina Caiet. I. p. q. 77. art. 3. Sed bona pace, sic dicendo, nostræ subscribunt sententia, nos n. de actibus, & obiectis loquimur; & in hoc sensu instituta est Controversia inter D. Tho. & Scot. & verba formalia Arist in quibus tota structura sententiaz Thomistarum fundatur, absolutè de actibus, & obiectis sonant, non de ordine, & respectu. Sed quia Thomistæ vindicent Scotti Argumenta valde virginia, fugam arripientes protestantur, ipsos non loqui de actibus, & obiectis, sed de ordine, & respectu trascendentali ad actus, & obiecta. Sed neq; sic dicēdo aliquid agū, nam loqua-nur familiariter, quod est prius? esse in se, & ad se; an vero ad aliud? Prius Arist. posuit Prædicamenta absoluta, deinde relativa; quod consulto facit, quomodo supponit, & falsum putatur relationem etiam trascendentalem absolutum constitueret, si n. relatio est,

Et, relatum constituere debet, definitivæ, negamus, nam non ostendit, quod est ad se, ne, quod est intrinsecum definitiores cum paribus facillimè congregantur. Ideo bene Scot. in 2. sent. cit. modum assignat, vnde summa est prima ratio distinctionis in rebus.

Obiectiones.

Obijciunt Thomistæ: Definitio nendum, ad modum, quo terminatur per intrinseca, & formalia, ponitur in definitione relatuorum. distinctiæ, sed potentiaz animæ. Sed Contra, etiam sic discurrent definiuntur per actus hic ex 2. de do, nihil agunt; Nam ex dictis in an. tez. 33. ergo 8r. maiorem esse log. disp. 9. art. 1. Definitio essentia veram de Definitione, quæ est à tali, & quidditatua duplex est ex priori, & per causas, non de illa, Doct. 1. Prior. q. 5. & in 4. d. 1. q. quæ datur à posteriori, & per effe- 2. vna purè quidditatua, cuius òl- tias, ut in casu definiuntur poten- nes partes pertinent ad definitiæ quidditatem, ut homo est animal tias per actus &c.

Contra, actus sunt priores potentijs, ergo definitio est per priora, substantiaz completa, quia eius entitas per posteriora, anteced. patet ex supra relatis verbis formalibus Arist. Prior. n. potentij actus &c. actus esse utiq; priores potentijs, sed quod ad nos, quatenus per ipsos à posteriori demonstratur potentiaz, veluti causæ per suos effectus, non vero natura, & secundū se, quia sic ipsi actus, & obiecta demonstrantur à priori per potentias, ut iam diximus cum Scoto ex Arist. qui 2. de an. loc. cit. q. ex ratione talis mixtionis in tali organo, arguit distinctionem obiectorum &c. ex qua doctrina expluditur alia responsio Thomistarum, sic distinguendum: Si potentiaz consideretur entitatiæ, concedimus, quod actus sunt posteriores, & ita non possunt constituer potentiæ; si

rationale, & hoc modo definiuntur substantiaz completa, quia eius entitatis ira absolute sunt ab ordine ad aliud extrinsecum, ut sine tali habitudine perfectè cōcipi possint. Alia est quidditatua per additamentum, quatenus ad perfectam rei notitiam manifestandam, aliquid extrinsecum in definitione additur, ad quod definitum dicit ordinem saltem trascendentalem, & ita definitur relatio per ordinem ad terminum, accidens per ordinem ad subiecta, Anima per ordinem ad corpus, potentiaz in ordinem ad actus &c. cuius ratio est, quia cum non sint entitates omnino completa, sed imperfectæ, si non tantum quidditatue, sed etiam quietatiæ concipi debeant, ab aliquo extrinseco in tali conceptu pendere debent; Cum igitur potentiæ

tia definitantur per actus &c. verū unde rationem finis potentiaz, ut cō-
est de definitione per extrinseca, sed adhuc nihil
non autem de definitione per in-
trinseca, hęc n. datur tamum per
essentialia definiti, & ideo bene
dicit Scot. quod talis distinctio, &
specificatio est per extrinseca.

Ob. Potentiaz dicunt ordinem
essentialiem ad actus, & actus ad
objectiona, ergo huiusmodi distinctio
est per intrinseca, non per extrin-
seca. Patet assumptionem, quia po-
tentiaz simpliciter ponuntur distin-
& propter operationes, & actus
diversos, aliquin essent frustra.
ex Arist. tex. 33. cit. Consequens
liquet, quia ordo essentialis depen-
dentiaz arguit entitatem intrinseca
dependentis ad id, ad quod depen-
det. p. neg. conseq. cum luna pro-
batione ratio est, quia cum essen-
tialis dependentia pro termino ha-
beat aliquid sibi extrinsecum sicut
relatio, asserendum est tales res-
pectus non esse intrinsecos poten-
tiaz, & actibus, sed extrinsecos. ita
Scot. quol. 17. cit. S. Alter potest dicere
vel cum Doct. ibidem, neg. auctor
cum n. potentiaz, & actus sint en-
tia absoluta, non possunt in sua
conceptu quidditatiuo, & essen-
tiali, relationem includere, aliter
idem esset essentialiter ad se, & ad
aliud, quod contradictionem in-
uoluit.

Potest etiam concedi ait Subti-
lis. quol. cit. quod Arist. loqueba-
tur de distinctione a priori, consi-
derando actus, non pro ut habent
rationem effectus, sed prout indu-

cedunt Thomistæ, sed adhuc nihil
officit nobis, nam licet talis distin-
tio sit a priori, adhuc tamen per
extrinseca principia, quæ sunt fi-
nis, & efficiens.

Urgebis, absolute non distin-
guuntur per extrinseca, sed per in-
trinseca. Re. Scot. non distinguunt
per extrinseca tanquam per forma-
lia distinctiva, nec etiam sicut per
terminos relationis essentialiter in-
clusæ in actibus, vel potentiaz, ut vo-
lunt Thomistæ, sed manifestatiæ,
velut per terminos relationis tra-
scendentalis, & realiter identifica-
tæ; possunt in hoc sensu ait Doct.
absolute distinguunt per aliqua ex-
trinseca, sicut causata per proprias
causas, sive per illa, ad quæ habent
propriam dependentiam in entita-
te, & unitate, quomodo sunt ob-
iecta respectu actionum, & poten-
tiarum.

Dices, relationes in potentiaz ad
actus, & in actibus ab objectis, sive
ita eis cōsubstantiales, & implicato-
ribus objectis, essent impossibilis
actus, & implicantibus actibus fo-
rent impossibilis potentiaz, eomo-
do, quo implicante forma, implica-
aret quoq; materia, & hoc prope-
ter necessariam connexionem ex-
tremorum relationum transcenden-
tialium. Re. Mair. & Bell. ex hac
ratione non inferitur identitas for-
malis, & essentialis, sed tantum
infertur identitas realis ordinis po-
tentiarum ad actus, & actuum ad
objecta, quatenus implicant ob-
jecto,

iecto, implicarent actus, & potentia per locum tantum ab extrinseco, e modo, quo implicante passionem, implicaret quoq; subiectum, neq; ob id recte inferri posset, passionem esse de essentia subiecti.

Ex his omnibus infertur, quod est potestis essentialiter deterui, ne habeant anima, & essentialiter proportionatae debeant esse ad actus, & obiecta, hoc tamen verum est tantum in secundo modo dicendi per se, non in primo modo, nisi solum exigitiu, & radicaliter, quo pacto etiam diximus in physica materiam esse essentialiter potentiam formae suscepitam, & ratio assignatur a substantiis in 2. d. 1. q. 6. s. Dicitur ergo quia in quaquam natura prior est ratio actus primi secundum se, quam in comparatione ad actum secundum, cuius potest esse principium, nam actus primus non constituitur in esse per actum secundum, quia illam saltem natura precedit, nec per relationem ad illum, quia fundamentum ait, quo modo relationi supponuntur.

Conclusio Secundus.

Dicimus 2. Potestis anima omnino disparatas distinguere per actus aequaliter, & actus per obiecta similiter adaequata, est scoti in 2. d. 3. q. 3. s. His visis ergo de in 2. d. 9. q. vn. O. Pr. quod ad primam partem, quia cum potentia sit aliquid substantiaz anima, pro hoc statu cognosci non possunt, nisi per suas operationes, substantia n. ut sic, non cadit sub sensu, sed actus adaequati sunt ope-

rationes adaequatae potentiae dispartate, ergo potentiae dispartatae cognoscuntur distincte per suos adaequatos actus. Ma. pa. et ex dictis. Mi. experientia comprobatur, nam videmus tecum audire, & non videre, ideo arguimus potentiam visionam non esse auditivam, sed audire, & videre sunt actus adaequati huiusmodi dispartatum potentiam, ergo huiusmodi potentiae per suos adaequatos actus distinguuntur. Secunda pars eodem modo probatur, nam per videre percipiatis visibile, & non sonum, & per audire percipimus sonum, & non visibile; sed videre, & audire sunt actus terminati ad visibile, & sonum, ut ad eorum obiecta adaequata, ergo huiusmodi actus manifestantur distinctione persua obiecta adaequata.

Obliges, Una & eadem potentia dicit operationes, & actus specie differentes, ergo non distinguuntur potentia per tales actus. Patet assumptum, quia id est intellectus elicet notitiam intuitivam, & abstractivam, scientiam, & opinionem. Eadem voluntas amorem elicit, & odium, que species differunt, ergo &c. Pr. assumptum esse verum de operationibus, & actibus inadaequatis, non de adaequatis, licet in. tales specie different, quia non in uno genere notitiae conueniunt, ut sunt notitia intuitiva, & abstractiva, scientia, & opinio, que conueniunt in genere notitiae intellectivae, ab illis habet potentia intellectiva speciem caro

Disputat. 4. Articulus Secundus.

147

est, non ab illis actibus inadequata, sic de voluntate &c.

Ob. Si potentia sensitiva obiectum correspondere ad equatum, hoc tale esset ab illo ab omnibus illis inadequatus, illisq; communis, sed scelus nequit percipere universaliter, ergo pr. neg. Mi. quia etiam sensus potest precipere naturam, quo in sensatione est ratio mouendi, quamvis non praecisa à singularitate, ut facit intellectus, cum quantum singularitate coniuncta in nostra schola, adhuc suā intrinsecam retinet communitatēm.

Ob. Si obiectum formale V. G. visus, est color, tunc nihil caderet sub visu, nisi sub tali ratione, & ita nec albedo, nec nigredo videretur ut tales, sed tantum sub ratione generica coloris, sic de alijs obiectis &c. pr. ratio valeret, si color poneatur obiectum ad equatum visus, & supponit tantum simpliciter pro ipsa coloris natura ab inferioribus abstracta, sed color, & quodcumq; aliud obiectū statui debet ad equatum prout supponit absolute, puram tam pro le, quam pro suis inferioribus, ut bene docet Bell. & Mistr. ex Doctore.

Cōclusio Tertia.

Dicimus 3. Potentias distinguiri per actus, actus vero per obiecta, non quidem materialia, sed formalia. Est scoti q. 3. Prol. S. Ex his dictis &c. est breuerter hic recolendū pro intelligētia accyli ex dictis in log. quid sit obiectum materiale, quid vero formale, & reliquias aliquorum Recen-

tiorum ambagibus, consuetam hys terminorum explicacionem sequentes: pro obiecto materiali propriè intelligitur res considerata, pro formalī vero, ratio sub qua consideratur, quod etiam modus considerandi appellari solet. V. g. aliqua res in seipso considerata, potest esse subiectum diuersarū scientiarum, ut de homine patet, qui utens naturale est, spectat ad Philosophiam, ut sapabilis ad medicinam, ut dirigibilis in moribus ad moralē, sic homo dicitur obiectū materiae, propter indifferentiam, quā habet, ut ab alijs scientijs consideretur, naturalitas vero, sapibilitas, dirigibilitas &c. sunt obiectum formale, quatenus se habet ut differentiae contrahentes materiale obiectum ad proprium modum considerandi huius, & illius scientiarum. Hac supposita communiori Scholasticorum explicacione, ita probatur Cōclusio: Vna, & eadem res potest à diuersis potentijs specificari, sub diuersa ramen ratione formalī. V. g. calor tanquam dirigibilis à sensu tactus, tanquam virtus ab intellectu, tanquam bonus à voluntate, quo calu plures potentiae idem obiectum materiale habentes, habent ramen formale diuersum, erga cū potentiaz, & actus dicuntur specificari ab obiectis, hoc intelligendum est de formalibus, & primarijs, non de materialibus, & secundarijs, Sic. Scq. ib. I. d. I. q. 2. S. Quantum ad istum articulum &c.

Confirmatur de actibus voluntatis

ts in genere motis, vbi actus sumt specie suā circa media à fine; & obiecto motivo, quod est forma-
le. ex. Doct. in 3. d. 28. & sic actus continentia, vel elemosina elicitor propter amorem Dei non spectat essentialiter ad speciem illarū virtutum, sed ad speciem charitatis, vt patet apud Morales; & nos si Deus cæpta bene fortunet in Theologia ostendemus.

Conclusio Quarta.

Dicimus 4. Potentias subordinatas alterius rationis, cuiusmodi sunt intellectus, & voluntas, non distinguuntur per obiecta, sed tantū per suos actus. Et Scoti locis citatis. Pr. prima pars, quia ens, ut ens est obiectum utriusque potentiaz, vt infra patet, ergo intellectus, & voluntas non distinguuntur per obiecta. Secunda pars patet, quia intelligere est & agere potentiaz intellectiuæ, appetere potentiaz appetituæ, sed huiusmodi actus sunt ab inuicem distincti essentialiter, ergo manifestant intellectum, & voluntatem esse potentias essentialiter distinctas. Pr. Mi. quia actus naturalis, & liber sunt essentialiter distincti, sed appetere est actus liber, cum a potentia libera proueniat, & intelligere naturalis, cum ab intellectu elicatur, qui est causa naturalis, ergo &c.

Vrgebis, Voluntas tendit in bonum per actum volendi, & in malum per actum nolendi, intellectus autem in ens ut sic, vel in ens verū.

ergo cūm huiusmodi obiecta sint disparata, sequitur, quod etiam intellectus, & voluntas distinguantur per obiecta saltem formalia. Arg. argumentum hoc longiorē petere discussionem, vt suo loco patet, pro nunc dicimus; obiectum adiquatum veriusque potentiaz esse ens, pro ut abstrahit a bono, & a malo, vero, & apparenti in sentent. Doctoris.

Potentiaz tamen animæ subordinatae eiusdem generis, distinguuntur etiam per actus, non tamen adiquate per obiecta, sed inadiquata; ita docuit Scotus in 1. d. 3. q. 3. S. cit. & de actibus patet, nam actus potentiaz inferioris est sensatio, superioris intellectio, sed tales actus sunt ab inuicem distincti essentialiter, ergo manifestant sensum, & intellectum essentialiter distinctos. Pr. etiam de obiectis Quidquid cognoscitur à sensu, cognoscitur etiam ab intellectu, & non è contra, ergo per huiusmodi obiecta sensus tantum distinguuntur ab intellectu, & non intellectus à sensu, ideoq; est distinctio inadiquata, non adiquata. Antec. patet, nam obiectum intellectus, non tantum est uniuersale, sed etiam singulare; Obiectum vero sensus est tantum singulare, & non uniuersale ex 1. Polt. cap. 24. ergo. conseq; est evidens, siquidem est distinctio solùm ex parte alterius extremi, & sic non mutua, ac propterea inadiquata.

ARTICVLVS. TERTIVS.

De quidditate actus Vitalis.
Secunda sententia est utitur Vitzalis. Coa. in 1. d. 3. q. 7. lit. E. &c quol. 13. in confessio habet ad actum vitalem non sufficere simplicem receptionem speciei in potentia. Pro cuius notitia recolimus, actus vitales in duplicit esse differentia; Quidam sunt imperfecti, ut generatio, nutritio, augmentatio, & motus localis, vel progressivus; Aliqui vero sunt perfecti, ut actus cognoscitivi, & appetitivi sensu tam internorum, quam externorum; & potentiarum intellectus, & voluntatis, quae sunt inorganicae. Quod ad actus primi generis, nulla virget difficultas, in his n. omnes dicit inguunt terminum acquisitum ab ipsa actione, terminus n. vel erit compositum substantiale, ut in generatione, vel pars substantiae viventis, ut in nutritione, vel ubi, ut in motu progressivo; actio vero erit vel ipsa generatio, vel nutritio, vel motus, quae omnia parent ex dictis in lib. Physl. & de Generat. Difficultas igitur virget de secundis s. l. de actibus perfectis, & plures refutur opiniones. Prima tenet huiusmodi actus vitales non esse, nisi receptionem ipsam specierum obiectorum in potentia. V. g. receptio speciei visibilis in oculo est ipsa visio; receptio speciei soni in auro, est auditus; receptio speciei intelligibilis in intellectu, est intellectio &c. Pro qua sent. citantur Gotfred. quol. 4. Egidius, Suesl. Tolct. 2. de An. q. 12. & Alij.

Secunda Sententia valde communis est Thomist. assertentiam hos actus in actione potentiarum de genere actionis consistere, quam tamen actionem, aliqui affirmant non habere terminum, sed immensitate terminari ad obiectum. Alij verò dicunt, quod saltem, quando obiectum est absens, debet ponit qualitas per hanc actionem producta, quae appellatur species obiecti expressa. Alij tamen vniuersaliter terminum hunc requirunt; Tertia tandem sent. inter Recettiores frequenter docet actus istos consistere in illa qualitate à potentia per veram productionem producta. Ad hoc tamen, ut talis actus vitalis dicatur, dicunt aliqui, potentiam includere actionem istam, & passionem, ita quod intelligere formaliter dicat hec tria. I. actionem potentiarum producentis, qualitatem productam, & passionem, seu receptionem talis qualitatis in potentia. Ita Hurt. disp. 6. de An. sec. 1. & 2. quibus habitis.

Conclusio Prima.

Dicimus 1. ad actum vitalem, receptionem speciei in potentia non sufficere, sed requiri etiam ipsius potentiae vitalis actionem. est Scotti loc. cit. Pr. 1. Auth. D. Aug. 9. de Trinit. cap. vlt. & 2. de Trin. cap. 5. ubi docet cognitionem, & visionem ex potentia, & obiecto digni. & Arist. 2. de An. 36. & seq. ait animam in gen. causis efficientis concurrere etiam ad operationes sensitivas. & in Meth. distinguens actionem in immaterialem,

tem, & transeuntem, redocet ad primam, visionem, speculationem &c. quoniam ait, recipiuntur in eodē principio a quo producuntur. ergo anima, quæ eas recipit erit principiū quoq; actiuū, non merē passiuū.

Pr. 2. ratione Scot. in 1. cit. nam stante Aduersariorum sent. seque-
retur nunquam posse intellectum,
fallum cognoscere, vel oppositio
de nouo astanti, species. n. sem.
per representant obiectum natu-
raliter, sicuti est, & codem modo
semper informat. Tum quia eodē
modo quilibet homo intelligeret,
si species esset eiudicē rationis, nec
daretur unus altero perfectius in-
telligens; & tamen experimur, ait
ibi Scot. lit. H. tam in ſeuſu, quā
in intellectu perfectius aliquē in-
telligere, si attentius, & maiorem
conatū adhibeat ad intelligēdum,
& aliquando propter magnum co-
natū potentia ſenſitua legitur,
quaē attentio potentia concuſsum,
& actionem arguit. Tum quia
ſic dicendo, tolleretur libertas ab
homine, quia quifq; non dicitur li-
berē operari, niſi quia potest talē
operationem producere. Tum qā
in Angelis ſolū n̄ a Deo produce-
re cur noua intellectio, cum ipſi
Thomista autem, Angelos non
recipere species, niſi a Deo. Tum
quia species etiam manent in po-
tentijs, abſq; eo quod potentia vi-
taliter operari dicantur, ergo p̄ter
species receptionem, aliqua ac-
tio potentie requiritur. Tum qā
vives & non vives diſtinguitur

per principium actionis acutus vi-
talis, non per receptionem ex dictis.

Tum tandem quia ut ait Scot. Deus in ratione virg vniuocatur cū
viventibus creatis, ſicut & acutus vi-
talis Diuinus cū actu vitali creato,
ſed in Deo non datur iſta recep-
tio ſpeciei, ergo fallum eſt acutus vitalis
confitente in ſpeciei receptione.

Caducio Secunda.

Dicitur 2: per hanc actionem pro-
ducit terminum aliquem de prima, vel ter-
mina specie qualitatis, tres includentes—
reflexus, duos ad potentiam, prius ad pro-
ducti ad productus, & recipi ad reſi-
piens, & tertius ad obiectum, ad quod
tendit, ut ad terminum, & dr. reſe-
ptus tendit, vel attinet. Eſt Scoti
quō ad omnes partes, & lequuntur
Recentiores ferè omnes, cum Ar-
tiag. diſp. 6. de an. lec. 2. Rr. prima
pars, nam actio propria, & vera
eſt causalitas agentis, & relatio de
predicamento relationis, vel actio-
nis ex dictis in log. & in phyſ. ergo
non potest dari sine termino, ſicuti
neq; relatio sine extremis, nec cau-
ſa in actu ſine effectu in actu, ut
Doct: monet. in 1. d. 27. q. 8. F. Se-
cunda pars, nimixum quod ille
terminus ſic de predicam. Qualit.
Pr. à Subtiliſſ. in 1. d. 3. q. 6. V. &
quol. cit. acc. 3. inductione; Quo-
diani non eſt ſubſtantia, quia intel-
lectio, volitio, viſio, ſicut quilibet
actus vitalis adest, & abeft; Nec
quantitas, nam haec in corporib⁹
tanū reperitur, & etiam in non
viventibus, actus autem vitalis re-
peritur ſolum in viuentibus, ac euia
in ſpi-

in spiritualibus; Neq; est habitus, situs, Quando, vel Vbi; Nec est Actio, & Passio, quia haec non per se accipiunt esse, sed potius per ipse aliud ex accipere esse, nam actio ex dictis in Log. est secundum quam in id, quod subiicitur, agere dicimus, ergo nos potest esse actio, nisi aliquid subiectum patiatur, sed nihil patitur, nisi mutetur recipiendo in se aliquam nouam formam, qua forma non potest esse actio, sed accipit esse per actionem. Nec potest esse relatio, quia terminus a potentia vitali productus est ultima perfectio ipsius ex Art. 1. Eth. cap. 9. & 12. Mech. 51. & ex D. Aug. 1. de Trinit. cap. penul. vbi ait: *Visio est tota Merces.* Sed nulla relatio potest esse ultima perfectio potentia vitalis, ergo Mi. haec pr. quia ultima perfectio, maxime appetitur etiam appetitu naturali, relatio autem non appetitur, sed fundamenta appetitur, ergo &c. Speciat dicitur ad Predicam. Qualitas, vel in prima specie, quae est Habitus, & Dispositio, vel potius ad tertiam, quae est Passio, & Passibilis qualitas, ita Scot. Quol. 13. Cc.

Tertia pars, quod fandet tres illos respectus, colligitur ex Quol. cit. & ex 1. d. 39. L. quas sic simul pr. & explicatur. Actus ille vitalis producitur a potentia, en primis respectus, recipit ut etiam in potentia, en secundus; insuper idem actus cognitus; & appetitus respicit proprium obiectum, non solum ut taliam, quando obiectum concur-

tit ad causandum actu, quoniam do tunc actus dicit relationem produci ad producens; sed ad illum dicit etiam relationem, ut ad terminum, in quem tendit, cum quo intentionaliter vnitur, & cipca illud operatur, unde bene dicitur atque dicere relationem attingentiam ad obiectum, que relatio dicitur. Haec est ab illis duabus, & sic potentia ab actu tripliciter nominatur. s. Productiva, Receptiva, & Operativa; Productiva, quia actum vitali-lem producit; Receptiva, quia in se talium actum recipit; Operativa, quia per actum vitaliter obiectum percipit, & attingit.

Conclusio Tertia.

Dicimus 3. quod licet actus vitalis ut intellectus, visio, &c. illos respectus includat formaliter, tamen non dicit es-entialiter aliquem respectum, sed tantum illud absolutum qualitatis. Colligitur ex Doct. quol. 13. cit. Pr. ac- tus vitalis in comuni est in invenienti creato, & in creato, sed in Deo ipsis actus, qualis est intelligentia ingenita, & volitio impro- ducta, & essentialis, dicit tantum entitatem absolutam de sua ratio- ne, formaliter absque aliquo respectu, non in. dicit respectum productio, & receptio, nec attingentiam, quia huiusmodi respectus non potest in Deo esse realis, sed tantum rationis, cum etiam creature intelligat, & velit, ad quas tamen nequit reali- ter referri, ex dictis in Log. Actus vero vitalis, ut sic dicit aliqd rea- le, ergo etiam in nobis quid abso- lutum

torti dicet. Tām quia relatio ppter est forma mortua, & insurgit necessariò; sed actus vitalis est, qui constituit viuens in esse viuentis in actu secundo, & actus vitalis voluntatis est formaliter liber, ergo &c.

Ex his colligitur, quod opera vitaliter in potentia, non est dico- re respectum producentis, vel recipientis actum, sed potius tenden- tiā illam potentia in obiectum, medio actu vitali, quo vnitur obie- ctu, illud percipit, & illi intentio- naliter copulatur, quamvis in no- bis produc̄io, & receptio presup- ponatur; quod inde patet, quia producere intellectiōē V. G. non est intelligere ex Dōct. in t. d. 3. q. 7. lit. X. Sicut esse formaliter al- bum, nō est producere albedinem, sed illam in se habere. Tum quia potentiam intelligere, velle, videre &c. est eam respicere obiectū, sed ut productua nō respicit obiectū, sed actum, ergo ut sic non dicitur formaliter operati. Tum quia in- tellectus Divinus intelligendo, vi- taliter operatur, & tamen respectu intellectiōis ingenit, nō dicitur productiuus. Neque recipere actu est vitaliter operari, nam ut Sect. docet in t. d. 39. cit. recipere de sua ratione formaliter dicit imperfec- tionem, vnde rationabiliter remouetur à Deo; at vitaliter operati, de sua ratione formaliter dicit per- fectionem. Vitaliter igitur opera- ri est potentiam modo viuo per- Etum respicere obiectum, illudque percipere, illique vniū, quod vniq;

nihil aliud est, nisi tendentia actus in obiectū, verum est tamen, quod est tendentia hęc in actu ex se di- cat entitatem absolutam, vt tamen à nobis explicatur, dicit respectus, & hęc vitalitas cum Arriaga dici poterit intentionalis; & tandem no- tandum est, quod licet in nobis præ- requirantur ad vitalitatem opera- tuam, seu intentionalem respectus productionis, & receptionis ut di- ximus, cum hac tamen differentias quod produc̄io nō necessariò ab- solutè prærequitatur, cum possidat Deo infundi in potentia, ut dice- mus; receptio autem præxigitur necessariò in nobis, quia ut poten- tia vitaliter operetur, actum in se habere debet.

Objectiones.

Contra primam Concl. Ob. 1. auth. D. Aug. 2. de Trinit. cap. 2. vbi sic ait: Illa informatio sensus, que visio dicitur à solo imprimitur corpore, quod videtur. Sed quod à corpore imprimitur est species, ergo in spe- ciei receptione actus vitalis consi- stit. Rr. Scot. in t. d. 3. q. 5. N. & D. Aug. ibi per visionē non intelligere actum vitale, sed speciem obiecti, quā vniuersaliter visio di- cipotest, quatenus est causa visio- nis formalis; sicut 14. de Trinitat. cap. 10. speciem intelligibilem vo- cat Scientiam.

Ob. Auth. Arist. qui 2. de An. 138. docet, quod idem sit sonatio, & auditio, quia idem est actui, & passui, sed sonatio causas speciem toni in aere, ergo illa species soni

causatæ erit idem cum auditione. Tom quia Arist. loquens de potentijs, ferè semper ponit eas esse mere passivas, & præterim sensitivas. ge. per illa verba Arist. solum affinasse sensum, & sensibile eumdem actum producere, & hoc quia obiectum specie mediante ad sensationem concurrit, alioquin sequeretur secundum Arist. sensus actiuè concurrere ad speciei productionem, quod est contra seipsum. Ad aliud, dicimus neque nos paucitatem potentij negare, neque Arist. actiuaret, magis tamen sensus vocavit potentias passivas, quia loquebatur contra Veteres ponentes sensum nihil ab obiecto recipere.

Dices, in eo instati, quo species objecti in potentia recipitur, obiectum iam representatur potentie; sed hoc est percipi ab ipsa, ergo nihil aliud est actus vitalis, nisi receptio specierum. R. Scot. loc. cir. is 1. quod per speciem representatur obiectum, sed non formaliter, & expressè, sed virtualliter, ut infra patet.

Contra secundam Concl. Obiicitur probando, actus vitales esse actiones, vel alios respectus: nullus enim præcisè consistit in fieri, & in successione, nisi sit actio, & passio, sed actus vitalis consistit in fieri ex D. Aug. 4. super Gen. cap. 8. vbi habet, quod aer, præsente lumine, non estactus lucidus, sed sit lucidus, quia non manet lucidus absente lumine, ergo quia actus non ma-

nerabiente potentia, dicitur secundum fieri. R. Doct. in 1. d. 3. q. 6. Aa. in fine, Actionem tres habere conditiones; prima est, quod sit in continuo fieri, quod s. s. quæ ab a- gente pendeat, tam in principios quam in fine; secunda, quod sit circa aliquod receptivum; Tertia, quæ habeat terminum productum: Inde negatur maior, quia arguitur ab una tantum conditione; Actus vitalis assimilatur actioni in prima, & secunda conditione, non in tertia.

Vrgebis, actus vitalis habet terminum productum, potest habitare ergo est actio. ge. cù Mastr. & Belli actum respectu habitus habere actionem causæ efficientis, actio vero dicitur habere terminatus producendum tamquam principium demonstrandi formaliter agens, ideo nihilo.

Ob. Ex Arist. 3. de Anim. 2. intelligere est quoddam pati, ergo potius in genere passionis debet posse actus vitalis, quam in gen. qualitatibus. R. Doct. q. 13. S. ad istum &c. Dicitur per hoc non intendere Arist. ponere intellectuonem in gen. passionis, sed docere, ad hoc, ut aliquis intelligens denominetur, debet in se intellectuonem recipere, & sic intelligere est pati concomitante.

Ob. Arist. 9. Meth. 16. diuidens actionem in immanentem, & transiuntrem, in prima collocauit actus vitales, ergo &c. R. Scot. si per actionem immanentem intelligitur auctus vitalis, divisione illa est æquiuocata in sua æquiuocata, quatenus quod

non sunt tantum in nomine, & grammaticaliter, si vero intelligatur actio illa, quæ habet terminum in ipso agente, sic est vniuersitatem in sua vniuersata, sed ut sic non potest comprehendere actus vitales ex dictis in Logica, ideo non valet.

Contra Tertiam sic arguitur: Ex D. Aug. 13. de Trinit. cap. 5. Beatus est, qui habet quidquid vult, & nihil malum vult, tunc sic, quando in creaturis est prædicatio per se primo modo, sequitur prædicatio in abstracto per se primo modo, ut album est coloratum, ergo albedo est color, ergo si hec est vera in primo modo, Beatus est, qui habet &c. quæ est Beati definitio, ergo beatitudo erit habitione, sed habitio, scilicet habere est quedam relatio, & beatitudo est actus vitalis, ergo a primo ad ultimum actus vitalis includit relationem. R. Scot. Quod. cit. si ly habere significat veram relationem, sic illa D. Aug. non est definitio, sed descriptio, per illud quod necessariò concomitatur beatitudinem, si vero significat operationem, quæ habetur, & percipitur obiectum, iuxta illud D. Aug. lib. 83. Quest. 35. habere Deum est ipsum cognoscere, tunc habere beatificum non dicit formaliter relationem, sed concomitantur tantum.

ARTICVLVS QVARTVS.

An Actus vitales possint à Deo instantie immediate produci.

Sicut affirmatiuè respondet in 3. d. 13. q. 4. lit. O. S. Ad Tertiam Questionem, & d. 14. q. 3. B. & ali-

bi sapè & in 2. sent. d. p. q. r. hoc sustinet naturaliter in Angelis eundamine. Circa haec controversiam tres sunt opiniones. Prima absolute negat actus vitales sine potentia concursu posse immediatè à Deo produci; ita Caiet. 1. p. q. q. 26. art. 3. & sequuntur Vafq. Rou. Averl. & alij. Secunda sent. assertit posse quidem intellectuē fieri à Deo solo, intellectu passiuè se habente, in ratione qualitatis, non tamen in ratione intellectuē, ita Maior. Capreol. Soto, Ferrar. & Alij. Hunc concedit hoc si ipse etiam vt vitales sunt, at si in anima ponantur, non per hoc intelligensi sensuē, &c. denominari posset, eo quia ad vitalitatem requiriunt etiam actionem potentiae. Tertia est D. d. Subtil. loc. cit. docentis, non solum intellectuē, verum & voluntatiē posse immediatè à Deo produci, nullo habito concursu effectivo ad potentias naturales.

Pro huius sententia fundamento, notandum primò, quod tam intellectus, quam voluntas respectu proprii actus duplicitate accipi possunt s. ut producunt, & ut operantur; Si primo modo attendatur, tria attributa sortiuntur, q. tam intellectus, quæ primū voluntas denominantur elicere, vel producere, dum proprios actus causant, putat intellectuē, & volitionem: Secundum, quod voluntas dicitur libera effectuē, quatenus in eo instanti, quo producit, poterat non producere intellectus in dicitor causa natu-

naturalis, quia ita est determinans per obiecti præsentiam, vel præsentiam in se, vel in specie ad productionem sui actus, ut non possit non elicere; Tertium, quod verumque principium dicatur causa vitalis, vitalitate se tenente ex parte animali, cui realiter id estificatur, quæ fons, & origo vita appellatur ex Arist. in 2. de an. tex. 34. non autem per ordinem ad actus, sed operaciones, siquidem nulla causa talis denominatur ab effectu, aliud, quia Deus producit hominem, & leonem, diceretur homo, & leo. Si vero secundo modo spectetur, dicuntur operari vitaliter circa propriæ obiecta, quod pariter tria importat: Primum, receptionem suctum actuum subiectu in seipso: Secundum, tentaciam per eosdem actus in propria obiecta, quorum sive similitudines expresæ: Tertiū, tandem quod intellectus denominatur per intellectionem sic receptam, formaliter intelligens, & per voluntatem voluntas formaliter volens. Omne n. accidens, tale denominatur subiectu, in quo recipiunt, ex quibus inferantur, quod si salus Deus produceret intellectionem in intellectu, & voluntatem in voluntate, diceretur recte principium vitale, vitalitate se tenente ex parte productionis, non tamen ex parte actus, quia non ab effectibus habet, ut vitalis dicatur, sed a seipso, cum sit rea per essentiam; non dicere tamen per huiusmodi operationes formaliter intelligens, ac vo-

lens, quia non in se illas producet, sed recipere; sed intellectus, & voluntas, in quibus recipiuntur dicentesur per illos vitaliter operari, & formaliter intellectus intellectus, & voluntas volens.

Not. 2. potentias vitales in duplice esse differentia, quedam squalide sunt productivæ tantum solum effectuum, ut sunt generativa, nutritiva, augmentativa, & locomotiva; aliaque vero sunt productivæ, & etiam operatiæ eorumdem effectuum, ut sunt omnes sensus, & actiones, quæ externi, sicut intellectus, & voluntas. Prioræ potentiae sunt ita essentialiter connectæ cum suis effectibus, & è conseruando esse, cum suis potentijs, quæ si ab aliis ponerentur in esse, patet immediate à Deo, non possint dici vitales inter se, sed solitas extrinsecè, quatenus s. essent productivæ ab agente extrinsecè, in quo rite operantur, nam per huiusmodi actus non posset quis dici se nutritire, augere, manere, sed solum nutriti, augeri &c. extrinsecè à Deo, quia actus dicuntur vitales imperfecti, ut de posterioribus oppositiis diconendum est, carum n. actibus vitales, qui & perfecti dicuntur, ut operariæ sunt, & dici non possint vitales inter se, si ab eis minimè producuntur, siquidem eorum vitalitas non pandet à productione, sed ab operatione potentiarum ipsa obiecta, que consistit in recep-

itatem & ceterum, & ita tendentia per-
soluta in propria obiecta, quorum
sunt similitudines expressae, & in
denominatione, quam tribnunt ip-
sis potentijs, ut formaliter dicam-
tur videntes, intelligentes, volen-
tes, &c.

Not. 3. ex Subtil. in 1. d. 27. q.
3. lit. A. & G. quod est de ratione
Verbi sit esse expressuum eius, quod
lacet in memoris dicentis, ac con-
sequenter quod sit actualis intellec-
tio, & conceptus expressus a men-
te intelligentis, non tamen sequitur,
quoniam intellectio sit Verbum, &
Imago dicentis, quodquidem intel-
lectio operativa patris in Divinis;
qua se novit, est vera intellectio, &
tamen cum non sit producta de eius
memoria secunda nequit, Verbum
vocari; Unde Verbum, & intellectio
se habent tamquam superius, & in-
ferius, inter quae eadie distinctio
inadequata, seu ex natura rei for-
malis, quatenus superius potest es-
se sine inferiori absque illa contra-
dictione, quamvis non est conuerso;
si quidem valer dicere est Verbum,
seu Imago, seu species expressa, et
go est intellectio, non tamen est co-
tra, est intellectio, ergo Verbum,
ergo Imago &c. ex qua doctrina
infertur, quod si Deus solo po-
neret in meo intellectu notitiam
actualem iconis, independenter a
concurso effectu intellectus mei,
talis notitia esset utiq; vera intel-
lectio, quia per eam meus intel-
lectus denominaretur formaliter in-
telligentis, non tamen esset Verbum,

aut Imago, vel conceptus mei in-
tellectus, cum in ratione producatur
nullam haberet relationem ad in-
tellectum meum secundum specie
intelligibili iconis.

Conclusio.

Dicimus, attus vitales perfectos non
ita a potentijs dependere, quin a Deo in-
mediatae produci nequeant, sine in potentia
sive in seipsis existentes, & hoc etiam
ut vitales sunt, & si in potentia pone-
rentur, vere talem potentiam denomi-
nari posse vitaliter operantur. Est Scoti
loc. cit. & Scotistarum, ut videtur,
est apud Mastr. & Bell. disp. 2. q.
3. excepto ex nostris Vulpio tom.
3. p. 2. Disp. 205. art. 6. in fine
vbi ait: *Contradicitionem esse actuosa*
operandi separari a potentia, quatenus
est in continua dependentia ad poten-
tiam, ut creatura ad Deum. Pr. prima
pars ex principio illo, quod Deus
supplere potest causalitatem omni-
nem secundum causas efficiens, ma-
xime in absolutis, sed potentia vi-
talis efficiens concursit ad suos
actus, nec illa contradicatio appa-
ret de actibus vitalibus perfectis,
ut ex solutione argumentorum pa-
tebit, nam in questionibus de po-
tentia absoluta Dei, non potest af-
firmativa sent. probari, vel eius
possibilitas, nisi non repugnantiam
attendendo. Pr. Secunda pars. quod
est, etiam ut vitales possent produ-
ci, quia vitalitas in istis actibus di-
cit differentiam essentiali, ergo
ut vitales produci debent, quia res
nequit esse sine sua differentia es-
sentiali Pr. tardé Tertia pars, né
pē,

ps. quod facere ille vitalis est in potentia productus denominabit eam formaliter operantem; P. ex precedenti Art. vbi ostendimus ad operationem vitalem, nihil facere formaliter productionē actus, sed sufficere qualitatem cum tendētia potentia ad obiectum; idemq; dicendum est de voluntate, non m̄ minus continet Deus in se virtu-
lites, & eminenter voluntatē crea-
tam, quā totum hominē, sed Deus
potest supplerē effectum hominis,
producentio alium hominem, ergo
& voluntatem causare, quā est effe-
ctus voluntatis humanae, nec ob-
stat, quod volitio sit actus vitalis,
qui petet fieri a principio vitali in-
trinsico; Nam hoc falsum est ex di-
quis ad vitalitatem, vt sic requiri
principium intrinsicum suū pro-
ductionis. Tum quia licet hoc sit
verum naturaliter, fallit tamen su-
pernaturaliter. Tum quia volitio
Divina est vitalis absque eo, quād
sit producēta, cūm per ipsam Deus
vitaliter operetur se volendo, vnde
sufficit vt voluntas possit vitaliter
operari volendo obiectum. Tum
quia qualitas non potest non de-
nominare quale subiectum, quod afficit, sed talis volitio esset qualitas,
& afficeret tamquam propriū
subiectum ipsam voluntatem, in-
qua esset recepta, ergo illam deno-
minaret volentem.

Obiectiones.

Ob. Verbum mentis est simpli-
citer habitudo essentialis ad potē-
tiam producentem, sed intellectio

est verbum mentis ex Doct. ergo
dicit ordinem essentialē ad po-
tentiam à qua petet naturaliter pro-
duci, ergo &c. p. ex 3. notabili,
verbū materialiter dicit entitatem
intellectionis, formaliter vero di-
cit relationem producti modo na-
turali ad producēt, quā relatio
est ab intellectione separabilis; Nō
igitur quālibet intellectio est ver-
bum, licet omne verbum sit intel-
lectio genita, & ita in casu intel-
lectu esset actus vitalis, & non
verbū.

Ob. Actus vitalis per hoc com-
muniter distinguitur à non vitali,
quod hic sit à principio extrinse-
co, ille vero à principio intrinseco,
ergo. p. ma. esse veram de prin-
cipio intrinseco, vel formaliter, vel
eminenter, in casu si Deus se solo
produceret tales operationes in-
potētis creatis, esset illarum prin-
cipium intrinsicum eminenter, qā
suppleret earumdem potentiarum,
actuitatem, quas eminenter con-
tinet. Vel ma. esse falsam, & vo-
luntariè assumptam à Recentiori-
bus, adestque instantia de obiecto
concurrente ad elicitionem actus
vitalis, cūm tamen sit ei extrin-
secum.

Ob. Non potest dari operatio
vitalis sine potentia attentione,
ergo neque sine potentia produ-
ctione. p. attentionem esse tendē-
tiam potentia per actum in obiec-
tum, non productionem actus, nā
Deus per actus impropositos in-
obie-

obiectum tendit; absq; aliqua productione, ideo conseq. nulla.

Ob. ex sua intrinseca natura, intellectio est conceptus mentis, sicut n. ex voto, & semina concipiatur fetus, ita ex potentia, & obiecto gigantur foetus, qui est intellectio, ergo nequit immediete, & tota sit a Deo produci. Rg. intellectu actionem esse conceptum mentis, aut imaginem obiecti, non est de ratione intellectionis ut sic, sed esse respectum superadditum, realiter distinctum, & separabilem, solidam convenientem intellectioni, quod ab intellectu producitur; Sic etiam quando dicitur intellectio est similitudo expressa obiecti constitutens intellectum intentionaliter similem obiecto, non per hoc intellectio dici debet imagib; in plus n. se habet similitudo, quam imago, imago n. addit respectum, unde D. Aug. lib. 83. 99. q. 73. ait: duo oua sunt similia, sed neutrum est imago alterius, quia non est de illo expressum; vnde similitudinis habetur per entitatem actus, & tendentiam in obiectum, imago vero addit respectum producitur a producente.

Ob. Actus vitalis de sua ratione est actio immanens, ergo petit produci a principio in quo recipitur. Pet. Bellul. in 2. d. 9. qu. 2. §. Ad primum istud, &c. quod actio vitalis non est de sua ratione formalis actus immanens, sed illi accidere, quod producatur ab eodem principio, in quo recipitur, quare di-

uisio illa actionis in immaterialibus & transcendentibus non est per essentia- tialia, sed per accidentalia. Rg. si Rada tom. 1. Contrad. 7. in fine, de ratione actionis immaterialis, que est actus ultimus, non est quod man- neat in efficiente illam, sed in opera- rando, & agente portam: qd. 3. ex Doct. quolib. 13. de intentione Arit. 9. Motu 16. actionem immi- nentem distingui a transcendentia non per manere, aut non manere in au- gento, cum hoc sibi accidat, sed per non habere, vel habere terminata causatum, nam adiunctio dicitur actio trahens, quia per eam agere causat partem, & terminum talis ac- tionis, visio autem in evidence di- citur immanens, quia per eam nullus terminus acquiritur, sed ipsa est terminus alterius actionis, quae elicito visionis appellatur.

Ob. Ex hac doctrina sequeretur, quod lapis posset videre, audire, &c. sed hoc est falsum, ergo &c. Pr. sequela, nam & si intellectio non posset in lapide reponi propter sui spiritualitatem, posset tamen visio, auditio &c. que sunt actus materi- li. Tum quia forma nequit suum effectum formalem non tribuere, subiecto, cui inheret. Rg. neg. se- quelam, & si lapis haberet visionem, non videret, ratio est, quia formaliter videre, non est habere visionem, sed per ipsam vitaliter tendere in obiectum, quod nequit lapidi co- petere. Tamen quia visio &c. requiriunt organa heterogenea, & partes dissimilares, & sunt effectus apoge- sen

foris enim quae non possunt lapidi conuenire.

Ob. Vnde ergo non riuente distinguitur per habere in se principium actionum proprium perfectionis, ergo si actus aduecunt potest per suos ab extrinseco, quillo modo posset per illum distinguiri, & vitaliter operari. Rz. ut supra, antec. valere de vita productiva, & physica non de operativa, & intentionali, ideo conseq. nulla.

Ob. Ex communis sent. Theologorum, non potest Deus ex se producere actum erroris in intellectu, & odium Dei in voluntate, & tamen sunt actus vitales, ergo &c. Rz. a. Etus illos repugnare a Deo produci, non quia vitales sunt, sed alio capite, Deus n. q. cum sit essentialiter veritas, & bonitas, neque aliud decipere potest, neque malum ex intentione velle.

Ob. Volitio, de sua ratione est actus voluntarius, sed voluntarius dicit habitudinem ad principium actionum intrinsecum, nam definiatur, quod sit a principio intrinseco cognoscere singula. Rz. Si voluntarium sumatur pro eo, quod est secundum inclinationem voluntatis, sic concedimus actum illum productum a Deo esse voluntarium, non tamen voluntarium illud in altera definitione definitum. Rz. a. Tunc fore liberum libertate coparentis de tali volitione circa talis obiectum, non tamen eliciti. Rz. 3. cum Scot. in 1. d. 39. L. S. Iuxta predicta dicit, quod est voluntas in

casu non esset libera libertate, produciva respectu huiusmodi actus, esset tamen talis libertate operativa, quia liberum, & formaliter tendet in obiectum per talum actum.

Ob. Ex hac sent. sequeretur posse voluntatem ferri in incognitum; Si V.g. Deus in ea ponaret voluntatem obiecti non cogniti ab intellectu, sed hoc est fallum, ergo &c. Aliqui sequelam concedunt, negando minorem. Alij vero volunt in casu Deum debere producere in intellectu cognitionem talis obiecti, quia inter has potentias, & eorum actuum ponunt ordinem essentiale, sed de his ubi non infia.

Per hanc etiam Rz. ad Mag. Iacobum Brun. lib. de au. q. 5. art. 1. alludent rationem genericam, actus vitalis esse actionem, quod esse fallitur supra ostendimus; potius n. actus vitalis est effectus actionis, quam essentialiter actio. Ad P. Vulpium, quia gratis loquitur, gratis dimittitur, & si in priquo tom. p. 2. Disp. 34. art. 3. tecet cum Scot. Angelum loquenter in intellectu audientis posse immedietate causare, vel solum actum intelligendi, vel solum speciem impressam obiecti, vel utrumq; simul speciem, & actum intelligendi, & hoc etiam naturaliter, cur cum tanto rigore erga Deum procedit?

ARTICULVS QVINTVS.

An dentur, & quid sine habitus.

Cotus in 1. d. 17. supponit dictum habitus, ubi de illorum ditione

sione, definitione, & causalitate agit. Quoniam igitur actus generant habitus, & habitus suo modo sunt actuū generatiū, & in praecedentibus de actibus vitalibus egimus in cōmuni, modò ratio postulat, vt aliquid de habitibus animæ in cōmuni differamus, non supernaturalibus, sed naturalib. & quidem, quod isti habitus dentur potentiz tribuentes facilitatem operandi, siusque virtutes iuuantes ad intensius operandum, est naturaliter notum; saltem à posteriori, satis n. experimunt vnu, vel consuetudine transiuntibus actibus frequentatis facilitatem, & promptitudinem operandi in potentijs acquiri.

Dices, Quodlibet per propriam formam sufficienter disponitur ad bene, vel male agendum, ergo superuacaneus est habitus superadictus. Rr. Scetus neg. viuens per propriam formam disponi ad operandum cum tanta facilitate, & intentione, & licet potentia naturalis sufficiēter includat principium, & ordinem ad actum, etiam quando non est sub habitu, ex hoc solū sequitur habitus non esse necessarios simpliciter ad agendum, sed adhuc necessarios esse ad sic faciliter, & intense agendum. ex his colligitur, habitum aliquam formam positionam de novo agere aduenientem significare; non puram impedimentorum remotionem, vt aliqui autim manet, si quis n. impedi menta ad aliquos actus eliciendos habet, nempe virtutis, non propriea-

te est impeditus ad oppositos actus virtutum, & tamen videmus homines quod ad omnes actus difficultatem experiri, ac postea ex frequentatione actuum, facilitatem, & promptitudinem ad actus omnes tam bonos, quam malos acquirere, ergo talis promptitudo, vel facilitas nō est mera negatio, sed aliquid positum, quod inde magis dēducatur, quia promptitudo illa inclinat tantum ad similes actus, ex quibus habitus genitus fuit.

Ex quibus omnibus sic habitus à Scoto definitur 4. d. 6. q. 10. p. 2. *Habitus est qualitas quedam de prima specie qualitatis, permanens, disponens subiectum, non quidem ad simpliciter agendum, sed ad promptè faciliter & expeditè operandum, ex frequentatione actuum aquisiſtā in potentijs animæ. Quod sit qualitas, inde patet, quod cum sit aliquo modo activa, non potest ad aliud accidens redditio. Quod spectet ad primam speciem, patet ex dictis in Log. in hac n. specie collocantur, quæ subiectum disponunt ad agendum, sed prouenant ab extrinseco, nam quæ ab intrinseco competit, vt sunt potentia, & impotentia, in secunda specie reponuntur. Dicitur permanens, ad differentiam actuum, quæ citò transiunt, & cum eontinua dependentia in conseruari ad potentiam manent. Dicitur disponens, &c. vt ipsius monera explicitentur, & ad differentiam qualitatum, non disponentium subiectum ad agendum. Aliqui ex s. Mch. 23. definiunt*

Disputat. 4. Articulus Quintus.

161

aiuem, quod sic disponens ad benè, vel male agendum. Sed bene dicūt Bell. & Maltr. quod hæc potius est diuisio, quam definitio habitus. Tum quia sicut dantur secundum Scotū actus indifferentes in genere moris, nec boni, nec mali, ita poterunt ex illis habitus indifferentes generari. Dicitur ex frequentatis actibus acquisita, ad differentiam habitus infusi, qui à Deo immediatè in anima infunditur. Additur tandem in potentijs animæ; nam de habituum subiecto potest esse duplex opinio, vel quod sit essentia rei, vel potentia; loquendo tamen de habitibus acquisitis, communis est, quod in potentijs immediatè subiectentur, nō in essentia, ita ut essentia sit subiectum remotum, potentia verò subiectum proximū, vel Essentia est Subiectū Quod, potentia verò Subiectū Quo, ex Doct. in 3. d. 33. M. & in 4. d. 49. q. 2. I. vbi licet de habitibus infusi loquatur, doctrina tamen quam affert, est generalis. Hinc sciendū, quod res actiæ in duplice sunt differentia, quædam agut immediatè per essentias, vt sunt inanimata, quæ potentias distinctas formaliter non habent, vel agunt per potentias, vt sunt animata. Primi generis, nullo modo habitus recipiunt ex Arist. 6. Eth. cap. 1. vbi ait: nihil eorum, quæ sunt naturæ aliter assuefecit, ut lapidem ferri sursum, aut ignem deorsum. cuius rationem assignat Subtil. in 2. d. 3. q. 10. K. quia habitus nō generatur in summe determinatio ad actus, & quæ

omnino violenter ad oppositos a: & tū se habent, vt patet; Vndē à posteriori experimur nunquam lapidem ex continuo ferri sursum, vel deorsum magis disponi, & habilitari; & ratio est, quia in potentia non habituata requiritur aliqua indeterminatio saltem ad intensiō nem actus, quod non est in natura summè determinata.

Animata verò non recipiunt habitus in essentia, sed in potentijs ex Doct. in 2. d. 26. ratio est, quia anima est indeterminata secundum plures potentias ad plura producenda, habitus verò ad unam speciem actionis tantum generatur ex plurib. actibus numero distinctis, vt patet, ergo &c. Tum quia actus, & habitus in eodem subiecto existunt, quia actus producunt habitum, & habitus concurrit ad actus, sed omnis actus immediatè in potentia subiectatur, ergo & habitus, ex qua Doctrina colligitur, quod habitus omnes, siue acquisiti, siue infusi, quod ad elicitionem actus, in proximo, & immediato principio actus recipi debent.

ARTICVLVS SEXTVS.

Quenam potentia sine habitum capaces.

Secundum dubium hoc resolutum in 3. d. 33. & in 2. dist. 3. q. 10. K. Pro cuius dilucidatione, supponimus ex dictis, & dicendis, plures in animabus potentias reperiri, iuxta animalium pluralitatem, nam primò sunt potentiaz animæ vegetati-

cariuze, quæ dividuntur in genera-
tiuam, nutritiuam, & augmentati-
uam; Adhuc deinde potentiaz sen-
soriuze tam internæ, quam externæ,
tam cognitiuæ, quam appetitiuæ,
ac etiam potentia loco motiuæ, si-
uè in homine, siuè in brutis repe-
tiantur; & tandem sunt potentiaz ra-
tionales, nempè intellectuæ, & vo-
luntas, de quibus omnibus questio
mouetur, & quidem incredibile est
in quot placita, & sententias Do-
ctores diuagantur; Nam aliqui ne-
gant habitus generari in volunta-
te, alij negat in intellectu; quidam
negant specialiter habitus vel cir-
ca principia prima, & res eviden-
tes, vel circa res probabiles, & ob-
scuras; aliqui concedunt habitus in
potentijs brutorum; alij tandem re-
mouent habitus à potentij sensi-
uis externis, & vniuersaliter à ve-
getatiuis.

Pro decisione questioñis viden-
dum est, quid reuera requiratur, vt
aliqua potentia sit habitus capax.
Volunt aliqui necessariò requiri,
vt potentia sit indifferens, libera,
& nullo modo determinata ad a-
ctus, si. n. est necessaria, posito o-
bieto, & omnibus prærequisitis ad
agendum, statim agit quantum po-
test, ergo non erit capax habitus,
qui ad expeditius datur, & promp-
tius agendum, positis etiam omni-
bus requisitis ad operandum.

Non placet Belluto, & Mastr. &
bene, nam experimur intellectu
m, & consuetudine circa aliquos
actus facilitari, stante a perfecti-

sima cognitione regularem artis,
& scientiaz, adhuc intellectus non
ita expeditè, & promptè in princi-
pio illas applicat, vt diximus in
Log. art. de habitu Logicæ docen-
tis, & videntis, sed exigitur aliquis
us, ex quo facilitas, & prompti-
tudo progressu temporis acquiri-
tur, quæ facilitas est habitus, & ta-
men intellectus est potentia natu-
ralis, non libera, & indifferens. Rnt.
Doctores oppositæ sententiaz, faci-
litatem illam prouenire ex impe-
rio voluntatis, vel ex maiori spe-
cierum perfectione acquisitorum
ex reiteratione actuuum.

Non valet, quid n. imperium
voluntatis, cum acquisitione habi-
tuum potentiaz naturalis ad facili-
ter, vel difficulter operandum?
Iam fatentur Theologi omnes, q
datur in intellectu fides acquisita,
quæ est facilitas quædam ad assen-
tiendum rebus fidei ex testimonio
humano, quæ facilitas non proue-
nit totaliter à voluntatis imperio,
nam vt dignè discurreit Subtil. in 3.
d. 23. G. lunt aliqui, qui vellent
magis assentire, & tamen minus as-
sentient, ergo maior facilitas, &
intensio ad credendum non pendet
ex voluntatis imperio. Neque po-
test illa facilitas, ex reiteratione
specierum prouenire, nam species
non se tenet ex parte potentiaz, sed
ex parte obiecti, ita quod concur-
sus species sit prout alterius ra-
tionis à concurso potentiaz, ergo
quantumcumq; augeatur species,
non poterit intrinsecè facilitare
poten-

potentiam ad agendum. Pr. conseq. tensius potentia operetur, ut infra quia res unius rationis non potest int̄ēdi ab alia alterius rationis, sed dicemus, hoc tamen non ita intel- potentia, & obiectum sunt omni- ligendum, quod omnia ista neces- no alterius rationis, ergo &c. Tum sariō causari debent in potentia, quia species in intellectu nūquam sed sufficit aliquod illorum, nam corruptuntur, ut infra dicemus, potentia, quae natura sua producit facilis autem ista potest corrōpi, instantaneā actus, nequic citius o- modo potest facilis ad oppositum perari; Unde propriē potentia illa acquiri, ergo facilis distin- habituabilitis est, quæ vel aliquam- guitur a speciebus. Neq; dictum. sentit difficultatem in operando, Arriagz approbamus, q̄ species ut facilius, & promptius operetur, se tenent ex parte utriusque s. po- vel si est ad plura indeterminata- tentia, & obiecti, nam sic dicendo quod ad elicitionē actus, promptius nobilior esset species, quam potē- & delectabilius ad vnam partem- tia, pater sequela, quia continetur le determinet, quam ad aliam, vel eminenter cōcursum obiectivum, tandem si nullā patitur difficulta- & potentiale. tem, nec est ad plura indeterminata, adhuc tamē potest intensius o-

perari. Quæ autem potentia fit talis, nō potest à priori cognosci, sed tantum à posteriori, quando nimirum videmus, potentiam ex frequē- situdinē rationis, & participet indifferentiam, nam si potentia non esset indifferentis adhuc actus habe- rent eamdem entitatem, & actiūā virtutem, ergo indifferentia non- videtur simpliciter necessaria ad habitus eliciendos. Quæ doctrina militat etiam de potētijs brutorū, quæ sunt ferē eiūdēm rationis cū potentijis humanis sensitivis, vndē sequitur, quod vel solūm in volun- tate erunt habitus ponendi, vel si in alijs potētijs humanis, non- erunt brutis denegande.

Notandum 2. supposito, quod habitus ponatur in potentia ad hoc ut facilius, promptius, citoius, & in-

stantaneā actus, nequic citius o- perari; Unde propriē potentia illa habituabilitis est, quæ vel aliquam- sentit difficultatem in operando, ut facilius, & promptius operetur, vel si est ad plura indeterminata- quod ad elicitionē actus, promptius- & delectabilius ad vnam partem- le determinet, quam ad aliam, vel tandem si nullā patitur difficulta- tem, nec est ad plura indeterminata, adhuc tamē potest intensius o- perari. Quæ autem potentia fit talis, nō potest à priori cognosci, sed tantum à posteriori, quando nimirum videmus, potentiam ex frequē- ti exercitio, quamvis eadem om- nino permaneat, perfectius tamen operari, signum quod ipsi non re- pugnet actus perfectior, & conse- quenter ipsam esse habitualem.

Conclusio Prima.

Dicimus 1. potentias rationales, & sensitivas internas tām in hominibus, quām in brutis esse verè in ordine ad quodcumque obiectum, habituabiles. Est Scot. loc. cit. in 3. & de intellectu patet, ut sēpē dictum est, stante namque perfectissima cognitione regulatum artis, & scientiæ, adhuc aliquam difficultatem percipit in principio quo ad vsum, quæ diffi- cultas paulatim tollitur ex fre-quenti exercitio actuum, quæ fa-

cilitas non erit nisi habitus.

Patet etiam de voluntate, quæ liberam habet indifferentiam ad contrarios actus, & obiecta; & potest intensius, & remissius operari; & manifestè experimur, quòd ex frequenti vsu intensius voluntas operatur. Item de appetitu sensitivo in hominib. est cūdēs, rebus n. sensibilibus affueti, magna difficultate ab illis retrahuntur, & maxima facilitate ea prosequuntur. De Cognitiva est testimonium Arist. de memor. & remin. cap. 3. vbi docet consuetudinem multum conferre ad bene memorandum, & clara experientia comprobatur.

Rūt Aliq. quòd ex frequenti vsu memorandi puriores spiritus gauntur, vndè organum excremētis magis purgatur, ex quo tandem oritur facilitas illa. Non placet, nā spiritus facilimè ahalant, & transiunt, & spatio paucorum dierum ferè totaliter renouantur; item ex perfectione ciborum poterūt perfectissimi spiritus generari, & tamē non statim facilitatem in memoria experimur, nisi post longam actuū exercitationem, ergo &c.

Ex his patet etiam de potentijs brutorum, quæ de nouo assuefieri videmus ad aliquos actus, ita ut facilius, promptius, & intensius post vsum operentur, ergo non est illis potentia habituabilis denganda. Hinc Arist. i. Met. c. I. ait: *Brutis quodammodo prudensiam, & disciplinabilitatem conuenire, & D. Aug. lib. 83. qq. q. 36. inquit: animalia*

bruta fieri mansueta, licet revera perfectiores habitus in potentijs sensitiuis humanis reperiantur, & circa plura obiecta.

Objectiones.

Ob. Non dantur habitus in intellectu circa prima principia, cùm circa illa sit summè determinatus; vndè etiam circa illa nō potest errare. Neque etiam circa res opinabiles, quia habitus est qualitas firma potentiz adhærens, opinio autem per hoc à sciētia distinguitur, quòd hæc firmè intellectu adhæret, non illa, ergo &c. R. quòd illa summa determinatio non obstat, quia adhuc habet indeterminacionem quòd ad intensionem, & remissionem actuū, quod sufficit. Ad id de opinione dicimus, radicationē ei non conuenire ex propria natura, cùm à contingentī obiecto proueniat, potest tamen aliunde euenire, nempe ex frequentatione actuum. Hinc quando Arist. definit habitum, esse qualitatem firmam, non fuit locutus solùm de firmitate ex propria ratione prouidente, sed ex quocumque capite s. vel ex temporis diurnitate, vt febris Ethica, vel ex tenacitate subiecti, vt species intelligibilis respectu intellectus, vel ex propria qualitatē ratione, vt est scientia, vel ex actuum frequentatione, vt est opinio, vt patet de assuetis in aliqua opinione, à qua difficeret remouentur.

Ob. Habitū naturaliter agunt, at voluntas non naturaliter, sed libere

berè operatur, ergo nequeunt ad actum liberum cōuenire. qz. quòd h̄c est habitus naturaliter ad actum concurrent, quia tamē habitus voluntatis est subordinatus potentiaz liberae, ideo ad actum liberè concurrere potest, ideo nūl, vt clarius infra.

Ob. Quòd habitus nō denteur in brutis: Habitus est, quo vtimur cū volumus, at bruta non liberè, sed necessariò agunt, ergo &c. qz. maiorem esse veram de habitibus humanis, non de omnibus. Neque etiam actus producunt habitus, qz. potentia indifferentē eliciuntur, sed ex propria natura tales sunt in rebus animatis, vt diximus. Not. i.

Conclusio Secunda.

Dicimus 2. neque potentiam vegetatiuam, neque sensitivas externas, neque potentiam loco motiuam, recipere habitus, siue in homine sint, siue in brutis. est communior, & ad mentem Scotti, quam enixè amplectuntur Bell. & Mastr. Prima pars patet ex Doct. in 3. d. 3. q. 10. K. vbi docet universaliter potentias summè ad vnu determinatas non habere habitus, sed potentia vegetatiua est huiusmodi, experientia .n. cernimus ex frequentatione nutritionis, nullam facilitatem de nouo acquiri, imo potius debilitari. Secunda pars de sensibus externis, patet etiam ex Subtil. nullam .n. habent indifferentiā, vt præcisè extēni sunt, nec etiā intentiones circa obiecta, nisi quatenus nūc imperfectiū ad obiecta applicantur, vel quatenus

media virtute motiuia imperio voluntatis subduntur, at in virtute motiuia non dantur habitus, vt modò apparebit, ergo &c. & confirmatur auth. Arist. 2. Eth. cap. 1. vbi ait: Non .n. ex eo, quòd s̄pē, vel vidimus, vel audiūimus sensus, & vivendi, & audiendi accepimus.

Quantū ad potentiam motuam, est altercatio inter Scotistas, & præsertim inter Vulp. & Mastr. Nam Vulp. tom. 3. p. 2. disp. 103. art. 4. responderet affirmatiuē, motus Doct. Auth. in 3. d. 33. M. qui respondendo ad 3. obiectionem, contra decisionem questionis, quæ erat: Si ex hoc, quòd appetitus sensitivus voluntati subiicitur, est recepctiuus habitus, ergo etiam in parte corporis frequenter mota ex voluntatis imperio potest generari habitus, & etiā in inanimatis, & irrationalibus, quibus voluntas vtitur. Cui obiectioni respondeat Scottus: Conceditur, quòd in parte corporis potest esse virtus, & habitus, sic ut patet in manu scriptoris, & pictoris manus .n. mea inexcitata inhabilis est in illa facultate, que est ad citharizandum, exercitata autem est habilis, quod non est nisi habilitate inherente mansus, conceditur autem hoc ulterius de irrationalib., vt de equo ad actus quosdam, ad quos est assuefactus, sed in merē inanimatis non inuenitur, non .n. ex consuetudine projectur facilis lapis sursum. hæc Subtilissimus.

Hæc tamen sent. Mastr. & Bell. non placet, & hoc delument ex corde Doct. in 4. d. 49. q. 14. G. &c seq.

seq. vbi loquens de agilitate corporis gloriōsi, negat ipsam esse habicū quendam, & formam redēdētē corpus expeditius, & aptius ad localiter mouendū, sed tātūm esse ablationem duplicitis impeditēti ex parte corporis; vnum in iuncturis, & organis membrorum, & nervis, qui magis flexibiles, & subtilets erunt in Patria, ex quibus sequitur maior trahibilitas, & applicabilitas ad motum; alterū in corpore, quod est repletum humoribus grossis, & caput fumositatibus, & multis calibus, quae redūt hominem pigrum, hēc autem amouebuntur, & spiritus boni, & subtilets dabuntur, per quos redēt corpus gloriōum nūlētū agile ad motum. Pr. habitus acquisitū generantur ex frequentatis actibus à potētia elicitis, sed actus potentiaz motiaz non possunt habitus generare, ergo &c. Pr. mī. tales actus sunt motus locales, sed motus localis non habet talem virutem, ergo &c. maior est evidēns. mi. Pr. quia res pētēs ex dictis in physic. est de genere steriliū, & qualitate imperfēctior, sed motus localis in schola nostra est res pētēs, ut in phyl. habuimus, ergo non potest habitum generare, qui est qualitas, & forma absoluta, hac ratione cogit Mastr. & Bell. adhērere, cūm sit nostris doctrinis satis conformior.

Ad Anth. S. ori Rūt relati Doctores, quod ibi Scot. parum curat boq̄uzitum dēcidere, nam-

eius intēctū erat ostendere voluntatem esse verē subiectum virtutis, & hoc deducebat ex cōcessis ab aduersarijs, afferentibus dari habitos in appetitu sensitiuo, ergo ait Subtilis. multō magis in voluntate, quae est sensiciui appetitus imperatiua, & determinatiua. Ex qua positione licet aduersarij inferebant dari quoque habitus in pōtentia motiuā, eo quia & ipsa voluntati subiacēt, admittit hoc Scot. quia nihil contra suum principale intēctum inferebatur, vndē semper dicit: conceditur. Ad exemplum Doct. de habilitate in manu acquisita ad cytharizandum, respondent ex eodem Doct. in 4. cit. habilitatem illam solūm esse ablationē quamdam assignati impedimenti, sicut etiam contingit in quibusdam artifcialibus instrumentis, quae à principio non ita redē interuiunt, sicut temporis progreſſu, quo magis attenuantur, & disponantur ad opus.

Posset etiā hic adaptari doctrinā Aueris, quod ad motum regulatum soni, vel manus pictoris non solūm requiritur agilitas manus, sed etiam directio potentiaz motiaz, quae directio fit à potentia apprehensiua, & regulatiua, supposito imperio voluntatis, & quia etiam naturaliter dispositus non habet statim istam directionem, quae vnu acquiritur, & est habitus existens in potētia apprehensiua, hinc est, quod in principio non habet promptitudinē illam, quam dein de-

Disputat. 4. Articulus Sextus. 187

ligit. Ex quo etiam colligitur, quā
debiliter negant Thomistæ possi-
bilitatem speciei impressæ essentiæ
Divinitati representantis, asseren-
tes, quod in tali caso Essentia Di-
vina sub modo accidentalis in in-
tellectu created existeret, cum spe-
cies sit eadem essentia obiecti nu-
mero; & quia intellectus creatus
euaderet Deus, virumque falsum
in rigore, solùm verum similitudi-
nari, & metaphorice, quo etiam
pacto intelligentius est Averr. qui
ait: Exponentia, & obiecto sit magis u-
niuersaliter ex materia, & forma, quod

ARTICVLVS SEXTVS.

*De rebus, que species sensibiles
efficiere possunt, obi an de-
tur sensus agentis.*

Sicut de hoc quanto pluribus in
locis differit, ut videre est in
1. d. 3. q. 3. k. & q. 6. D. & quol.
15. §. De Tertio primi articuli, & in
2. d. 3. q. 1. & alibi. Proclariori
intelligentia præsupponendum est
1. ex Doct. in 2. d. 3. qu: vn. B. &
C. Qualitatem pertinenter ad tet-
tiam speciem, dividit in qualitatem
sensibilem, & in qualitatem inten-
tionalis; Qualitas sensibilis est il-
la, in quam tendit sensus, ut in ob-
iectum, & sub ista continentur om-
nia sensuum obiectarum interno-
rum, tum exterorum, ut sunt
colores, odores, sapores; & qua-
tuor tangibles qualitates; Qua-
ritas vero intentionalis, est ratio,
sive forma quædam, per quam sens-
us tendit in obiectum, quæ comu-
nitate species sensibilis, & intentio
vocabatur, ut species coloris, soni,
&c. Dicuntur sensibiles, cum quia
sunt imagines representantes tes-
sensibiles; cum etiam quia aliquā-
do sentiuntur etiam & ipsæ, ut pa-
tet de lumine, quod est species lu-
cis; Dicuntur etiam intentionib[us] ex
rationibus lupta assignatis.

*Supponendum 2. ex eodem in
2. cit.*

2. cit. d. 3. q. 10. I. & in 4. d. 44. qu. 3. A. & Quol. 14. sub Gg. Speciem sensibilem externam dependere a proprio obiecto in fieri, & conseruari, ut a causa equiuocata, quod ex eo praesertim deducitur, quia obiecto praesenti, species sensibilis facit ipsum a sensu percipi, amoto vero, seu clausis oculis, non amplius videretur; si igitur presente obiecto conseruatur in esse, & ablente destruitur, asservandum est speciem sensibilem dependere ab eo in esso, & conseruari, ut a causa equiuocata, adiquata, & totali. Ex quo deducitur speciem sensibilem non esse eiusdem naturae specificae cum suo obiecto in entitate, sed solum in representando; & totum hoc colligitur ex Arist. hic in tex. 135. & 138. ubi species sensibiles vocat formas sine materia, non quidem ex eo quod sint protus immateriales, ac si fuerint qualitates spiritualis, ut Paul. Venet. ait, nam cum pendeant in esse, & conseruari ab obiectis materialibus, & recipiantur modo extenso tam in medio, quam in organo, quae sunt subjecta materialia, non possunt dici absolute expertes esse materialis convenientis accidentibus, sed solum immateriales dicuntur relatione, ad eorum subjecta, quae habent esse reale, species vero intentionale.

Omissis igitur aliquorum Veterum intentijs, qui posuerunt causam efficiam per speciem sensibili-

lium, vel Deum, vel Intelligentiam quamdam a corporibus separans, vel Caelum sicut tamquam Intelligentiae instrumentum; quae opiniones, ut in nullo fixo fundamento, a scholis ut impetraretur elminari, inquirimus de virtute, activa sensationum, ad quas sensus, & obiectum concurrunt. Primum igitur dubitari potest an species sensibilis a potentia sensitiva digni possit, qua ratione dicitur scolus agens, sicut species intelligibilis ab intellectu agente producitur, an vero totaliter a sensibili obiecto. Et quia obiectum sensibile est duplex, scilicet per se, & per accidens, dubitari secundum potest de sensibili per accidens, quale est substantia, an habeat aliquam speciem sensibilem. Tertio, quia sensibile per se dividitur in proprium, & commune, propterea de communij dubitari solet, an habeat propriam speciem sensibilem, an vero cognoscatur per speciem sensibilis propriam. Quartum tandem quare potest, an actus sensationis externe causeret propriam speciem in sensu interno.

Aduerendum est tamen pro primo quescito, quod hic non controvenerit, an sensus habet propriam, activitatem circa sensationem, quia nullum dubium est in hoc sensu dari potentiam sensitivam agentem, sed dubium est de eius activitate in ordine ad speciem sensibilem, an scilicet sensus propria virtute extrahat ab obiectis species sensibiles, Iudicamus 2. de An. qu. 16,

Apdl.

Apollinaris q. t. 3. & alij affirmantphantasmate, cum sit materia, dari sensum agentem respectu specierum sensibilium. Sua, vero lib. 3. de An. cap. 9. distinguit de speciebus sensibiliibus, alia. n. spectat ad sensos externos, & has negat a sensibibus produci, aliae verò pertinent ad sensus internos, & has concedit ab internis sensibus fieri, & ita sensum agentem internum admittit; quia tententia probabilis patitur a Caello disp. 3. de An. sec. 1. Diag. 4. nn. 5. & 6. ex Recentioribus Scotist. amplectitur. P. Liu. Rabeslaus lib. 2. de Anim. disp. 4. q. 2. conc. 6. & hanc etiam sustineret debent Thomistæ illi, qui tenent cogitationem hominis elicere a specie impressa accidentis, speciem substantiaz singularis latenter in ea.

Conclusio Prima.

Bicimus I. probabilitus esse non dari sensum agentem, neque respectu specierum externarum, neque internarum. Communis est apud Peripatet. & Scotist. ut videre est apud Mastr. & Bell. hic disp. 4. qu. 5. art. 2. Merlin. disp. 5. q. 5. Cantharen. hic qu. 3. art. 1. concl. 3. Ponc. disp. 8. num. 84. & alios, & quævis non habeatur expressè a Doct. colligunt tamen ex illis locis, ubi probat dari intellectum agentem, quod ex eo potissimum admittit, ut transferat obiectum de ordine ad ordinem, id est de ordine sensibilium, & materialium ad ordinem intelligibilium, & immaterialium, quæ actio non potest totaliter fieri &

Hoc id est patet de sensu interno, si. n. esset necessarius concursus sensus agentis, hoc maxime esset, quia species illa interna excederet in perfectione obiectum, hoc autem non contingit, cum adhuc species illa interna materialis sit, & in subiecto extenso, & materiali subiectata; & licet immaterialis; & spiritualis dicatur, hoc tamen non est absolute intelligendum, sed relate ad ipsum obiectum extra, quatenus in sensu interno est magis diminu-

et & minus materialis, Tum quia exceptum etiam multiplicande potest interior, & sic decem etiam potentiaz interne, sicut duæ potentiez intellectiæ.

Dices, Cum Liuius Rub. sensus interius transfert obiectum de ordine ad ordinem, ubi n. prius species externa representabat obiectum, ut existens, & singulare, & cum omnibus conditionibus materialib, ut habet esse hic, & nunc, id est in hoc loco, hac die, hac hora, &c. species vero interior abstrahit ab esse hic, & nunc s. loco, tempore &c. & ita perfectior evadit, & magis depurata, & minus sensibilis, quæ depuratio, & immaterialitas non nisi à sensu agente ori-ri potest. p. neg. conseq. & ratio est, quia talis processus specierum de potentia in potentiam, quam ipse conficit ex Doct. in 3. d. 14. sub C. non adhuc transfert obiectum de materiali in spirituale, sed semper adhuc sensibiles, & mate-riales remanent, ut etiam ipse fa-tetur in probatione sua conclusio-nis, siquidem per ipsas adhuc eadem representantur obiecta ma-terialia, quamvis absentia, & ab-stracta ab esse hic, & nunc, ergo ex hoc capite nullo modo necessaria videtur multiplicatio sensus agentis.

Viget Liuius, quia ex nullo ca-pit colligi potest agens hanc spe-ciem. interiorem in sensu interno producens, & post variam agentium inquisitionem, tandem concludit,

quod neque hoc præstare poterit species exterius, quia inquit non videtur quoniam pasto species tan-gibiles existentes in potentia tamen possint immittere species sensi-biles in cerebro, cum media iocer-posita non sint capacia, multo mi-nus species visibles, & audibles, cum in organis sensuum non sit aeg-nec internus, nec externus, in qui-bus solummodo recipi, & conser-vari possint species visibles, & au-dibles. Tum quia, necesse foret species has externas migrare de subiecto in subiectum, quoniamque adphantasmam potuerint, sed hoc est contra naturam estymatur, ut potè accidetia, ergo &c. p. neg., autec, cum sua probatione, Ratio est, quia species illæ medijs spiri-tibus ad sensum internum deferri poterunt, sicut q. hi spiritus ad se-sarionem necessarij requiriuntur, sic etiam ipsis medijs, sensatio in-terna digni poscrit. Ad aliud, ex eodem principio negatur sequela, non n. illæ species de subiecto in subiectum migrarent, quia ad loca necessaria ad sensationem a specie-bus tanquam vehiculis deferrentur, sicut aere deferuntur ad medium, & ad potentiam. Tum quia ut in 4. quarto patet, bene possunt at-ius sensitiui extensi producere species in sensibus internis ex Doct. ex locis ibi citandis, & est communis Doctorum sent. ergo frustra ad sen-sum agentem recurritur.

Secundo quarti solet de sensibili per accidens, an propriam impie-tat

et speciem. Non ergo in partem, quia Deus in cogitativa producit speciem substantiaz, ac si ad esset. Non valet, nam sic (ut bene relati scotist. vrgent) Deus immediatè ad actum erroris cōcurreret, quod implicat, & infideles excusari possent, afferentes ibi esse vere substantiam panis, si de tali substantiaz in cogitativa speciem haberent. Tum quia sensus externi non percipiunt substantiam, nec illius speciem habent, ergo neque sensus interni, quia illi se habent ut ianue istorum, ac proinde nequit species substantiaz sub speciebus accidentium latere, si talis species nequit per sensus externos transire.

Conclusio Secunda.

Dicimus tamen non posse Cogitativa, speciem substantiaz, per speciem sensibiliem accidentis erunere, est Scoti in 1. d. 3. q. 3. K. & in 2. d. 13. q. vn. & parci ex dictis de Quarta cōditiōne obiecta sensibilis, & sequuntur Scotiste communiter, ut videtur est apud Mastr. & Bell. loc. cit. Pr. Si cogitativa speciem substantiaz erueret per sensibilita accidentia, hoc est, quia ibi latere, nisi n. adef. set, nusquam posset species illa eliciri, sicut si thesaurus non existaret in terra occultus, nūquam posset fossione inueniri, ergo quando substantia non manet sub accidentibus, non posset eius species erui a potentia cogitativa, & sic possemus naturaliter cogitare in Sacramento altaris, ibi non esse substantiam panis, ac consequenter penetrare Mysterium Eucharistiaz, quod est fallum.

Dices, occultari tale misterium,

At instant Conimb. ex Arist. 3. de An. 10. vbi docet cognitionem huius carnis singularis pertinere ad potentiam sensitivam, ergo. pr. concedendo ibi Arist. trahere sensui cognitionem singularis, non tamen docuit hanc cognitionem distinctè terminari ad individuum substantiaz, ut substantia est, sed solidam ut accidentibus substantiaz, quod est implicitè, & confusè cognoscere; siquidem sensus cognoscendo accidentia, implicitè attigit substantiam, illa substantiam; & ita intelligendæ, & exponendæ sunt. authoritates, quæ contra nos adduci poterunt.

Tertiò inquiritur de sensibili per se, & potissimum de sensibili communi, nam de sensibili proprio res est evidens, quod propriam producat speciem, & duplex est opinio, una affirmat, quod sensibili-

Dd com-

commune intitulat in sēsum propriam suam speciem, Itā Auic. lib. 6. natural. cap. de tactu. Egid. 2. de Anim. cap. 6. Iandun. & alij. & solet etiam citari Scot. in 4. d. 1. 2. q. 3. ad. 2. Princ. aliqui tamen de aliquibus sensibilibus tantum id concedunt, ut Gaiet. & Iauell. Arriag. hoc solum concedit de Vocationibus. Auerla admittit sensibilia communia in ordine ad tam, si essent a sensibilibus proprijs separata, de facto tamen semper concutere ad unam speciem adaequatam cum proprio sensibili. Scot. loc. cit. est problematicus, & utramque partem, ut probabile admittit, tamen in 4. d. 49. q. 1. 3. ad 1. manifeste in partem negati- uam propendit, ubi negat, Cœlum licet magnitudine præditum posse intentionaliter manu immutare, idemque affirmat in qq. de an. q. 22. ad 1. contra 3. Concl. vnde ac eius mentem.

Conclusio Tertia.

Bicinus 3. probabilitus esse sensibile commune, non habere propriam speciem, sed cognosci per speciem proprij sensibili. est magis Scotica, & conformis cius principijs, quam Mast. & Bell. loc. cit. amplectuntur de Número, Motu, Quietate, & Figura, que lugit sensibilia communia spatet ex di- sis in Log. & Phyl. nam omnia huc secundum id, quod formaliter dicuntur, non possunt speciem caudare, quia numerus non est quid distinctum a rebus numeratis, ne- que est aliud ens reale per se,

sed potius quid ratione depen- dens. Motus est etiam quid respe- ctuum, si formabiter accipitur, si vero pro priuatione quietis est nor- ens; si sumatur pro coexistentia in eodem loco, est ipsa abicationis, qua etiam formaliter est respondebit; Fi- gura quoque in schola nostra est ens respectivum, que formalita- tes, quia imperfectiores sunt spe- ciebus sensibilibus, que sunt entia absolute de genere qualitatis, non poterunt species has gigantem, Unde tota difficultas reducitur ad magnitudinem, quod est sensibile comune, & per nos idem est, quod quantitas; & de hac etiam iste pro- batur.

Si Magnitudo producit proprias species, vel eisdem causis pro omniis sensibus, quos immutare, vel diversas non primus, quia eadem species nequit plures sensus immutare, sicut n. quilibet sensus proprium habet modum ope- randi, ita proprium postulari mol- turom ab alijs distinctum, alioquin diceretur postquam omnes species se- sensibiles esse eisdem rationis. Tunc quia unusquisq; sensus habet pro- prium, & adaequatum obiectum, sub se comprehensis omnia sensibi- lia ab illo sensa, extra quod sensus vagari nequit, cum ab illo specifi- cari debeat, ergo determinatum modum habere debet, quo immu- teretur. Neque secundum, si quidem quolibet sensibile sicut determinata habet entitatem. Ita quoque determinata immutat speciem.

Tum

Tum quia sequentes posse dicuntur, sicut dixerunt, eadem species sensibiliis proprijs natura sit representare sensibilia mouentes, quod tamē suum obiectum cum omnibus affectionibus tam proprijs, quam communibus; nam sicut ista sensibilitas proprium sensibile comitantur, quod minquam sine ipsis reperitur, ita dicendum merit species esse talis natura, ut representaret non solum obiectum, sed etiam omnes affectiones ipsum comitantes. Unde ad veritatem harum affectionum variatur quoq; species ipsa, vel partialiter, vel totaliter, ut infra. Numerus vero representatur non propynam speciem, sed per plures, sicut n. non est nisi plures unitates aggregatae, sic nisi a pluribus speciesbus representari potest.

Dices, Species nata est representare obiectum a quo producitur, ergo species coloris solarii colora a quo gigantur representantibus non quantitatem, & quod species non representare habet obiectum solitarii sumptum, sed etiam omnes affectiones sensibilium illius, ut sunt sensibilia communia, ideo nihil.

Ob. Quantitas distinguitur realiter a colore, & magis quam tonu, ergo si eadem species representare nequit colorem, & tonum, minus minus colorem, & quantitatem, & ratiō magis quia species est eiusdem speciei cum representata, non potest autem idem esse eiudicatio rationis cum rebus diversorum pradicamentorum. Q. neg. patet, quamvis n. in esse ratiō magis disteat color, & quāritas, quā-

color, & sonus, attamen in esse sci-
bili non ita se habent, nam color,
& sonus, se habent ut duo obiecta
omnino disparata, quantitas autem
se habet ut conditio, & affectio co-
loris, quatenus est sensibilis. Vnde
Argumentum urget Thomistus, qui
voluit speciem esse omnino forma-
liter eiusdem rationis cum obiecto.

Ob. Ex hac sent. sequeretur nul-
lam esse differentiam inter sensibi-
le commune, & sensibile per acci-
dens, qualis est substantia, vel rela-
tio, nam etiam hæc per speciem
sensibilis proprij cognoscuntur. Pz.
neg. sequelam, nam adhuc magna
remanet disparitas, sensibile n. p
accid. nec mouet potentiam, nec
terminat actum sensationis, neq; se
solo, neq; cum alio, sensibile vero
commune terminat actum, & mo-
uet potentiam, licet non se solo, sed
unitum cum sensibili proprio, si
quidem vere sèlus obiecti magni-
tudinem attingit, non autem sub-
stantiam, vel relationem, ut ex Doct.
colligitur in 2. d. 9. q. 2. lit. T.

Ob. Aut sensibile commune
causat aliquid distinctum à specie
sensibilis proprij, vel nihil, si pri-
mum, ergo speciem; si secundum
ergo non per se percipitur, sed per
accidens. Pz. sensibile commune,
sicut cum proprio, & ab eo depen-
denter causare eamdem speciem
proprij sensibilis, non distinctam,
quasi partialiter; vel si actionem
partialem nō habeat, & nihil cau-
set, non ex hoc dici poterit non es-
se sensibile per se, nam sensibile

propter ex se causas speciem re-
presentantem se ipsam cum omni-
bus conditionibus, qua ratione
sensibilis communia per se sensi-
bilia dici poterunt, quatenus verò
actum sensationis terminant.

Ob. Sensibile commune percipi-
potest, non cognito proprio sen-
sibili, ergo sensibile commune pro-
priam habet speciem, pater cōseq.
nā cognitio illa fieret per speciem,
& non sensibilis proprij, quia non
cognoscitur, ut supponitur, ergo
per speciem sensibilis communis
anteced. pr. nam à longe video
magnitudinem, & non colo-
rem corporis. Tum quia si quis
propè Cœlum existens manu illud
tangeret, non tangibilem qualita-
tem attingerer, cuius illud corpus
non est capax, cum pellegrinis im-
pressionibus careat, ergo sola m-
quantitatem, nam impediretur ne
diutius procederet, in modo compri-
meretur, & dolorem sentire, si
Cœli solidi essent.

Pz. ad 1. neg. antec. cum sua
prob. tunc n. etiam cognoscetur
alios color, licet imperfectè prop-
ter distantiam. Ad aliud Rr. Subtilis. in 4.d.49.q.13. ad 1. princip. in
casu non immutaretur manus ali-
qua tangibili qualitate intentiona-
liter, sed solum tangere diceretur,
quatenus Cœli penetrationi resi-
steret, ex qua resistētia presentiam
quantitatis argueremus, & posset
propter compressionem manus a-
liquis dolor causari, at non à ma-
gnitudine, sed à Cœli soliditate.

Ob.

Ob. Arriag. latet & bicatio per illius actus. **Antec.** claret experientia, siquidem in parte sensitiva, habetur memoria præteriorum, etiam in brutis, conseq. patet, si quidem ad actum cognitionis exigitur concursus potentiarum, & obiecti, vel alterius gerentis vicem illius, at obiectum proximum recordationis quod est actus præteritus externus nequit ad recordationem concurrere, quia non est in se praesens, aliter non esset recordatio præteriti, ut sic, sed presentis, ergo species illius concurredit, ac proinde erit propriæ speciei productus, nec alia causa magis proportionata, quod actus ipse assignari poterit. Neque potest hoc P. Liuius negare, cum sit doctrina communis, & ad mentem Scotti, & si obiectum potest esse causa totalis speciei externæ, cur hoc non poterit efficere sensus externus respectu speciei internæ, cum semper huiusmodi species adhuc sensibiles, & materiales remaneant, ut ipsemet fateretur ibi in probatione lux conclusionis, post verba Scotti immediatè? nō igitur bene colliguntur, quod eodem modo, quo species intelligibiles sunt ab intellectu agente simul cum phantasmatibus, eodem modo fieri debeant species sensibiles, cum istæ semper intra sphæram materialitatis contingantur, non autem illæ.

Quarto dubitatur, an actus sensitivæ externi proprias producant species in sensibus internis, responso communis est affirmativa, & docetur à Scott. in 3. d. 14. q. 3. & in 4. d. 45. q. 3. art. primo, ideo

Conclusio Quarta.

Dicimus 4. cum Subtilis. Actus sensitivæ exterorum potentiarum producere species in sensibus internis. Pr. ex actu recordationis, qui terminatur ad actum externum, ut præteritum, ut infra dicimus, ergo accessio erit in nobis species impressa

Dices, Cognitio est actio immaterialis, ergo non poterit esse producens alterius distincti. **Pz.** Cogni-

rio est actio immaterialis tantum, grammaticaliter, ideoque non habet pro termino atiam cognitionem, potest tamen esse causa efficiens speciei, ideo nihil.

Est adhuc difficultas alius, momenti, de speciebus inter his obiectorum ad extra a quo producantur, experimentum, n. quod in sensu interno non solum dantur species actuum exterorum, sed etiam rerum ad extra, ut in somnijs patet, quae species cum sint alterius rationis ab externis, sicut & potentia sine etiam alterius rationis, diversum quoque actum, & operandi modum habebunt, merito rigitur questione, a quo species istae causentur, & non ab ipso sensu interno, quia per nos ex dictis non datur seclus agens, a quo ergo gravantur?

Relatis aliiorum placitis, quae non pauca sunt, sent. aliquorum Scotistarum probabiliorum sequuntur, qui docent speciem in sensu interno causari tam ab extra sensationis, quam a specie externa, & quidam quod actus sensationis concordat patet iam ex modo dicens, quod si illam species externam sit causa partialis, inde patet, quia obiectum debet habere concordiam aliquem, saltem mediatum ad cognitionem internam per aliquid, quod gerat vicem illius, hoc autem potius erit species impressa, quam actus, quia species se habet velut scilicet obiecti. Si tamen tenetur, concludunt prefati Scotisti quod species inter-

na non sint perfectiores obiectis, quatenus ex eo, qd dicantur spiritualiores, & immaterialiores, nunc colligitur in eis maior perfectio, cum adhuc sint intra sphera materialitatis, sed soli quod sunt materialis entitatis, & magis intentionales, quod potius imperfectione arguit, rursum sustineri posset species externas esse causas totales specierum internarum, licet cum ad uertentia potentia sensitiva exteris, tamquam conditione sine qua non, quae doctrina est contra Lumen &c.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

De Divisibilitate, Intensione, Conseruatione, at destructione specierum.

Sicut de his omnibus sparsim. S agit scilicet in implicito, & video re est in locis citandis. Dubitant recentiores quomodo species ab obiecto producantur, an s. f. divisibiliter, vel indivisibiliter, & an de subiecto materiali, & extenso evocantur, cui etiam inheret intus, sicut sunt alia actudaria materialia, quae ad divisionem subiecti dividantur; in hoc sensu non agitatur praesens questionis. Atia vero divisibilias, & indivisibilias, quae in speciebus assignari solet, dicitur obiectiva, & in representando; ut pura si species ita obiectum representat, ut tota representet totum, & qualibet pars etiam totum obiectum, & quamlibet eius partem, dicitur indivisibilis in re-

pre-

presentando, & obiectuè; ac proinde obiectum illam producet indiuisibiliter, nempe totum obiectum totam speciem efficiet, & singulæ partes obiecti totam speciem, & qualibet pars produceat speciem nos solùm sui repræsentatiuam sed totius obiecti, & omnium eius partium; Si autem species repræsentet ita totum, ut tota repræsentet totum, & pars partem V.G. videatur album palmarum per speciem, cuius una pars repræsentet dimidiatum partem palmi, altera vero alteram, dicitur diuisibilitas in repræsentando, & obiectuè, & obiectum illam producet diuisibiliter, s.i. totum obiectum, totam speciem, & qualibet pars obiecti propriam partem speciei repræsentatiuam tantum sui ipsius; & in hoc sensu agitur quantum, ex eius decisione explicatur prima, & secunda particula articuli.

Prima s.c. affirmat species indiuisibiliter ab obiecto produci, ac indiuisibilis esse in repræsentando, ita Conimbr. 2. de An. c. 6. q. 2. art. 2. Tolet. 2. de An. q. 34. Bannez, Averz. & Alij. Secunda vero negat, ita Rau. 2. de An. træ. de obiec. & specieb. sensib. q. 8. Suar. Hurt. Arriag. Cavellus. ex nostris disp. 2. de an. lcc. 34. & Alij.

¹ Sicutus cum hoc 2. sent. s.f. species diuisibiliter ab obiecto produci. colligitur euidenter ex nostris principijs, & Pr. primo de obiecto etherogeno, & dissimilari ex colorib. valde diversis constante; Non n. po-

test albedo V.G. nigredo, aut rufedo ab eadem specie repræsentari, quia sunt species prorsus diuersæ, & distinctæ, sed idem obiectum s.i. Imago potest ex istis coloribus efformari, ergo non potest per unam speciem repræsentari. Rr. Aueria concedendo hoc de obiectis totalibus, & distinctis, at quando vnum totale integrant, posse ab eadem repræsentari, sicut eadem est visio, qua videntur. ratio est ait ipse, quia terminatio visionis, & speciei est ab eodē totali obiecto, non a partiali. Non valet, ut bene urgunt Bell. & Mastr. Nam magis differunt album, & nigrum vnitam, & continuata, quam duo alba disiuncta, sed hæc diuersis speciebus repræsentantur, ergo & illa. Tum quia quando album, & nigrum, sunt distinctæ causant species non solùm distinctas, sed etiam alterius rationis, cuius ratio est, quia ratione formales causandi, quas sunt propriæ effentiaz, & quiddatas albi, & nigri sūt alterius rationis, & specificè differunt, ergo quādo sunt continuata, & vnitæ diuersas quoq; species causat; non eamdem. Pr. conseq. per hæc n. vniuersum non variatur rationes formales illorum, & albo accidit, quod nigro vniatur, ergo si quod est de per se in causatione speciei permanet idem, nempe quidditas, & solùm variatur quod est de per accidens. s.i. vno, vel separabilitas, sequitur, quod album, & nigrum, semper easdem species causabunt;

sic

Sed vna sunt, sive disiuncta. Quibus etiam rationibus ostenditur, huc obiecta non videri vna visio: ne sed pluribus. Quod Averla addidit determinatione ab obiecto totali proveniente, concedimus cum relatis Scotis, sed argamus duos colores differentes specie vnum totale obiectum integrare, si quidem sunt duo obiecta totalia per se, & solam partialia per ac-cidens.

Pr. 2. de obiecto homogeneo, si diuersam haberet figuram, sicutum, &c. ut est statua marmorea, species in: representant caput, nequit brachium, vel pedem representare, cum sint alterius figurae; & sicut si essent distincta, distinctas etiam species causarent, similiter quando sunt vna, alias, & alias speciem producent. Hoc etiam ostenditur de partibus penitus simili-ribus ex eo, quia sicut qualibet di-ffinctam numero habet entitatem ab alia, licet vna & per hanc vniōnem non transirent totaliter in vnam simplicem entitatem, sed proprias entitates teneant, quaro vna non est alia, ita etiam diuersas species saltē partialiter causabunt, etiam species soluta representante habent res, à quibus significantur.

Pr. 3. vniuersaliter: Sit obiectum quatuor palmariæ, & detegatur primus illius palmus, tunc species producta in medio non represe-
nit nisi primum palnum, dete-
gatur deinde secundus palmus, vel
sic producitur noua pars speciei,

repräsentans secundum palnum & habetur intentum; vel prima species iauariata, quæ prius repre-
sentabat unum palnum, repre-
sentat postea & trumque, at hoc est fal-
sum, quia vel hæc species depen-
deret in esse à secundo palmo, &
sic idem effectus naturaliter simul
à pluribus causis totalibus depen-
deret, quod est falso ex dictis in
Phyl. vel non dependere ab illo,
ergo neque illum representaret, si
quidem species est representativa
illius obiecti tantum à quo pon-
tur, & dependet in esse, alioquin
inferendum est speciem exiguita-
pidis posse totum mundum repre-
sentare; vel tandem fieret alia no-
ua species de novo representans
etrumque palnum, priori destru-
cta, quod enet Averla, & hoc est
etiam falso, quia tales species se
haberent vt plura indivisiibilia, que
non possunt successivè, & cōtinuè
acquiri vt in lib. de Gen. ostendi-
mus, probando quod partes qual-
titatis non sunt etherogenæ, quia
alteratio non posset esse conti-
nuæ. Ex his sequitur, vt bene ad-
vertunt etiati Scotistæ ibidem nu-
88. quod cum qualibet pars respe-
ctu speciei se habeat, vt agès pror-
sus dependens ab alia compare, &
& agens quodlibet in agendo agat
in medium sphæricè, quando non
est impeditum ex Doct. in 2.d.13.
q. vn. ad 3. & q.8. de an. in quolibet
puncto medijs qualibet obiecti
pars producet propriam speciem,
ita vt in qualibet punto, sint spe-
cies

gies omnium partium obiecti; dū solo producitur, ut omnes sumi-
modo ab illis partib. ad illud pun-
ctum duci possit linea recta, quod
experiens patet, quia in quolibet
puncto medij, non una sola pars,
sed omnes partes obiecti videntur;
quæ species vniuntur inter se, si
partes representatae sunt unitæ, ut
est album palmare, ac vnam spe-
ciem totalem efficiunt. Si vero o-
biecta representatae sunt distinctæ,
etiam species istæ licet in eodem
puncto medij existant, erunt ad-
huc dilatæ, & ratio est, quia spe-
cies nos solum representare habet
obiectum quod ad entitatem, sed
etiam quod ad omnes conditiones
sensibiles, inter quas est numerus,
& figura, ac proinde si obiecta sunt
duo numero distinctæ, & diversæ
figuras habent, easdem conditio-
nes debent species representare.
Idemque proportionaliter de sen-
satione dicendum erit, quod nimi-
rum in qualibet parte pupillæ si-
cuit sunt omnes partes speciei par-
tium obiectorum, ita quoque sunt
partes sensationis representantes
omnes partes obiecti, qualibet n.
pars pupillæ sufficiens est ad obie-
ctum videntem; quæ sensations
partiales vniuntur inter se, vel di-
scerter remanent, ut de speciebus
diximus; vnde etiam legitur, quod
si una pars obiecti auferretur, etiā
una pars speciei tolleretur, & pars
sensationis illi correspondens, alijs
tamen remanentibus.

Objections.

Ob. Lumen in medio ita à lumi-

noso coniungantur ad illu-
minandum per modum unius agé-
tis, ita ut totum lumen productum,
& qualibet eius pars à toto lumi-
noso dependeat, & à qualibet eius
parte, & non hæc pars luminis ab
hac parte luminosi, & tamen in-
tent. Doct. lumen est species lucis-
ergo, &c. **R.** neg. assump. & pater
experiens, si quis n. vitrum ali-
quod coloratum apponere me-
dictati candelæ, una pars luminis
appareret colorata, quod non es-
set si species illa indivisiibilis: effec-
& totum lumen à qualibet parte
dependerer; & licet ignis, & alia
agètia naturalia per modum unius
agentis suos effectus producant,
non tamē ita le habet obiectum in
ordine ad speciem, cuius ratio est,
quia alii effectus habent solum ra-
tionē effectus, idcirco virtualiter
cōtinentur in qualibet causa dum-
modo sive eiusdem rationis. **V.G.**
quia calor est ab igne producibi-
lis, virtualiter continetur in qualibet
igne, ideoque ipsius producio-
nem potest toti igni, & cuilibet
parri ignis; species autem non so-
lum habet rationem effectus, sed
etiam imaginis; vndē quia Imago
nō solum determinatur ad causam
in specie, sed etiam in individuo,
quatenus representare habet obie-
ctum cum omnibus conditionibus
individuatis, & sensibilius, nō
continetur virtualiter nisi in tali
determinato individuo, quare
species representans vnam partem

Ecc obie-

obiecti, non nisi in illa virtualiter bēt pars totalis obiecti per lineam rectam potest speciem immittere, quia omnes figuram pyramidalem conficiunt integraliter, non autem intelligendum est, quod una simplex species indivisiibilis ad modum pyramidis ab obiecto projiciatur.

Dices, ratio producēdi speciem sensibilem non est singulatitas, sed natura, quia in omnibus partibus obiecti homogenei reperitur, ergo species virtualiter continetur in qualibet parte obiecti. *gr. negan.*
cōseq. licet n. natura sit ratio formalis producendi, singularitas tamen est conditio agentis, & ratio cognita saltē confusè, quod facies est, ut pars speciei representans hanc partem obiecti, nō sit ab alia compare producibilis, nam s̄pē ad variationem aliquins conditio-
nis, actio quoque variatur.

Ob. Non videntur capibile, ut in exigua pupilla, & in uno pūcto me-
dij eae partes speciei reperiāntur, quia sunt in excello monte, immo in toto nostro Cœli emisphero, ergo rationabilius afferendum quālibet partē esse representatiuam totius obiecti, & cuiuslibet partis eiusdem. *gr. esse hoc incapibile rustico, non Philosopho, qui bone percipere, potest species ad indicē compenetrari, ac proinde non conficeret molem, ut de sensibus intereis patet.* Ad illud, quod Prospectui do-
cent, & habet etiam Scot. in 4. d.
10. q. 9. quod visio, vel species, pro-
ductio sit ad modum pyramidis,
cuius basis est in superficie obiec-
ti, conus autem in quovis punto medij, siue in centro oculi, in quo-
vis spatio medij existēte, hoc intel-
ligi debet de obiecto totali, qua-
tenus in eodem centro oculi quat-

que omnes figuram pyramidalem conficiunt integraliter, non autem intelligendum est, quod una simplex species indivisiibilis ad modum pyramidis ab obiecto projiciatur. Ob. Si species sunt diuisibiles, ergo deberent educi de potentia materiæ, ad quam educationē præ-
requiritur prævia alteratio, & ita non fierent in instanti. *gr. conce-
dendo primam sequelam, & fal-
sum est, quod ad educationem sem-
per requiratur prævia alteratio,
quia non semper formæ habent
contrarium, sed possunt in instanti
educi absque prævia alteratione,
ut de lumine patet.*

Ob. Tandem, quod saltem sen-
satio non erit diuisibilis, siquidem possunt omnes species per modum unius comprincipij concurrere ad unam visionem representatiuam, omnium obiectorum, quorum illæ sunt species, in sensu, n. interno sit una cognitione per plures species, ut cum elicatur cōceptus montis au-
rei per speciem montis, & auræ; &
in intellectu per plures species plurium obiectorum sit una co-
gnitio, ut cum singimus ens ratio-
nis, &c. *gr. hoc arg. totum conce-
di posse de potentijs internis, qua-
tenus ipsarum actus sūt magis ab-
stracti, non de sensibus externis,
qui sunt magis materiales, & im-
mediatè obiecta respiciunt pro se
sunt à parte rei, sic n. non nisi di-
versis actibus illa percipiuntur, ita
com.*

communiter, licet Dandio, oppositum doceat. Hoc etiam conceditur de intellectu, cum n. sit perfectior, & potentia spiritualis, bene potest unico actu ad plura tendere, quam sensus, nam pluribus intentus minor est ad singula sensus; cum quo ramus fiat, quod adhuc potest sensus plura cognoscere per modum plurium, simul n. videamus album, & nigrum, & diversos sonos audimus, & differentias inter illos percipientes &c.

Ex his deduci potest resolutio intentionis specierum, quod erat secundum in art. propositorum, ad quod breviter respondemus species esse intensiuē diuisibiles ad proportionem obiectorum, quaz representant. ita quod si V.G. albedo est intensa, ut quatuor, producit speciem representatiuam sui ut quatuor, si deinde albedo intendetur successiuē, etiā species intenseretur per acquisitionē novorum graduum intentionis, ut de qualitatibus diximus in libr. de Gener. & hoc experientia comprobatur, potentia n. percipit intentionem, & remissionem obiecti, ergo etiam speciem intensam, vel remissam, proportionaliter. Tum quia si extensio in obiecto facit divisionem extensiuam in specie, ergo intention obiecti etiam diuisione intensiuam in specie causabit. Vbi est etiam notandum, quod obiectum speciem pducit in medio uniformiter disformiter, aliter posset in infinitum speciem sui causare, si

uniformiter semper illā produceat, vnde experimur potentiā perfectius obiectū proximam peti- pere, quam remotum.

Tertium in Art. quaz sicutum quomodo i. Species in conseruari dependant ab obiectis communior sens. affirmat, nec momento quidem temporis in subiecto conlectari posse sine actuali dependencia ab obiecto, & praelatim hoc asserunt de visione, ita Conimb. Ruu. Suar. Arriag. Auerl. & alijs. Oppositum docet Valsq. i. p. dūp. 38. num. 9. Fonseca cum Alijs, quibus adherent Mastr. & Bell. loc. cit. concludentes. species sensibiles de sua ratione formalis non dependere in conseruari ab obiectis quaz proposicio sic in generali prolatā vera est, dancur n. aliquas species sensibiles, que non dependent in conseruari ab obiectis, sed diu permanere possunt, ergo de ratione formalis speciei sensibilis in communī ut sic, non est talis dependens conseruatio, patet consequē, quod n. superiori conuenit, conuenit etiam inferiori, ergo Antec. est evidens de speciebus sensibilibus internis, quaz etiam destrutis obiectis, dīq in memoria retinuntur, hinc præteriorum recordantur, ut Subtiliss. docet in a. d. 11. de speciebus externis; hoc etiam appareat, praelatim de speciebus soni, quaz secundum aliquos aliquantulum post sonum permanēti, quod etiam alii de odore hoc assertunt, species vero tactus, & gustus ab

ab obiectis in conseruari dependere videntur, sicut etiam species visibiles de quibus omnibus infra. Quia igitur quædam species in particulari dependent, quædam aliquantulum temporis durans, quædam verò diù conseruantur, propterea determinari non potest de sensibilibus in communi, de quibus est hic sermo an dependeāt ab obiectis in conseruari, an non, cùm hæc difficultas ad tractatum de specieb. in particulari spectet.

Quartū tandem in titulo Art. appositi, quomodo s. species corrūpātur, idem serè dicēdum, quod de habitib. diximus, loquendo de speciebus, quæ diù permanere possunt, vt sunt species internæ, estò n. non corrumpantur per species contrariorum, cùm species nō contrariēt inter se, sicut habitus oppositi, nam species albedinis compoffibilis est cum specie nigredinis, non tantum in medio, sed etiam in ipsa potentia, quotiā species non est eiusdem rationis cùm obiecto, Corrumpuntur tamen ad variationem subiecti si ut habitus, vt Scot. docet in 4. d. 45. q. 3. H. & in 1. d. 3. q. 6. N. Subiectum autem variari potest, vel quod ad entitatem, cùm per nutritiōnem restaurantur partes corporis, & priores perduntur, vel quod ad dispositiones, vnde Arist. in lib. de Mem. & Reminisc. cap. 1. docuit, quod senes, & pueri sunt male reminiscitui propter nimiam humorum abundantiam, vel propter aliquā aliam organi iiddi-

spositionē, aut lēctionē, ex qua varietate, maior, vel minor perfectio potentia memoriarum procedit.

Dices, Doct. loc. cit. in 1. dist. 3. &c. docet species sensitivæ deletri etiam per contrarium formaliter, ergo corruptur p̄t species oppositas. R. cūm Bargio ibidem, per ly contrarium formaliter non intelligere Scot. speciem aliquam formaliter oppositā alteri speciei, sed qualitatem aliquam, quæ formaliter contrarietur qualitati conservatiū speciei, qualis est dispositio in organo requisita. Si V. G. calor in manu existens produceret speciem sui in sensu tactus, posset hæc species destrui per frigus adveniens, quæ est qualitas formaliter calori opposita &c.

ARTICVLVS OCTAVVS.

De Muneribus specierum sensibilium,
vbi de actiuitate, & similitudine
ipsarum, & præstimentis spe-
cies sensibilis sit effectus
præsumus.

SCOT. in 2. sent. dist. 8. q. 2. lit. C. ait, speciem non concurrete actiū ad visionem, sed solum, vt ad effectum præsumum, ex quib. verbis Scotista ansam arriperunt dicendi, species sensibiles non habere actiuitatem circa externas sensationes, sed tam actiuitatem immediā è ab obiectis oriri. Titulus Art. duas habet partes; Prima an species sensibilis ad sensationis actum concurrat, supponendo ex dictis potentiam sensitivam concurrere; Secunda quomodo species obiec-

obiectum representat tamquam similitudo ipsius. Quò ad primam, quidam autumant speciem sensibilem nullum actuum concursum ad actum habere, sed tantum materialiter, vel in genere causa formalis, nempe disponendo, excitando, & determinando potentiam ad actum, ita qui idem de speciebus intelligibiliibus sustinent, vt Zabarell. lib. de sensu agente cap. 8. & 9. Tolet. 2. de an. qu. 12. & Iavel. 3. de an. qu. 4. Ceterum communis opinio tum Veterum, tum Recent. omnibus speciebus sensibilibus siue externis, siue internis partialem concedit activitatem ad sensationem, quam ex nostris amplectuntur Cael. q. 12. de an. & Smisinch. tract. 2. de Deo uno disput. 6. q. 1. media sentent. tenet species internas ad sensationem actiū cōcurrere, ad externas verò ut effectus praeios ab obiectis oriri, & est communis apud Scotistas, afferentes ad cognitionem intuituam non posse speciem concurrere, sed immediate obiectum, ita Tatar. 2. de An. q. 2. §. Secundò sciendum, &c. Bassol. qu. 1. Prol. artic. 2. Vulp. tom. 1. p. p. disp. 19. art. 2. Barg. in 1. d. 3. q. 6. ad 2. Princ. Liu. Rabalan. libr. 2. de an. disp. 4. qu. 2. fol. mihi 269. ad 1. obiectiōnem, & Alij.

Conclusio Prima.

Dicimus 1. probabilitus esse, species omnes tam internas, quam externas aetiuē ad sensationes concurrere. Est ad meōrem Scotti, ut infra patebit; &

Authoritas in principio Articuli allata, ad summum facit, Doctorem in hac re problematicum, vt Lychet. ibidem aduertit, magis tamen inclinare viderur ad actuitatem specierum. Sequuntur Bell. & Mastr. disp. 4. qu. 6. & quò ad primam partem, quòd s.l. species internaz concurrent actiū, clare deducitur ex D. Aug. 11. de Trinit. cap. 2. vbi vniuersaliter docet cognitionem ex cognoscente, & cognito gigni, ergo si potentia non est totalis causa cognitionis, sed etiam obiectum concurrens, debet, & in sensibus internis non potest obiectum agere immediatè, sequitur non obiecta immediatè, sed eorum species ad sensations concurrere. Confirmatur ex hoc 2. iex. 19. & 60. vbi Aist. ait, potentiam non esse causam totalem, sed obiectum visibile, & audibile actiū ad actus concurrens, ergo idem de sensibus internis alerendum erit. ●

Pr. adhuc ratione, nam certum est nudam potentiam nō esse principium sufficiens, & cōpletum ad actum eliciendum, sed etiam requiri obiectiōnem concursum, vel immediatum, vel saltē mediatum per speciem, vt etiam Aduerlarij concedunt, aliter posset potentia quodcumque obiectum, siue praefens, siue absens percipere, sed hoc est fallum, ergo & id vnde sequitur, sublumitur argum. At hic cōcursus ponī debet effectuas, similitudo n. semper arguit causalitatem,

debet, qui a genere inservient affimilare sibi esse omnia, hinc filius, quia quandoque affimilatur matre, ponitur ab illa actiuè produci, cum igitur in sensationis actu inueniat, ut peculiaris ratio correspondens non solùm potentiaz, qualis est visuæ, sed etiam obiecto, quæ est similitudo in representando, ex hoc rectè infertur potentiam, & obiectum simul ad cognitionem, & actiuè concurrere. Si autem species solùm concurreret disponendo, excitando, & determinando posseantam ad actuū, tunc se habebet potius ut conditio sine qua non, quæ cum non sit ratio affimilandi, non bene argueretur ab effectu causalitas utriusque principij sensatione.

Secunda pars de specie externa à me probatur: Videtur in speculo res a tergo existentes, ad quam visionem non potest obiectum immediate concurrere, ergo species reflexa est quæ agit. Idem patet de tono, qui neguit nisi per speciem concurrere ad auditum, quando non sit auditus, tonus non adest secundum aliquos, sed solùm species soni in medio usque ad potentiam multiplicata, que sent, sicutem versus est in sent. Doct. qui tenet species posse videri, & audiri, ac prouide iam actuitatem habebunt producendi sensationem propriam tamquam obiectum, ergo non se habent solùm ut effectus præuij. Tum quæ huiusmodi species superflua essent, nec aliqua ratio addu-

ciposset, cur ab obiecto producatur, nam quod aliqui dicunt, speciem determinare potentiam, excitatorem, ac disponere nihil ei suffragatur, siquidem sola obiecti præalentia sufficiet, si ut hæc sola latitudo est, ut intellectus intuituè obiectum sine specie cognoscatur. Si dicant prærequiri, ut speciem in sensibus intergis producat, hoc est prorsus superfluum censetur, quia dici posset obiectum sensatione media species internas causare, quævis, n. nequirit obiectum inmediate agere in sensibus internos, poterit tamen sensatione media.

Deinde Bell. & Maistr. multa loca Doct. afferunt, quibus videtur actuitatem in speciebus supponere, sed quia facile possunt ab Adversarijs glostari, relinquisimus. & ad authoritatem in a. d. 9. o. 2. ubi Scot. ait: speciem non concurreat actiuè ad visionem, sed solùm, ut effectum præium glosant relati DD. tunc loqui in sent. aliorum, vel tenendum est cum Lych. in hac sent. Scot. fuisse problematicum.

Sed contra hanc positionem instari potest, quia cognitione exteriores sensuum est intuitiva, de cuius ratione est, quod producatur ab obiecto existente, ut existens est, & in se præsens, ergo species non concurredit ad sensationis actuū, sed immediate obiectum, qua ratione in cognitione intuitiva intellectuali, species solùm concurredit, ut effectus præuij, non ut concauila, sed de hac difficultate agemus infra,

infra, vbi etiam de differentia inter cognitionem abstractiuam, & intuitiuam. & Pro modo breviter dicimus, quod ideo speciem intelligibilem tamquam causam intuiti- uaz cognitionis respuimus, eo qz species intelligibilis est permanens, ac consequenter memoriz intelle- & iuxta inferuit, ideoq; ab obiecto vt effectus praeius causator, species autem sensibilis externa rapit transit, quia ab obiecto in fieri, & conseruari pedit, atq; ideo nequit memoriz inseruire, hinc si non effet causa cognitionis externez, effet omnino superflua.

Quantum ad similitudinem ob- jecti, triplex similitudo à Recettio-ribus distinguitur, nempe formalis virtualis & obiectiva. Formalis si- militudo est, quæ obiectum repre- sentat ad modum imaginis, sicut se habet actus cognitionis; Virtua- lis consistit, quod sit quasi semen obiecti, & virtus productiva illius, quod formaliter representat obie- ctem, sicut ars pictoria V. G. dici potest virtualis similitudo homini- nis, quia est virtus productiva ima- ginis formaliter representatis ho- minem; Obiectiva tandem illa di- citur, quæ se habet ut medium co- gnitum, & est imago alicuius rei, quæ prius cognita in cognitionem pro hotypti ducit, ut est imago Pe- tri in tabella depicti. Quoniam, igitur species est obiecti simili- tu, quia obiecta representare ha- bet, recte queritur, an sit similitu- do obiectiva, id est quod prius de-

beat à potentia cognosci, & deinde manduat in obiecti notitiam; vel si non se habet ut medium co- gnitum, sed ut ratio cognosceas, an sit ratio formaliter representata, ut verò virtualiter tantum?

Aliqui Nominales cum Greg. Maior. Duran. putant speciem ob- jectivæ representare obiectū, qua- tenus s. est medium Quid immedi- atè terminans actum sensationis, qua apprehensa, deinde sensus ob- jectum percipiat, ut in imagine euenit. Communis tamen opinio affirmat speciem esse solum ratio- nem Qua, sed adhuc Authores non conueniunt, nam Thomista cum D. Tho. 2. de An. lect. 6. & 3. c. Gent. cap. 49. art. 2. volunt esse similitudinem formalem, ita Com- plu. disp. 18. de An. q. 2. qui citat Caiet. Ferr. Bannez, Martinez & alios; Torrens tamen Recentiori cum Scoto, defendunt speciem esse solum similitudinem virtuale, pro quo sit

Conclusio Secunda.

Dicitur 2. cum Subtiliss. in 2. dist. 3. q. 5. N. & Quolib. 14. Gg. & seq. speciem non esse similitudinem Obiecti- uam, & medium Quid respectu obiecti, nec esse similitudinem formalem, in sen- su, quo Complut. loquuntur,

Pr. quod ad primam partem, spe- cies n. obiectiva non representat an obiectum sit propè, vel procul, nam intuens Petri imaginem, nun- quam percipiet, an Petrus sit pro- pè, vel distans, sed species sensibi- lis representat etiam distantiam.

Tum

Tum quia quando videmus albedinem in parte : non videmus speciem albedinis, quae est in oculo, vel aere, sed immediatè albedinem ipsam; Neq; obiectū sensus est species sensibilis, sed ipsa qualitas, quæ immediatè à sensu attingitur, ut color à visu, sonus ab auditu, odor ab olfactu, sapore à gusto, & calor à tactu. Si autem species esset medium Quod, ipsa ponit deberet obiectum sensus, quia ipsa primò, & per se attingeretur; sic à pari, quia per creaturas materiales in cognitionem ducuntur substantiarum abstractarum; obiectum motuum, per se nostri intellectus pro statu isto sunt creature materiales, non substantiae abstractæ. An autem species ipsa possit quandoque habere rationem obiecti, & per alias speciem cognosci, suo loco patebit.

Quod ad 2. partē de similitudine formalis, præmittimus cū Doct: ex quol. cit. & in e. dist. 35. in fine, non esse denegandum speciem dici posse formale representativum obiecti, sed quatenus distinguitur à medio Quod, siquidem istud dicitur continere virtualiter cognitionem illius, quod facit cognoscere, non formaliter, quia non se habet ut ratio cognoscendi, nec concurredit cum potentia, per exhibitionem propriæ entitatis, quæ exhibito requiritur ad genus causæ formalis, species autem, & actus se habent ut medium Quo, & dicuntur rationes formales cognoscendi respectu potentiarum, quam-

determinant, quia per exhibitionem propriæ entitatis concurredunt; Si autem species, & actus ad inuicem cōparentur, species potius dici debet similitudo virtualis obiecti, quam formalis, quia species pertinet ad actum primum, & obiectum constituit actu cognoscibile ex Subtiliss. Quol. cit. & in e. d. 3. q. 6. §, Ad Argum. in oppositum, &c. cognitio verò spectat ad actum secundum, obiectumque statuit actu cognitum, ac reddit potentiam formaliter cognoscentem, quod autem tale est in actu primo, & habitualiter, aprius dicitur tale virtualiter, sicut quod est tale in actu secundo, dicitur esse tale formaliter, ex quo sequitur, quod species dici potest similitudo formalis, & virtualis obiecti, formalis ad differētiā mediij Quod, & virtualis ad differētiā actus cognitionis, qui expressius, & actualius repræsentat obiectum. Potest esse exemplū de risibilitate, quæ si comparetur ad subiectum Quod, seu ad hominem, à quo emanat, dici potest principium formale ridendi, quia ipsa mediante, homo dicitur formaliter risibilis, si verò risibilitas formaliter comparetur ad risum, ut ad actum secundum, tunc risibilitas, dici debet principium virtuale respectu talis risus in actu, quia ipsum præcedit, ut causa suum effectum.

Ille autem modus loquendi Thomist. quod l. species sit eadem entitas obiecti sub modo essendi, non natu-

naturali, sed repräsentatiuo, est intollerabilis, ut diximus supra, probando speciem esse penitus alterius rationis ab obiecto. Tum quia ut benovrgent Aliq. Scotistæ si species esset eadem obiecti quidditas in esse repräsentatiuo, ad quid inde ponitur species expressa, seu actus secundus? quia iam sufficiet intelligeretur potentia constituta formaliter cognoscens obiectum. eiq. intentionaliter assimilata per speciem formaliter repräsentantem obiectum. At respódent Cöplur. quod licet species impressa sit eadem omnino natura obiecti, differunt tamen quod ad modum repräsentandi, nam impressa representat per modum habitus, & permanenter expressa verò per modum actus, & transéunter. Sed quid hæc responsio ad difficultatem præpositam? Tum quia ut bene arguunt Scotistæ perfectior est assimilatio permanens, quam transiens, hinc Visio beatifica ponitur actus semper permanens, ergo si species, & actus solum differunt, quia illa permanenter repräsentat, iste verò transéunter, illa erit isto perfectior, quod est falsum. Tum quia habitus & dispositio differunt ex hoc, quod est habere esse permanenter, & transéunter, & tamē non per hoc specie differunt, ergo si species impressa, & actus solum penes istos modos differunt, & in essentia, & quidditate cōueniunt, non distinguenter specie, quod falso est, quia actus est effectus.

speciei æquiuocus. Tum quia si intellectus, & Petrus fieret res intellecta, ergo idem Petrus bis fieret, primò per speciem impressam, secundò per speciem expressam. Rr. M. Jacob. Brun. q. 11. de an. art. 8. fol. mihi 388. concedendo, quod idem intellectus bis fieret, diuerso tamen modo, nam vao modo sit idem in actu primo per speciem impressam, & in actu secundo per speciem expressam.

Contra, nulla res facit se ipsam essentialiter, & quidditatem, ergo falsa responsio. Pr. antec. vel faciet se ipsum per generationem, vel per creationem, sed nullo modo, ergo &c. Pr. min. non per generationem, quia nulla res potest bis produci ex dictis in Phyl. & si posset bis produci, à quo. Agéte? forte à speciebus? & potest species producere Petrum quod ad suam quidditatem? Petrus constat corpore, & anima rationali, sed species nō potest animam rationalem constituere, ergo. Pr. mi. anima rationalis non potest creari nisi à Deo solo, sed species sive impressa, sive expressa non est Deus, ergo nequit animam rationalem creare. quomodo ergo Petrus intelligendo per speciem, sit bis Petrus? quomodo, qua ratione, quo sensu?

Dicent in esso repräsentatiuo, bene, sed hoc non est efficere essentiam, & quidditatem rei, sed rem repräsentare, sicut albedo, vel nigredo nō efficiunt essentiam Petri. sed ipsum album, vel nigrum.

Ff deno-

denominat, quæ sunt denominatio- quā imagines rerum, ergo species nes accidentales. Tam quia idem se habet ut medium cognitum. gr. Tutele&us permanens, species il- Arist. assimilasse species picturis, lae adlunt, & absunt; quomodo er- quatenus ambo repræsentant, non go intellecū itz species efficiunt, tamen quō ad modum repræsen- erit ne intellectus corruptibilis tandi, nam pictura est medium, millies ad præsētiā, & abfendā sp̄cierum? Etiam Petrus in Sc̄enā Quod, species verò medium Quo. primo repræsentat personam Re- Ob. Species dicitur vicaria, & gis, deinde personam serui. At ne- vicem gerens obiectū, ergo quod que Petrus bis producitur, neque Rex aliquis, vel seruus, sed solum ibi sit talium rerum repræsentatio, quod deinde illa sit artificialis, & in calo nostro fiat naturalis, parū interest, quia semper quō ad modum repræsentādi coincidunt; Ne- que n. quia parietem videndo, ip- sum repræsento, parietis quiddi- tatem constino, neque me ipsum parietem efficio, sed solum omnia hæc in esse repræsentatiuo intelii- guntar, quod est esse diminuens; secundum illum accidentale attri- butum à speciebus, quod est res repræsentare sicuti sunt. Et sicut dealbare, mouere, calefacere, non est res efficere, sed illas accidenta- les denominaciones obiectis tri- buere, quos afficiunt, idem de re- presentare, & cognoscere asseren- dum est, nisi velint species in tan- tū extollere, ut animam rationa- lē creare possint, quod solius Dei attributum est.

Obiectiones.

Ob. Contra primam partem ex Arist. libr. de memor. & reminisc. cap. 2. vbi docet in recōdatione nos cernere phantasmata, tam-

quā imagines rerum, ergo species se habet ut medium cognitum. gr. Arist. assimilasse species picturis, quatenus ambo repræsentant, non tamen quō ad modum repræsen- tandi, nam pictura est medium, Quod, species verò medium Quo. Ob. Species dicitur vicaria, & vicem gerens obiectū, ergo quod terminat aū cognitionis est species. gr. species dicitur vicaria obiectū quō ad cognitionem, nō quō ad terminationem; ideo nihil.

Sed Contra, A & sensationem re- quiritur obiectum præsens, sed in sensibus internis non est obiectum præsens, sed species repræsentans obiectum, ergo. gr. in co- gnitione abstractiuā terminum esse obiectum, non in se, sed ut in specie repræsentatum, ita Scotistæ communiter. Addit Mayron. in- 1. d. 3. q. 10. In cognitione intui- ua obiectum terminans est res in- se; at in abstractiuā, qualis ponitur cognitio sensitiva interna, est ipsū obiectum, ut præscindit ab esse extra, & ab esse intra; & hoc dicere intendunt Scotistæ, cū afferunt obiectum ut in specie relucens termi- nare cognitionem abstractiuā.

Contra 2. partem Ob. Thomistæ: Species est prædicta instituta ad repræsentandum obiectum, cūm habeat esse intentionale, ergo est formale repræsentatiuum, conseq- probatur, quia quod solum virtua- liter conuenit alicui, non est pri- cap. 2. vbi docet in recōdatione mun, quod ei conuenit; sed esse formatiæ tale, ratione cuius con- tinet

tinet virtualiter aliud, ut lux Solis est virtualiter calida, & quod primò ei competit, nō est esse virtualiter calidum, sed esse formaliter lucem, ratione cuius virtualiter continet calorem. *qz.* concedendo speciem esse primò institutam ad repräsentandum, & in hoc sensu dici posse similitudinem formalē, quia ut sic respicit potentiam, & est ratio cognoscendi, non eamen ex hoc deduci debet, quod sit omnino quidditas obiecti, ut ipsi prætendant.

Ob. Auth. Arist. 2. de an. text. 121. dicentis, sicut impressio an-nulo ferreo, vel aureo in cera ma-net effigies, & forma annuli sine materia auri, & ferri, ita obiectum sensibile immittit propriam speciem, quz est ipsius natura sine materia, ergo sicut effigies annuli est similitudo formalis, talis etiam erit species. Item ibidem text. 63. ait, potentiam per receptionem speciei fieri talem, quale est ipsum obiectum, quod esse non potest, nisi per similitudinem formalem. *qz.* *vng.* consequ. proportio. n. consi-stit. in hoc, quod species, & imago sunt similitudines in repräsentando, non quod sint prorsus eadem cum rebus repräsentatis, sicut nec imago impressa est eadem numero cum effigie annuli, cum una remaneat in cera, alia in auro. Ad aliud, ibi Arist. solum ait potentiam fieri similem obiecto per speciem in esse repräsentatio, ex quo non sequitur speciem esse omnino cā-

dem in natura, & quidditate cum obiecto, sicut nec cognitio lapidis licet repräsentet lapidem, est quiditas lapidis, alioquin sicut cognitio lapidis est essentialiter accidēs, sic essentia lapidis esset accid. & si-cut cognitio lapidis est essentialiter vitalis, sic etiam & quidditas lapidis. Cum Thomistæ dicūt speciem esse obiectum in esse repräsentatio, bene, sed hæc est cōditio dimi-nuens, vnde non valer infinita spe-cies lapidis est lapis in esse repräsentatio, ergo est lapis, sicut nec imago Petri, licet sic Petrus in re-präsentando, sequitur abfoliēt, qz sic Petrus; & reducitur ad fallaciā secundum quid ad simplicitet, ut Etiops est albus secundum deaces, ergo Etiops est albus.

Ob. Produçio verbi, & species expressa est quædam generatio vi-talis, nō simpliciter in creatis, pa-ti secundum esse naturale, sed se-cundum quid, & in esse repräsentatio, ergo debet esse in similitude-nem naturæ ad suum principium in esse repräsentatio, ergo species debet esse prorsus similis obiecto, hæc ultima consequ. patet, quia species expressa est similis obiecto, & tamen ab impressa imme-diately oritur, ergo debet esse omni-no eadem, & similis obiecto. *qz.* concedendo cognitionem produ-ci ab obiecto ut similem, non in-cessendo, sed in repräsentando. *X.* ut sic est similis obiecto, licet spe-cies impressa potius se habeat ut lemen, quam ut agens principale,

Ff 2 siquij.

siquidem cognitio magis obiecto assimilatur, quod exprimit, quam speciei, sicut filius est imago patris, non semenis.

Ob. Inter ea, quæ essentialiter differunt, nulla potest esse similitudo, sed potius dissimilitudo, at species dicitur omnino similis obiecto, ergo essentialiter, & quidam non differunt. *P. ex Subtiliss. in 2. d. 3. q. 9. L. concedendo maiorem in essendo, negando in representando, ideo nihil, talis ut similitudo solum infere proportionem representantis ad representatum, non identitatem quidam.*

Hinc concedimus nos, quod eadem res à parte rei habeat esse cognitum in potentia cognoscente, non tamen ex hoc inferri debet, quod cognitio, & species impressa sit eadem omnino res sicut sub diuerso modo essendi, immo potius hoc nobis fauet, nam res ut habet esse in potentia cognitiva dicitur conceptus obiectivus, qui est peritus distinctus à conceptu formalis, & à specie impressa, ergo res ut sic non erit species sine impressa, & sine expressa, sed aliquid ab ipsis representarum.

ARTICVLVS NONVS.

An sensus errat circa suum sensibile.
Sicut veritatem huius dubij appetit in 1. d. 3. q. 4. sub G. & D. circa quod tres referunt opiniones, Prima est Epicureorum, de qua meminit D. Aug. 8. de Ciuitate Dei cap. 2. assertum sensus ex-

ternos nunquam decipi, aut falli circa propria obiecta, quos etiam sequi videntur Albert. Magn. tr. & 3. cap. 3. & Appollinaris q. 1 3. Secunda huic directè opposita, fuit quorundam Academicorum, quos refere, & respuit etiam D. Aug. in trib. libris contra Academicos, affirmantium nihil certum esse in sensibus circa propria sensibilia, omnem fidem ab eis auferentium. Tertia, quæ inter ilias duas sententias mediare videtur est Arist. in hoc 2. docentis, sensus nunquam decipi circa propriæ sensibilitæ, si ad fine organa, & media debite deposita & ipsa facta applicata in debita distantia, aliquando verò errare, si aliqua ex predictis conditionib. defuerit; sic Thomista hic cap. 12. Simpl. ibidem, Iordan, & Alij, cù quibus est Do&. Subtil.

Pro cuius intelligentia noramus 1. quod omnis cognitio cum sit re præsens, & expressio obiecti, relationem quamdam fundat similitudinis, & conformitatis ad obiectum, & est quando illud exprimit sicuti est, quæ conformitas, & similitudo dicitur veritas cognitionis in representando ex dictis in logi. & hæc duplex est, una perfecta, & conuenit propriè iudicio intellectus, quod determinat de re aliqd cognoscitur, & iudicatur quod ei à parte rei conuenit; Alia imperfcta, & hæc potest cuitumq; cognitioni conuenire, etiam simplici apprehensioni, quatentis in cognitione ad obiectum, quadam conformitas,

finitas, & similitudo in representā-
do interuenit, nos. n̄ verē appre-
hendimus hominē esse animal ra-
tionale, verē albedinem videre &c.
quæ veritas potest dici simplex, &
incomplexa, ad differentiam veri-
tatis cōplexæ, & iudicatiūz. Fa-
litas quoq; duplex est, perfecta, &
imperfecta. Prima erit difformitas
iudicij, quo determinatè affirma-
mus quod non est, vel negamus qđ
est; Secunda est difformitas cuius-
cumq; cognitionis, qua res non
exprimitur sicut est in se, & de hat
in præsenti loquimur, an. s. sensus
possit decipi, & errare percipiēdo
sensibile alter ac sit in se.

Not. 2. ex Arist. hic tex. 63. sē-
sibilitia in duplice esse differēta. s.
alia per se, alia per accidentē. sensi-
bilitia per se, vt. supra diximus, sunt
quæ seipſi. & immediatè sensus
immutant, & influunt in effēctū
sensationis, vt color, & magnitu-
do respectu visus; & hæc sunt du-
plicia, nēm̄pē propria, quatenus
immutant vnicum tātum sensum,
vt color respectu visus, sonus res-
pectu auditus &c. & communia;
que à pluribus sēsibus percipi pos-
sunt; vt magnitudo, motus &c. Sē-
sibilitia verō per accidentē dicuntur
alia, que vel coniūguntur cum sen-
sibilitate per se, vel ratione alterius
sensus immutant, vt substātia, que
sentiuntur ratione accidentium.

Not. 3. ex Subtiliss. loc. cit. G.
& D. errorem posse contingere du-
pliciter. s. vel per apprehensionem
terminorum simplicium pro alijs,

vt albi pro nigro, viridis pro rubi-
eo, amari pro dulci. &c. & hic ap-
pellatur error incomplexus; Vel
concingere potest per compositio-
nem vnius cum aliquo; vel per di-
visionem vnius ab aliquo, aliter qā
sit in re, vt cūm dicimus mel esse
amarum, fel dulce, & talis. ceteror
dicitur cōplexus, seu iudicatiūs;
Primus error contingere potest tū
in intellectu, tūm in sensu; siue sit
interior, siue exterior, nam omnes
sunt potentia apprehensiōe sim-
plicium, seu terminorum, secundus
verō reperiri potest solūm in po-
tentia iudicatiūs, vt sunt intelles-
cūs, & sensus intercaus.

Not. 4. ex Doct. ibidem, quod
objectione sensus dupliciter consi-
derari potest uno modo in cōmu-
ni, vt vox quatenus est sonus, al-
bedo pro vt est color, dulcedo vt
sapor, & ita in sensu nunquam eō-
tingit error, nam apprendit quid-
quid sentit sub ratione sui obiecti
adiquati; Altero modo in particu-
lati, & secundum propriam natu-
ram, vt albedo, nigredo &c. vera-
les sunt, & sic interdum contingit
sensus circa proprium obiectum
errare, siquidem ex in dispositione
organis, vel medijs, vel ex indebita
distantia experimunt nos apprehe-
dere unum pro alio, vt amarum
pro dulci, fuscum pro albo &c.

Not. 5. ex codēm Subtiliss. ibi-
dem, posse illusionem in sensu ac-
cidere ex tripli capite, Primò ex
indispositione sensus, vel organi,
in quo recipi debent species obie-
ctorum,

ctorum, vnde ager male iudicat sci, ergo &c. Tum quia Fides est de sapore, & quandoque quod est dulce apprehendit ut amarum, & è contra; Secundò ex indispositione medijs, in quo species sensibili recipiuntur, qua de cœla manus viridis apparet cum lumen eam illustrans per vitrum virideum transfit; Tertiò ex indebita distantia obiecti, hinc oculus iudicat Cœlos esse coloratos, Iridem esse versicolorē, & similia, quæ tamen non ita se habent à parte rei, ac propterea decipiuntur. Ut igitur sensus non decipiatur circa proprium obiectū sensibile, prædictæ conditiones observandas sunt, alioquin aliqua ipsarum deficiente, in suis iudiciis errabat; & hoc innuit Arist. tex. 63. cum ait: *Dico autem proprium quidem, quod non contingit aliosensu sentiri, & circa quod non contingit decipi.* & tex. 161. inquit: *Sensus propriorum quidem est verus, aut quam paucissimum habens falso.* idest, si relate conditiones adhuc, non contingit sensum decipi circa proprium sensibile, si vero aliqua defuerit, sensus erit falsus, etiò hoc raro, & in paucis cœueriat. His habitis.

Conclusio Prima.

Dicimus primo, sensum non semper errare in actibus suis, quin verum percipiat, l. c. aliquando revera contingat errare. Est Scoti loc. citat. contra Academicos, & Epicureos. Pr. quod ad primam partem contra Academicos experientia n. constat quædam, ab omnibus quando non adest impedimentum, codem modo cognoscere.

Contra Epicureos Pr. etiam experientia, quod sensus interdum errat, & Scot. ostendit loc. citat. nam baculus in aqua, fractus appetet, infirmi dulcia gustant tanquam amara; per vitrum coloratum quis conspiciens, omnia videt illius coloris, res eminus perspectæ minores videantur; & si sunt quadratae, rotundaæ apparent &c. ubi sensus materialiter fallitur. Non tamen ex hoc capite debemus omnem fidem sensibus denegare, & omnem certam cognitionem, nam ut plurimum sensus non errant, & quando falluntur materialiter, saltum non errat formaliter s. respectu specierum sic representatiuum, possunt etiam per intellectum corrigi ex Doct. ibidem lit. G.

Conclusio Secunda.

Si sensibile proprium sumatur sub ratione communi, nunquam contingit error in sensu. Colligitur ex Doct. loc.

loc. cit. sub G. ex Arist. text. 63. vbiait: *Dico autem proprium, quod non contingit decipi, ut visus coloris, & auditus soni, & gustus saporis.* Sed color respectu vitius, sonus respectu auditus &c. sunt rationes communes sensibilium proprietatum huiusmodi sensuum, ergo in sentent. Arist. sensus non potest in his decipi, & errare. Pr. ratione. Potentia nequit exire limites proprii obiecti adaequati, sed sensibile proprium in communi consideratum est sub ratione obiecti adaequati, ergo circa tale obiectum potentia sensitiva non potest decipi.

Conclusio Tertia.

Dicimus 3. si relate conditiones in quinto Not. posse obseruentur, nequit sensus circa sensibile proprium, etiam in particulari consideratum errare. est Doct. ibidem. & Pr. quia tunc sequitur error in sensibus quando potentia est indisposita ex parte medijs, & obiecti, sed obseruatim prædictis conditionibus adeat perfecta dispositio in potentia, ergo &c. Tum quia nulla potentia decipiatur in suo naturali statu circa obiectum proprium, quod attingit ut est in se, & per propriam eius speciem; Sed sensus externus nisi impeditur perit attingere connaturaliter sensibile proprium per propriam eius speciem, & ut est in se, ergo ut sic, & absolute loquendo, nunquam circa illud decipiatur; Imo neq; per accid. sensus externus circa proprium sensibile decipiatur. Pr. *sensatio non est a se naturalis,*

sed intentionalis, hoc est, non necessariò tendit ad obiectum ad extra secundum esse entitatum, & phys. sed sufficit ut sit secundum esse intentionale, & sensibile, & quantum ab illo intentionaliter mouetur, sed sensus prout sic mouetur a sensibili proprio, & ad illud terminatur, non decipitur, ergo Pr. m. cùm n. oculus videt remum fractū in aqua, tunc remus est reuera fratus intentionaliter, licet non in esse naturali; sic etiam cùm oculus videt Mundum rubrum per rubea conspicilia, Mundus reuera ut rubeus representatur, ergo tunc sensus externus non decipitur. Tum quia non attinet ad sensum externum iudicare, & comparare esse intentionale obiecti cum esse quod habet obiectum in statu physico, & naturali, sed solùm sentire, sicut mouetur ab obiecto in illa specie, ergo licet obiectum aliquando appareat sensui aliter quam sic a parte rei, sensui tamen nunquam apparet aliter ac sibi representatur per speciem, ergo sensus iudicans de illo secundum quod sibi representatur, non fallitur, quia representatione naturalis est. Et quo deducitur, quod sensus externus circa sensibile proprium, & particularē nec per se, nec per accidens decipiatur; sed solùm dici potest, quod sensatio externa occasionaliter sit causa sensui interno, vel intellectui, ut circa tale sensibile decipiatur, existimando, quod obiectum sic in se, sicut in sensu exteriori representatur,

Oc:

Occurrit tamen hic quadam difficultas ex tex. 63. vbi Arist. do- cet, quod sensus circa sensibile proprium non decipitur, bene tamen circa sensibile commune, circa ip- multum Expositores laborant ut ostendant quomodo hoc verifice- tur, cum et quae sensus errare videa- tur tam circa sensibile commune, quam proprium, Si n. dicatur se- sum posse errare circa obiectum, proprium materiale, seu ut est a parte rei, non autem formale, & ut specie representatur; aut non possit errare circa proprium, dum modo non ad sint impedimenta assignata &c. hoc idem de sensibili communi dici poterit, nam etiam necessariò appenditur, ut et a specie representatur, & si omnia requisita adsint, neq; circa istud contingat error. Si dicatur non committi errorem circa proprium ingeneri, ut visus non errat circa colorem in communi, percipiendo quod non est color ac si esset color, nec auditus circa sonum, ut cognoscatur non sonum pro sono, falli tamen circa proprium in specie, accipiendo unam speciem pro alia; hoc est, quia nunquam contingit intelligere non sensibile commune pro sensibili, licet decipi possit in particulari s. accipiendo motum pro quiete, ut cum apprehendimus astra ut quiescentia, quae tamen mouentur, & è contra quietem pro motu, ut navingantibus euenit, quibus litus apparet moneri.

Mastr. & Bell. hic disp. 4. q. 7. Aduertunt pro resolutione, quod in duobus locis de hoc Arist. præfertim discurret, scilicet in 2. de Anim. tex. 63. & tex. 161. & utroque se clarissime explicat, in quo sensum loquatur, nam text. 63. ait sensum non decipi circa proprium sensibile, non tamen subiungit posse decipi circa sensibile commune, sed hoc est ab Expositoribus addi- proprium, & solùm afferit differen- tiam, quod circa proprium paratur contingit falli, circa commune sapiens. In priano loco igitur docet Aristot. sensum circa proprium obiectum non decipi quando de proprio in genere, qualis est color respedu vitis, sonus respectu au- ditus, sapor respectu gustus, &c. ait n. Dico autem proprium quidem quod non contingit alio sensu sentiri, & circa quod non contingit decipi, ut vi- sus coloris, & auditus soni, & gustus sa- poris, sed unusquisque indicat de his, & non decipitar, quod color sit, neq; quod sonus, sed quid sit coloratum, aut ubi, aut quid sonans, aut ubi. Deinde definiens commune sensibile ait: Com- munia autem motus, quies, numerus, figura, & magnitudo. Vbi non addit, quod circa illa contingit decipi, & beas, quia nequit error accidere circa sensibile commune in gene- re, sed solùm in specie, sicut de co- lore, sono &c. illa in. quinque sen- sibilia communia se habent ut spe- cies

cies sub sensibili communi, sicut ea magnitudinem, quietem, &c. albedo, & nigredo sub colore; omnia .n. illa quinque ad eundem attinent sensum, sicut species coloris ad visum.

In 2. loco docuit sensum pluries decipi circa sensibile commune, quam circa proprium, & quidem rationabiliter, interdum .n. non contingit errare circa proprium, sed solum circa commune, quod in astris est evidens, quz licet maxime distent, lucida tamen apparēt, que est sensibile proprium, sed cir-

que sunt sensibilia communia. Sic etiam nauigans non errat circa colorum littoris, sed circa quietem. Cuius ratio est, quia sensibile proprium mouet per propriam speciem, sensibile verò commune, per speciem sensibilis proprii, ac consequenter species fortius mouet pro sensibili proprio, quam pro communi, ac proinde faciliter decipitur sensus circa communem, ne, quam circa proprium, ita. Requare visus non errat circa lucem, lati Doctores.

DISPVTATIO VI.

DE POTENTIIS SENSITIVIS, ET EARVM OBJECTIS in particulari.

Potest tractatum de Potentiis sensitivis in communi, sequitur de eisdem in particulari discursus, nimirum de quinque sensibus in particulari, de Visu, Auditu, Olfactu, Gustu, & Tactu; qui omnes se habent veluti quinque portae, per quas objectis omnibus externis, speciebus sensibilibus mediantibus manifestus pateat aditus ad potentias sensitivas internas, & inde ad intellectuales. Verum, quia inter omnes sensus externos, Visus dignitas, ac utilitate alios præcellit, ab eo exordiri debemus, deinde per ordinem, quo in textu ab Arist. distribuuntur, premitendo aliqua ad numerum, & perfectionem ipsorum sensuum externorum spectantia.

ARTICVLVS PRIMVS.

*De Numero, & Perfectione Externo-
rum Sensuum.*

Scot. in lib. de An. q. 6. præter assignationem huius numeri, ab Aristot. assignati in 2. de An. à tex. 128. sic dilucrit, supponendo primò, quod omnis potentia cognitiva propriam elicit operatio-

nem, per quamdam assimilationē proprio obiecto, quod præstare nō potest, nisi ab alio immutetur per receptionem speciei, & à diuersis objectis, diuersæ species imprimūtur per diueratas mutationes in organis factas. Duplex autem est immutatio in genere, ait Scot. alia naturalis, qua forma recipitur in pālio

passio secundum esse reale, simile sensibile commune, ac proinde non
 formæ existenti in agente; alia intentionalis, sed animalis, qua forma recipitur non secundum esse reale, quod habet à parte rei, sed intentionale, quatenus s. l. species formæ recipitur in organo, qua potentia potens est sensationem elicere. Quo supposito, probat Subtiliss. numerum quinariū sensuum externorum ex diversitate immutacionis organi ab obiecto; Nam sensus aliquando immutatur intentionaliter tantum, aliquando vero etiam naturaliter; Si primum, sic est Visus, qui solùm species recipit ab obiecto, nec aliqua naturalis mutatio in visione interuenit; Si secundum, vel naturalis immutatio est ex parte obiecti, vel ex parte organi; Si primum, aut sic mediatis motu locali, & sic est Auditus, qui si à sono se multiplicante per aerem usque ad auditum, per motum localem; aut fit per motum alterationis, & est olfactus, siquidem odor evaporat ab obiecto mediante calefactionis. hinc in hieme vix odorabile corpus odoratur. Si vero immutatio est ex parte organi, vel si per eamdem qualitatem sensibilem, & sic est tactus, qui V. G. ab eodem calore, & naturaliter, & intentionaliter immutatur; vel rurum recipere possint, ut Doct. adgit per aliam qualitatem, & sic est gustus, qui naturaliter immutatur à qualitate tangibilis intentionaliter, vero à sapore. Secundum motum quantitatis non sit peculiaris mutatio, quia quantitas est

requirit proprium sensum. Quia igitur omne obiectum sensibile, quinque modis est organi sensus immutatum, sequitur quinque esse sensus exteriores, quæ sent, est communis tunc apud Philosophos, tunc apud Theologos; licet reuera neque haec ratio Scotti, neque illæ, quas Aristot. assert in tex. sint demonstratiæ, & repugnantiam ostendant non posse absolute alios sensus externos dari, ut benè D.D. aduertunt, nam & potentia Dei infinita est, & species rerum possibiles etiam infinitæ Sincategorematicè, tam in numero, quam in perfectione, unde solùm remanet, ut sint rationes probabiles.

Objectiones.

Ob. quod non sit necessitas tot sensuum externorum, siquidem unus est intellectus erga omne intelligibile, unus sensus communis circa omne sensibile, unica potentia motiva in omnibus membris, ergo unus sensus externus. R. neg. paritatem, nam quæ dispersa sunt in inferioribus, sunt in superioribus unita, & hoc maximè quia sensus externi organa specie distincta requirunt, ac determinatas dispositiones, ut diuersas species obiecto- intellectus, & sensus communis. Potentia motiva est eadem in omnibus membris, & unica operandi modum tantum habet.

Ob. quod sunt plura quinq; nam quan-

quantitas, figura &c. sunt pér se tactus percipiuntur, in hoc n. sensibilia, ergo habere debent propriae, & particulares sensus, cōseq. patet, quia magis differt magnitudo a colore, quam sonus à colore, nam sonus, & color sunt eiusdem prædicamenti, color vero, & magnitudo differunt prædicamento, ergo si sonus, & color diuersos expostulant sensus, multò magis color, & magnitudo. Tum quia unus sensus est tantum vius contrarietas, sed sensus tactus est plurium contrarietatum ex 2. de An. tex. 106. quia quatuor sunt primæ contrarietates, ergo tactus non est unus sensus, sed plures. *g.* cum Subtiliss. loc. cit. *neg.* conseq. nam licet magnitudo, & color magis differant in esse rei, quam color, & sonus; in esse tamen sensibili, & obiectivo-magis conuenient, quia quantitas est sensibile commune, sonus autem est sensibile proprium, quæ ab eadem potètia percipi possunt. Ad 2. responderet èr Duct. primas qualitates in esse sensibili conuenire in quodam genere innominato, quod posset vocari tangibilis qualitas, sicut omnes colores conueniunt in hoc genere visibilis qualitas in esse sensibili, de quo alibi.

Ob. fames, sitis, dolor, vuluntas, & similia sentiuntur, sed id non fit per aliquem sensum ex numeratis, ergo plura quinq;*g.* *citer.* Bell. & Mastr. si hæc omnia sumantur, p aetū sensitivæ appetitus, non sentiuntur per se sensu externo, si vero materialitez sumantur, sic sensa

sunt fames dicit compressionem stomachi prouenientem ex eo, quod venz vacuz alimentum è stomacho attrahere conatur. Dolor supponit laisionem corporis, quæ vel est separatio partium per sectionem, aut contrac^{tio}, aut dilatatio, quæ sit aut frigore, aut calore, cōpressione, vel disiunctione partium. Tristitia supponit contractionem cordis, vuluptas cordis dilatatione, vnde ratione horū actuū à sensibus externis percipi dicuntur.

Quantum ad perfectionem, scilicet nobilitatem horum sensuum, Quidem auditus preferunt, Alij tactus, ferè omnes visum, & quidē ratiocinabiliter, nam visus est obiectus nobilitatis, & vniuersalioris sicut è luxu, & color, nam lux etiam Cœlestibus corporibus conuenit, etq; omnia alia sensibili qualitate purior, simplicior, & immaterialior. Item auditus videndi est certior, quolibet aliо actu sensibili, ceteris partibus hinc obiecta visus fortius mouent phantasiam, & intellectum, ut in somniantibus patet, qui magis de rebus visis somniant, quam de aliis sensibus perceptis, & tandem, quia organum visus est ceteris sensorijs nobilitatis complexiovis.

Auditus ponitur secundo loco, qui vñillissimus est die, ac nocte, & vigilantibus, & dormientibus, possunt siquidem dormientes sonoperterriti se tueri, facit etiam hominem animal sociabile, nam in narratione, & auditione est societas;

& maximè iuuat ad sciētias acquirendas, siquidē quisq; nostrum indiget Doctore, ut pleniorē de reb. habeat cognitionē; imò sine hoc sensu nec posset homo Deū cognoscere, ciusque diuinam legē apprehendere, & similis bestijs omnino euaderet ex Arist. de sensu, & sensil. cap. 1.

Tactus est etiā nobilis propter suam communitatē, quatenus omni animali conuenit, cùm nullum sine eo xistere possit ex 3. de Ani. tex. 62. bonum autē quo cōmu- nius, eo præsentatius.

Gustus propria utilitate non caret, nam maximè ad cōseruatiōnē corporis inferuit.

Olfactus inter omnes sensus minimam habet necessitatē, minim. amq; confert utilitatē, quia odores ad vitam tuēdam necessarij nō sunt, tñō quia pluriōres sunt fēti di, quām grati odoris, potius tristitiam afferunt, quām oblectationem.

Si igitur nobilitatē attēdamus penes maiore, vel minore utilitatē, sic sensus gustus, & tactus sunt ceteris præferēdi, gustus .n. & tactus simpliciter necessarij sunt ad conservatiōnē animalis, quod sine aliis sensibus vivere pōt, non autē sine istis, qui proinde sensus necessitatis vacari solēt, ceteri vērō dicuntur sensus commoditatis, vltimum vērō locum, ut diximus tenet olfactus. Si autem nobilitas in gradu essendi cōsideratur, que est vera acceptio nobilitatis, sic visus est alijs p-

ferendus, sequitur auditus, deinde olfactus, postea gustus, vltimò tactus. ita cōmuniſ cum Arist. de sensu, & sensil. cap. 1.

Pr. hoc, tum Auth. D.Tho. 1. p. q. 78. art. 3. tum Scoti q. 6. de an. cit. sic discurrentium; sensus externi distinguuntur, & numerātur penes diuersas immutationes à sensibilibus externis, sed immutatio sensuum est quintuplex, scil. spirituallis tantum, nulla præsupposita immutatione naturali ex parte objecti, vel organi, & hēc pro visu. Spiritualis cum naturali secundum locum ex parte objecti soni, & hēc admittit mutationem, sed minorē, cùm motus localis sit primus motuum, & hēc pro auditu; Spirituallis cum naturali mutatione secundum alterationem ex parte objecti odoris, & hic intercedit major mutatione, si. n. tale objectum per calidum non alteratur, nō spirat odorem, & hēc pro olfactu; Spirituallis cum naturali mutatione ex parte organi, cum aliqua intentionalis mutatione, & hēc pro gustu, & tactu; gustus autem minorem mutationem naturalem in se admittit, quām tactus, nam ille immutatur à qualitate distincta à proprio objecto, ille vērō à proprio objecto.

ARTICVLVS SECVNDVS.

De organo, & objecto visus, & quibus conueniat.

S Cet. de his sparsim agit in 2. d. 3. q. 9. N. & in 4. d. 10. q. 9. & alibi. Pro articuli decisione.

Not.

Not. est primò breuitate ex Arist. lib. 1. de Historia animal. cap. 9. & 10. & lib. 5. de Gea. Animal. cap. 1. & communiter ex Anatomicis, quod organum potentia visus situm sit in oculis, quorum structuram considerantes, asserunt eos esse figuræ globosæ, aut rotundæ, & hoc ut aptiores ad motum reddantur, & capaciores ad tam magnarū rerum species recipiendas. eorum substantia constat ex septem muscularis, quinq; tuniciis, trib. humeribus, & duobus nervis. Primus muscularum alligat oculum capiti, secundus mouet oculum sursum, tertius deorsum, quartus dextorsum, quintus sinistrorsum, sextus semicircularis ex una parte, & septimus ex alia. Tunicae vero, humoræ, & nervi sic adaptantur; primò, in centro oculi reperitur quidam globus, cuius substantia est sicut cera tenera, coloris cristallini, & humor Cristallinus vocatur. Secundò, medietas huius globuli relipiens cerebrum immersa est in quodam alio humore, qui appellatur vitreus, eo quia in substantia, & colore similis est vitro fuso, coctoq; fornace. Tertiò, exterior pars humoris cristallini tegitur quadam tunica, quæ aranea dicitur, similiq; est tæz araneæ; quamvis secundum sui substantiam sit fortis, & trasparens, & ex ipsa, ac crystallino humore pupilla constituitur, in qua multi constiuant sensorium, seu organum potentia visus. Quarto, procedunt a cerebro duo nervi biforcati, qui vocantur optici, seu visorij, & procedunt per foramina, quæ sunt in cavitate calvariae, ubi sunt oculi, deinde in media via ad inuncem concurrunt, & antequam ad oculos perueniunt, dividuntur unus ad dextram, & aliis ad sinistram. Quintò, cum ad oculos peruenient, à substantia nervorum de generat, & in secundam tunicam euadunt, quæ appellatur retina, ad instar retis efformata, estq; venulis sanguine plenis distincta, & humorè vitreum cooperit, illumq; alit, ac fouet, ut ex inde etiā humor Cristallinus nutritur. Sextò, vterq; hic nervus, duplice vestitur tunica, quarum priorem, & immediatam sumit à meninge, seu pia matre, posteriorem vero, & mediaram à dura matre. Meninges sunt duas membrana circa cerebrum, quarum exterior dicitur dura mater crassa, sive dura meninx; interior vero, quæ proxima est ipsi cerebro, appellatur pia mater, & veraq; est sensus acutissimi, vnde oriuntur dolores, & punctiones hemicranie. Septimò, pia mater vestit, & ambit totum oculum, reliquo sibi foramine à parte interiori, ubi est aranea, per quam sit visio, & recipiuntur species, & vœa appellatur; est n. nigri coloris, & cum foramine, apparendens granum sine pedunculo. Octauò, altera tunica, qua vestitur oculus ex anteriori parte versus obiectum, ubi est vœa foramen, est trasparens, diciturq; cornea, cum ad instar cornu dura sit, & indiuer-

diuersis hominibus varij coloris
apparet. Nonò, inter tunicam ara-
neā, & rucam, est quodam spatiū,
in quo tertius humor situs est, qui
dicitur albugineus, quatenus simi-
lis sit algubini ovi, hasq; tunicas
dilatatas sustinet, ne visionem im-
pediant, & araneam, humorēmq;
Crystallinum humectat. Décimò,
tandem, reperitur quinta tunica,
qua pericrancum, seu penostium
appellatur, albi coloris, & qua to-
tus ambitur oculus, & quia est pin-
guis, & crassa souet humores ocu-
li, ne congelentur. hæc breuiter
examinata sunt gratia studētium,
ceterum, qui copiosiorem expo-
scit nō: itiam, videat Galenū lib.
10. Fernel. lib. de partibus corpo-
ris humani cap. 9 & Alios huius
professionis Peticissimos &c.

Oculi temperamentum ex Ga-
leno, & quibusdam alijs ponitur
igneum, sed rectius ab Arist. libr.
de sensu, & sensil. cap. 2. ponitur
aqueum, putat humidum, & frigi-
dum, & colligitur ex varijs humo-
ribus quibus componitur, & in
expurgatione, vbi multum homi-
nitatis abundat. Tum quia si cali-
di esserit, metuendū foret, ne nimia
exarescerent, ac consequenter suo
officio fungi nō possent, siquidem
oculus nimium siccus nō bene vi-
det; Nec obstat, quod oculi velo-
cissimè moueātur, quasi quod sint
igneæ naturæ, sicut ea animalia,
in quibus abundat calor, agilius
mouentur; non obstat, quia velo-
citas motus in oculis referri po-

tet in causam motuum, & copiā
spirituum, qui per nervos opticos
ad oculos deriuantur; vnde quia
homines colericī plures, & viua-
ciores spiritus transmittunt ad o-
culos, videtur habere oculos qua-
si igneos. Neque etiā refert, quod
Arist. in problem. sec. 31. ate. 30.
visum igneum vocauerit, hoc u.
dixit vulgariter, & in sensu popu-
lari; vel igneum dixit, respiciens
copiam spirituum, non ipsam oculi
substantiam, qua ut ex ipsa oculi
incisione patet, aqua est, & a ce-
rebro humido, & frigido originem
trahit.

Modò quæri solet in qua ex re-
latis partibus potentia visuæ, seu
sensorium visivum consistit. & Ali-
liqui putant cum Avic. 6. Natur.
part. 3. cap. 8. sensorium consi-
stere in illa coniunctione nervorum
opticorum. Galenus autem lib. 8.
de vñ partium cap. 6. quem Me-
dici ferè omnes sequuntur, cum
Recētioribus Suar. Conimb. Ruu.
Hurt. Arriag. Cauell. & Alij, hoc
postulerunt in humore Crystallino.
Alij in aliqua ex illis tunicis, præ-
serrit tamē in aranea. ita Com-
plut. Tolet. verò Ioan. de S. Tho.
& alij volunt potentiam visuam
integrari ex Crystallino humore,
& nervis opticis, ex illa parte præ-
cipue, vbi prædicti nervi coniun-
guntur.

Conclusio.

Nos verò afferimus cum communio-
ni, sensorium visus consistere in humore
Crystallino, non in tunica aliqua præci-
sè,

se, nec in nervis opticis. videatur Arist. i. de Gen. animal. cap. 5. & 1. de strumentum esse pupillam, iuxta Hilt. Animal. cap. 9. & lib. de sensu, & sensu. c. 1. Pr. 1. aliorum sent. respondo, non n. in nervis opticis, quia nervi secundum Medicos sunt nature terrestris, dispositio autem sensorij visus est trans-parentia, & diaphaneitas, quam ob servant, sed prius sunt coloris sufficiunt, sed prius sunt coloris sufficiunt. Tum quia in ipsis vestiti sunt tunicae, quae est colorata, ac inde si essent sensoria visus, omnia obiecta eiusdem coloris cum puncta viderentur, sicut de pupilla, quae si esset colore rubeo tincta, omnia rubea apparerent. Nec valet responso Ioann. de S. Thom. nervos illos esse perspicuos, non terrestres, ex eo quia a cerebro humido, & frigido derivant, a quo illam perspicuitatem participant, estò pupilla sit magis diaphana, quia se habet quasi medium. Non placet, quia est contra experientiam, & contra Medicos, patet n. omnes nervos, etiam opticos terrestris esse naturæ, non transparentes, licet a cerebro proueniant.

Ex his sequitur à sufficienti partiu n divisione, sensoriū visus consistere in ipsa oculi pupilla, quæ veluti gemma in oculi centro est colligata, lucida, & transparens ad modum speculi habens a tergo corpus opacum, vt fieri possit reflexio specierum; hinc quia sensus visus, ut maximus inter önes, maxime diligitur, & innuitur ex Sa-

cra Script, precipuum visionis instrumentum esse pupillam, iuxta illud psalm. 16. Custodi me, vt pugnem, & sensu. c. 1. Pr. 1. aliorum sentigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Dices, Potentia visiva est una, & visio elicita circa obiectum est ipsa, ergo unum subiectum, non duo, & tale erit nervus opticus visus, patet antec. nam sicut sufficit unus gustus pro omnibus sapientibus, unus odoratus pro omnibus odoribus, unus intellectus pro omnibus intelligibilibus, cur non sufficiet unus visus pro omnibus visibilibus? Si Natura de duobus pupilis prouidit, vt si una amitteretur, remaneret altera, idem obseruare debebat in gusto, qui magis necessarius est, quam visus, & est Achilles Adversariorum. g. neg. conseq. ad prob. licet unus sit gus, duo tamen sunt olfactus, duo auditus. Neque hoc pro inconueniente adduci debet ab Adversarijs, nam etiam ipsis concedunt pupillam esse de integritate sensorij, si erga una tantum sufficiebat pro visu, cur natura illas geminavit? vel cur etiam lingua non geminavit? quare sicut Ioan. de S. Thom. ideo pupillas geminavit, vt facilius possit animal species ex omni parte venientes haurire, idem nos de toto organo asserimus, nempe duplicatum esse, vt animal facilius possit omnia visibilia in quacumq; parte existentia prospicere. Hinc ad Argum. negatur paritas, intellectus n. est incorruptibilis, non sic oculari, &

Ni, & quidam alij sensus, qui à natura rationabiliter ad maiorem utilitatem geruntur.

Admittimus etiam casum ab Arist. relatum, quod aliqui vulnerati circa tempora scissis poris continuantibus pupillam, subito amiserunt visum, sicut si lucerna extinguatur; sed hoc euunire, quia perneruos opticos spiritus animales deferuntur, qui sunt ad visionem necessarij, & hinc est, quod si unus claudatur oculus, fit intensior visio, quia spiritus illi in maiori copia ad alterum oculum confluunt, quod non esset si sensorum esset nervus coniunctus. & Vasal. libr. 4. de fabrica corporis humani cap. 4. refert se Patauij anathomica arte vidisse hominem, in quo nervi optici non erant coniuncti, quod etiam quotidie experitur in cancris, & alijs animalib. similibus.

Vrgebis, Humor Crystallinus est corpus ex primis qualitatibus constans, ergo erit coloratus, si quidem color sequitur primas qualitates, & ita non erit aptus visionis, quia receptuum debet esse denudatum à natura recepti. Tum quia ex dictis humores non sunt animati. Tum tandem, quia ad unctionem tunicae araneæ, etiam visus lreditur. R. neg. conseq. nam etiā Crystal. est corpus mixtum, & tamen ex se nullum habet colorem, ad quem requiritur etiam desitas, & opacitas ex parte corporis; & sicet pupilla nigra appareat, hoc propter copiam humoris proue-

nit, qui à visu penetrari nequit, ut de matre experitur, quod in alto nigrum apparet, propter aquarum copiam, quod non euenit de aqua, secus littus existēs. Negatur etiam hunc humorē ratione esse animatum, maximè n. hic ab illis humoribus differt, siquidem isti non continuantur cū corpore, humor autē Crystallinus non est omnino fluidus, sed quasi congelatus, ideoque cum partibus solidis continuari potest. Admittimus etiam ad unctionem tunicae araneæ visum quoque lredit, nam cum humor Crystallinus ab illa tunica conseruetur, hac lesa, ille etiam consequenter lreditur.

Instabis adhuc, si duplex est potentia visiva, ergo quodlibet obiectum geminatum videti deberet. R. neg. conseq. & si haec ratio valeret, probaret etiam eamdem visionem geminatam percipi deberet, propter geminatam potentiam audituam, & ratio patebit infra, quando de modo, quo sit visio gemus.

Dices, Scotus in r. d. 3. q. 4. G. sequi videtur Auicen, quod sensuum visus in illa coniunctione nervorum opticorum consistat. R. quod ibi Doct. non ex professo de hac re egit, sed potius iuxta aliorum opinionem assignare intendit modos diuersos, quibus sensus illuditur, immo multoties oppositum supponere videtur, ut ex pluribus eius locis patet, & præsertim in r. d. 3. q. 3. ad 3. docet organum visus esse perspicuum, sive non terminatum,

tum, quod de humore, non de nero, non substantiale, sed accidentale, uis verificator.

Quoniam deinde ad aliud quae-
sumus animalibus coen-
petat visus, nihil certe de hac re
stabiliri potest, sed solum in gene-
rali cum Coni. 3. de An. cap. 1.
q. 1. art. 4. Auct. q. 51. sec. 4. &
asserere possumus illa animalia,
que motu progressivo carent, etiam
potentia viuenda carere, cum non sem-
per in eodem loco persistant, eideque
corpori adhaerent, visu non indi-
gent, ut vitium, & nutrimentum.
Sibi conquirere possunt; Deus. n. &
natura nihil factio[n]e frustra. De his
zute, que motu progressivo gau-
dent, multa sunt animalia, de qui-
bus satis dubitator, an visu polle-
ant, nec ne; & de Talpa praesertim
multi Philolobi affirmant, quod
revera visu praedita sit, ut Albert.
Simpl. Cardan. & Alij, ex eo pre-
fertim, quia aliquando est caverne
ad querendum cibum exit, quod
sine visu facile fieri nequit; sic etiam
Arist. sentire videtur 2. de An. tex.
i 31. oppositam tamē sent. alijs su-
stinent cum eodem Arist. lib. 1. de
Hist. animal. cap. 9. & lib. 4. c. 8.
& cibum querere potest ex per-
eo olfactu, quem Plinius lib. 10.
c. 69. talpe tribuit.

ARTICVLVS TERTIVS.

De Lumine.

Sicut in 2. d. 13. q. vn. consen-
tit D. Thomae 1. p. q. 67. art.
3. & q. 10. de Varietate art. 8. lu-
cem esse aliquam actiuan formam

non substantiale, consequenter for-
mam substantiale Cœlestis cor-
poris, seu cuiuscumque alterius cor-
poris lucidissimae qualitates actiue
comitantur. Substantiales formas
elementorum; ei tamen contradic-
citur, quod lux, & lumen non differ-
ent species, sed eamdem esse qualia
tatem naturalem, & physicam, sed
dici lumen prout in corpore lu-
cere corpori luminoso producitur in-
corpore perspicuo a se distinctor,
In hoc Subtiliss. disserit, docens
lumen differe a luce, sicut species
ab obiecto, a quo causatur, inde
lis, & controversia, in veraque
schola consurgit.

Articulus hic in multa dubia
secatur, & primò supponendum
est ex lib. de Cœlo dab. 21. lumen
& lumen non esse corpora, aut for-
mas substanciales, sed accidentales;
& quod lux sit forma inherens lu-
minoso corpori, ut lux in Sole, in
igne &c. lumen autem est forma
producta a corpore luminoso in-
alio corpore ex se non lucido, ve-
cum illuminatur aer tenebrosus,
illa forma de novo producta dici-
tur lumen. Quæritur igitur primò,
an lumen sit specie distinctum a
luce, & alterius rationis, an vero
solo numero differat, & eiusdem
sit rationis. Qui tenent lumen in
medio habere solum esse reale, no[n]
intentionale, de quib[us] infra, asserunt
etiam non differre a luce, nisi nu-
mero, sicut calor ignis, non nisi
Hh nu.

numero differt à calore producō
in aere ab eodem calore ignis.

Conclusio Prima.

Nos verò dicimus cum Scot. in 2. cit.
lumen esse prorsus alterius rationis alu-
ce, & ipsius productionem non esse vni-
uocam, sed equiuocam. est communis
afferētibus lumen in medio habe-
re esse intentionale; & patet ex his,
qua habuimus in lib. de Gen. disp.

3. art. 1. vbi ostendimus in agen-
tibus vniuocis, simile non posse a-
gere in simile, nec aliquam quali-
tatem intendi ab alta eiusdem spe-
ciei, & gradus; in agentibus verò
æquiuocis oppositum euenire. cū
igitur videamus lumen suo modo
intendi à corpore lucido minus in-
tenso, vel æqualiter, neque ob id
corpus lucidum augeri in luce, sed
semper in eodem gradu permane-
re, deducere debemus producō-
tionem hanc luminis non esse vnuo-
cā, sed æquiuocam. Patet assump-
tum, quia si essent duo luminosa,
vt vnum in eadem parte medijs, p-
fectius lumen producant, quodan-
quodlibet seorsim, sicut contingit
in duobus grauibus vt vnum, qua
impulsum intendant vt duo, qua
ratio lati veget Aduersarios illos,
qui concedunt in additione lumi-
nis veram, & perfectam intensio-
nem fieri, videatur locus in lib. de
Gen. cit. ad uberiorem intelligentiam.
Tum quia lumen est ens in-
tentionale, & species lucis, vt di-
cemus, ergo est alterius rationis à
luce, Pr. consequ. quia species est
alterius rōnis ab obiecto ex dictis.

Secundō queritur, an producō
luminis in medio, qua dicunt illu-
minatio, fiat in instanti, vel in tem-
pore. Fuit opinio Empedoclis al-
terantis, lumen successiū acquiri,
licet velocissimè, & quasi imperci-
biliter; quem sequitur Scaliger e-
xerc. 298. cum aliquib. & ex no-
stris Regentes Paris. 2. de An. q. 2.
qua habuimus in lib. de Gen. disp.
collat. probabile putant.

Conclusio Secunda.

Dicimus tamen 2. verius, & probabi-
lius esse illuminationem fieri per se i-
nstanti, per accidens verò fieri posse suc-
cessiū, & in tempore. Est communis,
& docetur ab Arist. in hoc 2. tex.
70. contra Empedoc. & iuxta Sco-
ti principiā, quam Scotist & cōmu-
nititer amplectuntur. Pr. successio
puenit ex resistētia medijs ad mo-
torem, vel ex contrarijs, at lumina
non habet contrarium, neq; medi-
um est improportionatum quō ad
extensionem, vel corpori lucido
resistit, ergo fit in instanti. Ma. est
evidens. Mi. pr. Si extensio, & diui-
sibilitas medijs impediret instanta-
neam actionem luminoso, vtiq; si
spatium illud palmarē ab ipso Sole
distās nō illuminaretur in instanti,
sed in tempore quāvis impercep-
tibili, supposita tam vasta distātia
inter Solem, & terram, iam non in
tempore imperceptibili, sed poti-
us perceptibili Sol hemisphērium
nostrum illuminaret. Non tamen
inficitur, quod si lucidum succe-
siū applicetur medio, & per mo-
tum, sic etiam in tempore illud illu-
minare, sed hoc erit per accidens,
non per se.

Di-

Dices, sola distantia sine concreta-
tate causat successionem, vt in
motu locali patet, ergo distantia
medij in illuminatione causabit
successionem. Tum quia si tanta
virtus agit in tempore, maior vir-
tus ager in minori ex 7. phys. 32.
ergo si candela V.G. in instanti il-
luminat, Sol qui majoris est virtu-
tis, illuminabit in minori, quam in
instanti, quod est contradicatio, no
n. dari potest minus, quam instas.
qz. cum Mastr. & Bell. hic disp. 5.
q. 2. art. 2. ad 1. tunc distantiam
successionem causare, quando agens
non intelligitur eque omnibus
partibus virtualiter praesens, &
applicatum, vt est in motu locali
etiam respectu Angelii, qui non
est virtualiter praesens simul om-
nibus partibus spatiij, sed successi-
ue, & ratio est, quia non est presens
spatio, nisi per suam extitatem, que
nequit simul esse in pluribus locis
ad eequalis, alterans vero est eque
toti spatijs etiuitatis applicatum.
Vnde si a contrario non impeditur,
adhuc in instanti ager, si forma
quoq; non esset successione acquisi-
bilis, quorum nullum in praesenti
evenit. Ad 2. Antec. valeret, si co-
paratio fieret in ordine ad mensu-
ram diuisibilem, quale est tempus,
non in ordine ad mensuram indiui-
sibilem, quale est instantis.

Tertio queritor, an lumen edu-
carut de potentia subiecti? nega-
tiue responder Plotinus lib. 5 cap.
6. cui Contar. libenter assentiret,
nisi Aristot. oppositum docuisset;

tatum apud aliquos Philosophos,
Authoritas Arist. proualuit, quod
non erubescant, potius rationem
relinquere.

Conclusio Tertia.

Dicimus 3. lumen educi de potentia
subiecti. Pr. Si lumen a subiecto non
dependet in esse, posset in vacuo
diffundi, sed hoc est contra Arist.
in hoc 2. tex. 74. ergo &c. Tum
quia omne accidentis pender a su-
biecto, cui inheret, inservi, & con-
seruari, sed lumen est accid. ergo
lumen educitur quoque de poten-
tia eiusdem, hoc n. est educi, ac
a subiecto dependere ex dictis in
Phys. Tum quia agens producens
aliquid independenter a subiecto,
illud creat, vt ex definitione crea-
tionis patet, ergo si lucidum pro-
duceret lumen independenter a su-
biecto, illud crearet.

Dices, assumptum esse verum de
qualitatibus propriis, & rigorosè
sumptis, & materialibus, non de
qualitatibus intentionibus, &
spiritualib. quale est lumen, quod
aliud non est, nisi praesentia lucidi
babens extitatem intentionalem,
& spiritualem. Non valet, de qua-
cumque n. qualitate, siue mate-
riali, siue spirituali semper verum
erit, quod si a subiecto indepen-
denter producitur, talis produc-
ter creatio. Falsum est etiam lu-
men propriè esse spirituale, siqui-
dem extolum est per totum lumen
est, est aliqualiter spirituale
comparatiue dicatur ad qualita-
tes magis reales, & sensibiles. Fal-
sum

sam quoquè est lumen solum dica-
te presentiam lucidi, presenta-
n. formaliter dicit respectum, lu-
men autem est forma absoluta;
quare presentia est quid presup-
positum productioni luminis, se-
habens ut approximatio agentis ad
pasum, lumen vero est forma pro-
ducta in medio a lucido presente.
ex quo infertur, quod potest de-
potentia Dei absolute lucidum
esse presentis, & non illuminare me-
dium, quo casu esset presentia luci-
di, & nullum lumen ex Bellut. &
Mastr. loc. cit.

Quarto dubitatur, an lumen in
solo diaphano, & transparente re-
cipiatur, an etiam in corpore opa-
co. Rint aliqui lumen in solo perspi-
cuo, & diaphano recipi, in opaco
vero solum extrinsecè, & per quam-
dam adhaerentiam, quatenus scil.
aerem illuminat, vel aliud diapha-
num opaco contiguum, quem di-
cendi modum Arriag. disp. 4. de
An. num. 10. & seq. putat proba-
bilem. Ruu. vero 2. de An. tract.
de sensu visus q. 4. qui etiam alios
citat, vult lumen subiectari non
solum in diaphano, sed etiam in
opaco, & non tantum in externa
superficie, quod pro impossibili-
habet, sed etiam in partibus pro-
funditatis illi superficie prox-
unioribus.

Conclusio Quarta.

Dicimus 4. lumen non solum in per-
spicuo recipi, sed etiam in opaco, & non
semper secundum aliquam profundita-
tem, sed aliquando etiam secundum so-

lam superficiem. Quod in opaco re-
cipiatur est Scot. in 2. citat. expli-
cantis radiū reflexum, reflexio n. si-
fit, quando occurrente corpore
opaco, antequam terminetur vic-
tus actua luminosi, lumen diffun-
ditur in partem oppositam, & eo
maiorem sit reflexio, quo corpus o-
pacum est magis politum, ergo lu-
men intersecè corpus opacum at-
tingit. Pr. conseq. quia si solum
extrinsecè illuminaretur, vel si ve-
re lumen non recipere tur in cor-
pore opaco, parum referret, quod
sit magis, vel minus politum, quia
iam tunc ad reflectionē quæcumq;
opacitas sufficeret. Quod deinde
non necessariò in profunditate re-
cipi debet, inde patet, quia licet
ut plurimum corpora opaca, quia
sunt versus externas partes rario-
ra, quam interiùs, ideoque secun-
dum aliquas partes illuminantur,
potest tamen dari corpus aliquod
ita opacum, ut uniformiter densu-
rit tam interiùs, quam exteriùs,
quo casu lumen non posset recipi
nisi in superficie.

Dices, Arist. hic tex. 69. de finit
lumen, quod sit actus perspicui,
quatenus perspicuum est, ergo non
potest illuminare opacum, alio-
quin esset etiam actus opaci. Re-
sponsio patebit infra, in explica-
tione talis definitionis.

Quinto queritur, num lumen
habeat in medio esse reale, vel in-
tentionale. Inquirimus de lumine,
non de luce, & lumine in commu-
ni, ut aduersarij, quæ putant lucem,
& lu-

& lumen esse eiudē rationis, quod esse fallum ostendimus conclus. 1. Quærimus igitur de lumine à corpore lucido in medio producta, quod idem est ac quæretæ, an lumen sit species visibilis lucis, an verò sit res, quæ videatur? vbi res, & intentio hic accipiuntur, non ut res significat ens reale, intentio verò ens rationis, sed prout res significat id, quod est per se obiectū potentia sensitiæ, intentio verò ut significat id, quod est ratio, qua potentia suum percipit obiectum, quo sensu lumen denotat speciem sensibilem.

Tres sunt opiniones, Prima est D. To. 1. p. q. 67. art. 3. & Thos. Mistarum, negant lumen esse speciem, & habere esse intentionale, sed solum esse reale, ita Compl. Ioan. de S. Thom. Conimb. Ruu. Suar. Arriag. & alij, dum negant speciem visibilem posse terminare visionem. Secunda opinio est Aegid. 2. de Anim. text. 76. dub. 2. & 3. Thienensis, Contar. & aliorum, qui lumini tribuunt esse tantum intentionale, quatenus solum est ratio, qua cognoscatur lux, non tamen quod terminet visionem. Media sent. est Subtiliss. loc. cit. in 2. vtrumque esse lumini tribuens s. reale, & intentionale, quæ præger Scotitas, sequuntur Bacon. Durand. Zabarell. libr. 1. de Visu cap. 4. Piccol. libr. de sensu visus C. 8. Burid. & Alij, à qua nō multum discrepant Caic. & Bann. p. p. q. 67. cit.

Conclusio Quinta.

Dicimus 5. lumen primarium esse speciem visibilem lucis, ipsum tamen videri per lumen secundarium, tamquam per propriam speciem. Est Doct. & ita Pr. 1. quod lumen primarium sit species lucis. Illud, quod positum supra sensum nō impedit sensationem, sed potius deuenire facit in cognitionem alterius è directo oppositi, est species visibilis illius, sed lumen primarium respectu lucis est huiusmodi, ergo &c. Ma. ex eo patet, quia sensibile positum supra sensum impedit sensationem ex 2. de An. tex. 73. & patet de specie in speculo, quæ recepta in oculo non impedit visionem, imò per ipsam oculus videt obiectum. Mi. etiam patet, si enim corpus lucidum diffundendo radios per medium, imprimit in oculis lumen, radius luminosus impressus non impedit visionem, imò potius per illum oculus conspiciet corpus lucidum, & si radius ille non imprimeretur, nunquam oculus lucidum videret, ergo lumen est species lucis, nec alia species visibilis representativa lucis apparet.

Si Aduersarij dicant, hoc esse speciale luminis, quod positum supra sensum iuuet, & non impedit alterius visionem, vel quod lux, non media specie videtur, sed scipia; hæc est manifesta fuga, & confutare quæstionem de nomine, & absque fundamento ass. ritus lucem sine specie videri, vere n. lux.

radium laminosum imprimit in oculo. valde intensa, satis sensum auditus alterant, & medium informatum.

Pr. quod ad 2. partem, quod s. lumen secundarium, quale est illud ubi est umbra, sit species luminis primarij, ita quod lumen primarium vere terminet visionem, & consequenter non solum sit intensio, sed etiam res. Per lumen secundarium ait Scot. vere primarium, non denominant, quia non sunt eis talia nomina imposita. Ad aliud, licet species sit ratio videndi, potest tamen esse res visa, cum aliquam realem entitatem habeat, ut exemplo coloris in pariete patet.

Ob. Modus essendi naturalis, & intentionalis sunt superioris, & inferioris ordinis, satisque diuersi, ergo eidem lumini conuentre nequeunt; hinc species odoris non odoratur, species saporis non gustatur, ergo neque species visibilis videtur. Pr. neg. conseq. Siquidem videndi aliud, sed etiam ipsamet eadem entitas respectu unius dici possit per aliam speciem videri, potest intentionalis, quatenus est quando ad opacum terminata est; ratio tendendi in illud, & respectu alterius dici potest realis, cum non sit ens reale, poterit sensationis auctum terminare. Affert exemplum Doct. de Signo, quod ex D. Aug. lib. I de Doct. Christ. cap. I. est res, & signum, & tamen ponitur distinguiri a re, cuius est signum, sic etiam in sent. nostra, forma corporis est materia, & forma materia respectu animae, forma respectu materiarum primarum; ita quoque de quantitate, quae respectu materiarum est forma informans, & respectu qualitatum est materia, & subiectum. Ad confirmationem de alijs speciebus negatur patitas; nam sicut visus est ceteris sensibus perfectior, ita species visibilis sunt alijs speciebus sensibilius perfectiores, ac consequenter possunt quoque sensibiles esse,

Objectiones.

Ob. Quod lumen non habeat esse intentionale: Species nequit esse etiam materialē causare, neque medium denominat, ac lumen verumque facit, causat n. calorem, & acrem illuminatum denominat. Item species non est res visa, sed ratio videndi, ac lumen videtur, ergo &c. Pr. ex Doct. loc. cit. neg. ma. ut patet de speciebus soni, que

esse, & potentiam terminare. Tum quia experientiam in his, & non in alijs habemus.

Ob. res intentionalis nō est per se, & direcūtē in genere, propter cse diminutum, quod habet, sed lumen est in tertia specie qualitatis, ergo &c. p. neg. ma. sicut .n. intentionis est verē ens, itā habet suum genus, & differentiam, & omnes species intentionales in tertia specie qualitatis sunt, ut Bell. & Mast. hic aduertunt in sent. Doct.

Ob. Existētes nos in tenebris, videntes lucem à longe, non per lumen, quia nullum in tenebris est, ergo species lucis non est lumen, sed aliquid aliud. p. neg. assumptum, nam etiam in tenebris, datur aliquod lumen vtque ad oculum multiplicatum, quod estò non sufficiat ad medium perf. & illuminandum, sufficit tamē ad visionem lucis causandam.

Arguit Arriaga, quòd species nullo pacto possit videri, sed semper obiectum conspicere ab oculo etiam in casu illo ruboris vitri causati per radium in pariete. Probat, quia species non est similitudo formalis, in pariete, nec eiusdem rationis cum illo ex dictis, unde species rubri non est rubra formaliter, ergo quod videtur in pariete, non est species. sed ipsū obiectum. Ad hoc argum. Be. commodius art. seq. de Colore.

Caiet. 1. p. qu. 76. artic. 4. docet, quòd lux eminenter est qualitas naturalis, & intentionalis; Nec inconvenit ait, lumen pertine-

re ad diuersas rationes. I. secundū naturalem ad 3. speciem, & secundū intentionalem ad primam speciem qualitatis. hęc sent. parum differt à nostra, concedit .n. quantum sufficit ad litem principalem, quod lumen, quod ipsi cum luce confunduntur sit intentionale, & reale, seu naturale respectu diuersorum, quod deinde ad diuersam classē spectant prædicamenti qualitatē, hoc parum refert. neq; hoc incontrouersia ponitur. hoc idem confirmat M. Jacob. Brun. q. 7. de Ani. art. 2. dicens: lux, vel lumen primariò habet esse reale, & physicū, & esse intentionale virtualiter, & secundariò, vbi etiā affert D. Tho. q. 5. de pot. art. 1. ad 6. vbi ait: lumen non est in aere sicut forma naturalis perfecta, sed magis per modum intentionis, sicut similitudo hominis in speculo. Item Sanctus Doct. 3 meth. lec. 6. docet lucem habere esse intentionale, & hac ratione si sit supra sensum visus in pupilla non impedire sensationem, quod vtiq; faceret si haberet esse naturale, q; sensibile posicione supra sensum, impedit sensationem, quid clarius pro sententia Scotti firmāda? quāvis Brun. ad alium sensum S. Doct. trahere conatur, sed verba Doct. Angelici sunt clarissima.

Definītio Luminis.

Post quam Ariell. 2. de An. tex. 68. definivit Perspicuum quod sit visibile non secundum se, ut simpliciter dicam, sed propter exteraū colores, subdit deinde definitionem lumini-

nis, dicens: *Lumen est actus perspicui secundum quod perspicuum est.* Ut igitur luminis definitio capiatur, prius definitio perspicui explicanda est. Perspicuum idem est & transparens, & luminis receptiuū; & triplex est, vnum Perspicuum est secundum totum, & hoc interminatū prorsus dicitur, quia nullo modo terminat visionem, & ita se habent Cælum, ignis elementaris, aer, aqua, & quedam ex his mixta, ut vitrum, Crystallum &c. licet adhuc differant secundum magis, & minus; quæ perspicua videri non possunt, nisi ab aliquo opaco terminentur. Aliud Perspicuum est, quod secundum magnam partem à visu penetratur, non secundum totam profunditatem, & hoc est adhuc intermissatum, eo quia non est assignabilis à nobis terminus nostram terminans visionem, sic sunt omnia fere corpora lucida, & quidam lapides pretiosi. Aliud tandem Perspicuum est, quod secundum extreamam superficiem penetratur à visu, & hoc dicitur terminatum, quia verè nostram visionem terminat, ut sunt omnia corpora opaca. Cum igitur Arist. Perspicuum definiuit, solum de primo locutus est, non de alijs, quia locutus est de illo pro ut visioni inseruit tamquā medium videndi; & inquit non esse secundum se visibile, sed per extēnum colorem, ubi per extēnum colorem intelligit lumen, sumpto colore late vocabulo; & hoc inde patet, quia volens expli-

carē quinam sit color iste reddens Perspicuum visibile, & in actu, subiungit definitionem luminis. Ex quo etiam colligitur, quod nec omne perspicuum secundum totum definit, sed quod ex se non est lucidum; hinc ignis in propria sphera, si ponetur lucidus, non comprehederetur sub hac definitione, sed solum comprehenditur illud, quod modo est sub lumine, modo sub tenebra, ut tex. 72. se declarauerat. Dicitur autem perspicuum visibile quando est illustratum.

Dices, etiam opacum est visibile per extēnum lumen. R. quod opacum præter lumen extēnum, habet in se aliam rationem visibilitatis, quæ est color, ideoque est per se visibile, at totaliter diaphanum, ut est aer, & aqua, nullum habet colorem, sed solum à lumine reditur visibile, qua propter in definitione perspicui fit mentio de lumine, late sumpto vocabulo, tamquam de principaliori significato. Ex quibus definitio luminis clarescit; Dicitur .n. actus perspicui ut sic, sicut .n. albedo est actus albi, reddens corpus actu album, ita lumen est actus perspicui ut sic, idest quatenus est capax luminis, & per lumen dicitur actu perspicuum, & transparens, quia sine lumine est solum transparens in potentia.

Ad vberiorem notitiam addimus, ad visionem tria necessaria requiri s.l. obiectum, quod est motus non motum, potentiam, quæ est

est mota non mouens; & medium, quod est mouens motum; moderat in. ab obiecto, dum recipit ab eo speciem impressam, & mouet alia partem medij, vel ipsam potentiam si est ibi propinqua. Medium respectu potentie visuæ, non est nisi corpus diaphanum, seu perspicuum in actu, id est Luminatum, ut aer, aqua, & Crystallum. Hinc conteruitur a Philosophis, quoniam pacto lumine sit necessarium ad producendam visionem. An ex parte medij, vel obiecti, vel virtusque vel potentiaz? ad qualitatem p. infra art. 5. omnis n. color motuus est eius; quod est secundum actum perspicuum, & hoc est ipsis natura, unde non est visibilis sine lumine, sed omnis cuiusque color in lumine est visibilis, id est, ad hoc ut color emitat speciem intentionalem sui, per medium capax lucis, & usque ad potentiam visuam, necesse est, quod medium sit actu perspicuum, s. actu lucidum; & similiter ut potentia sit de proximo visu, exigitur necessariò quod sit illustrata per receptionem specierum intentionalium sibi transmis sarum à medio sic illuminato. Hinc deducitur, quod est Arist. videotur afferere necessitatem luminis etiam propter colorem, & consequenter propter obiectum, hoc tamen non est ita intelligendum, ut color recipiat ab ipso lumine, ut à ratione formalis esse motuum sensus, quia hoc habet ex se, & ab intentione, sicut quodcumque obiec-

tuim in ordine ad suam potentiam, sed solum requiritur lumen, ut conditione qua non posset color emittere speciem sui in medium, & per medium in potentiam.

ARTICVLVS QVARTVS.

De Colore.

Cot. de hac qualitate differit Quot. 15. R. & in 2. d. 13. & in 4. d. 49. q. 15. & alibi. Colores, quantum pulchritudinis, & voluptatis afferunt mundo, tantum in coram intelligentia mentes Philosophorum anguntur, & excruciantur. Tris de coloribus praesertim indagari solent; Primum de causa efficiente eorum; Secundum de causa formalis, seu de eorum quidditate; Tertium de eorum causa materiali; Quantum ad causam efficiensem. Zabareti lib. 1. de visu cap. 2. post divisionem colorum, quod aliqui sunt veri, & reales; alijs vero apparentes, & spirituales, sic discurrunt: Colores veri non generantur ex primis qualitatibus, nam etiam in Cœlis reperiuntur, a quibus longè absunt qualitates prius, sed potius ex varia mutatione perspicuitatis, perspicuum. n. Illud dicitur quod est perius, nec visum terminat ob tenuitatem partium, si aut perspicuum incrassetur, visum terminabit, & in superficie loco perspicuitatis, habebit colorem, quo mouebit, & terminabit visum. Condensatio autem ista, vel sit absque admixtione alterius corporis, sed solum rarum mutatur in densum,

& hic

& hic modus locum habet in Co-
lestibus, unde alia differunt a Co-
lis in densitate, ac proinde sunt co-
lorata albedine splendentis, seu lu-
ce, vel fit non per solam constipa-
tionem, sed per admixtionem quo-
que opacitatis, quomodo in subluna-
ribus accidit, in quibus est quatuor
elementis tria sunt pedpicua s. a-
qua, aer, & ignis elementaris, &
vnum est opacum s. Terra, ex qua
admixtione, deinde varietatem
colorum deducit.

Quantum ad colores apparen-
tes, aut fieri ex mixtione specierum
colorum realium, quia sicut et mix-
tione reali albi cum nigro sic color
rubeus realis, ita ex mixtione spo-
cierum albi, & nigri sic color ru-
beus apparet V. G. Sol est albus,
exhalatio terrae, seu nubes est ni-
gra, si lumen, quod est species So-
lis pertransit per aerem aereum, fecit
ad oculum speciem mixtam, qua
rubore representabit. Dicitur co-
lor apparet, non quia sic falsa-
apparentia, quia verè in illo aere
adest rubedo, sed quatenus appa-
ret esse, ubi reuera non est s. vel in
Sole, vel in collo columbae &c. Qui
colores eo distinguuntur inter se,
quod realis dependet a subiecto,
quod si destrueretur, etiam color
desineret esse, & ad motum subie-
cti mouetur; apparet vero pender-
ab agente, nec mouetur ad motum
subiecti, ut patet de colore produ-
&to in pariete a colore vitri co-
lorati.

Alij vero, & communius colorum

productionem non solum diapha-
neitatem, & opacitatem alteribunis, sed
etiam saltem in sublunaribus, pri-
mis qualitatibus, & elementis va-
riè inter se commixtis, hinc mixta,
in quibus est predominium aereum,
vel aquatum s. cum humido, & per-
spicuo, sunt alba; si denominatur
ignis attenuans suò calorem opaci-
tatem terræ, sunt lucida; si exces-
dit terra propter opacitatem, &
siccitatem, sunt nigra, sic etiam
si humidum conuertitur in siccum,
sic nigrum, ut patet in fumo; quod
si adhuc humidum ignis actione
expurgatur, sic album, cù aliquali
pallore, ut in cineribus; & tandem
si magis exuratur, perfectam ac-
quirit albedinem, ut in calce vi-
demus. Alij album colorem ad-
scribantur non vacuo elementari qua-
litatis, sed variis primarum mix-
tioni, ut referunt Comitib. 2. de
An. cap. 7. q. 3. siquidem aliquando
fit ex humore aquo non con-
cocto, ut in radicibus absconditis
in terra; quandoque cùm calidum
externum, internum destruit na-
turalē, qua ratione senes cane-
scunt; interdum cùm calidum ac-
cidit humido, ut in laetè, quod cō-
coctione fit album; si autem cali-
dum iungitur cùm sicco terrestri,
nigrum efficit, ut de habitantibus
in regionibus calidis patet, qui fu-
sci sunt, vel nigri coloris.

Quidam albedinem non calori
tribuunt, alioquin grando, nix, &
similia alba, essent calida, sed po-
tius sicco, unde apparet cineres,

Disput. 6. Articulus Quartus.

25 r.

ārenas, & lāpides albescent; alijs &c. Tum quia quantitati nihil est
verò hoc tributant frigido, hinc in contrarium, colores autem ad in-
frigidis regionibus homines sene uacem conterantur. Tum tādem
albi coloris, panis catus est mi- quia superficies est sensibile com-
nus albus, quām frigidus; Item mune, color autem est sensibile
flegma inter humores est album, & propter; hac igitur sent. ut om-
tamen est frigidum; sic etiam nix, niād falla reiecta, queritor specia-
grādo, glacies &c. Alij albedinem liter an color sit. eritas specie di-
tribuant raritati, nigredinem den-
sciat; at si hoc esset verum, fumos, rationis cum illo.
& caligo haberent albedinem, &
ebur, & marmor propter densita-
tem deberent esse nigra. Commu-
niter nigredo tribuit calor, ut
pater in carbōe, fumo, caligine,
Etiope, &c. Coeruleus verò, & vi-
ridis ponit trahere originem ab
humido, hinc herbez, aet, mare,
&c. huius coloris videntur. Vnde
inferēdū est colores causari pos-
se tam à mixtione lucis, & opaci-
tatis, quām à varia primarū quali-
tatum temperamento; & in hoc
Zabarell. displicet quod̄ colores
tribuit elementis solūm propter
opacitatis, & perspicuitatis diffe-
rentiam, ita ut opacitas sit causa
nigredinis, perspicuitas verò albe-
dinis, quod tamen contrarium ex-
peritur, nam extra sunt opaca, &
tamen lucida.

Quod ad causam formalem colo-
ris, qua est ipsius quidditas relata
Pythagoreorū opinione, autumā
cium colorem non distingui à sp-
perficie corporis, ac proinde iūm
lūm quod ad materiale. Communis
opinio distinguit; colores veri di-
stinguuntur à lumine, colores verò
apparentes minimè & hanc quam
plures Scottiz sequuntur, ut Ca-
ponebant in predicamento quan-
titatis, cuius falsitas indè appetat,
quia etiam in profundo dantur co-
lores, ut pater in laete, rube, calice,
Cathar. & ponissimè Liu. Rabes.

lib. 2. de An. disp. 5. q. 1. concl. ne variabiles assent ad luminis. 2. At Iordan. de S. Tho. hic q. 7. art. rationem, sed hoc est falso; sive tam veros colores, quam appa- n. ad sit lumen, sine absit temper- rentes a lumine distinguit, cui Max est alba/corvus niger &c. Item str. & Bell. adhaerent.

Not. pro intelligentia, colores renuntur, sicut nec lumen ab alio lu- esse in duplice differentia, quidam minime differt, neq; luminis est aliqd. n. sunt permanentes in Subiecto, positivè contrarium. Rnt. omnia & ad mutationem subiecti mutan- hæc verificari de colore, & non tur, & diu conseruantur, quocumq; quod ad formale luminis, sed quod extrinseco temoto, ut albedo in ad materiale, quod est temperamentie, nigredo in corvo &c. sive tum, vel opacitatibus, vel primarum ijdem permanenti; Alij non sunt permanentes in subiecto, propterea co- manentes in subiecto, sed ab extrin- lores isti permanentes dicuntur.

Non valet, nam tæpe duo cor- pota, eiusdem sunt densitatis, & opa- citatis, vel eiusdem temperamenti, primarum qualitatum, & tamen aduersos habentes colores, et in aui- bus patet. Tum quia distinctio per materialia est accidentalis, non essentialis. Tum quia color est entitas realis, non intentionalis, na- positus supra visum sensationem impedit, lumen autem est exercitas intentionalis ex dictis, & visionem non impedit, immo adiuuat. Tum quia in pariete lumen Solis, & al- bedinem conspicimus, & hanc ab illo distinguimus, quomodo ergo sunt idem? Quis sane mentis asse- raret, lumine absente omnes colo- res perspiciunt?

Conclusio.

Dicimus, colores omnes tam perma- nentes, quam non permanentes esse specie a lumine distinctos. Pr. primò de permanentibus: Si huiusmodi species non distinguenterunt a lumi-

ne, qui a quocumq; loco vide- ri potest, qualis est color causatus; Vt. G. in pariete a radijs Solis tra- scuntibus per vitrum coloratum, qui color est alterius rationis a colo- tore

lore vitri ex Doct. in 2. sape citas tam habet proportionem cum luce, cuius est species, deficit tamen à ratione formalis lucis, cum ab ea sequi vocè producatur, sic species illæ in pariete apparentes cum colore vitri proportionantur, deficit tamen tam in entitate, quam in intensione.

Quod etiâ à lumine distinguatur, clarè colligitur ex Subtiliss loc. cit. G. licet reuera lumen exigatur, ut possit species in pariete terminata alias sui ipsius manifestatiæ producere, ut experientia constat, nam si radius luminis non transiret per vitrum, tales species non viderentur, quia propter parentiam luminis nequeunt alias species producere, & hemisphericè se multiplicare, ut n. art. sequenti patet, lumen est necessariū ad hoc ut color species emittat; & licet ad colorem realem quodlibet lumen sufficiat, ad colorem tamen intentionalem, quia minoris est entitas, requiritur lumen primarium, quod totum experientia comprobatur.

Ex quibus solutum manet arg. illud ab Arriaga adductū art. precedingenti, vbi arguebat, quod species non est similitudo formalis objecti, nec ciuidem rationis cum illo, & consequenter quod videtur in pariete, non est species, sed ipsam obiectum, ad quod dicimus, quod est non sit similitudo formalis objecti, nec ciuidem rationis cum illo, adeo tamen similitudo genera rica, ut in lumine patet, quod mal-

ribus ex determinato loco tantum apparentibus, ut sunt colores Iris, in collo columba &c. qui saltem in ratione genetica colorum eiusdem rationis cum alijs videntur esse. Pr. à Mastr. & Bell, nam huiusmodi species habere videtur suas oppositiones, & contrarietas inter se. Item terminant visionem eiusdem rationis cum visione, qua color permanens cernitur. Item causant species tam externas, quam internas colorum distinctas à specie luminis, ergo causa huius speciei non erit lumen, sed color, species n. repræsentat obiectum quod sit, & reuera quidam ex his coloribus st. viuidi, & perfecti apparent ut nihil, vel parvum à colore permanente differe videantur, ut prædictum experimor in coloribus ex Crystallò triangulare apparētibus.

Luis Rabes. hic disp. 5. q. 2.
Rt: ad has rationes, negando conseq: siquidem huiusmodi effectus proueniunt à lumine secundum variam distantiam, ac sicut se ad oculos obseruentes, & non à varietate colorum; quod è vī maximè conuineatur, quia amoto lumine, statim disparent, & denudat pug,

presentato apparent, quod non cœlari tamen quod ad visum, quod cernitur in coloribus à lumine di- scindit.

Contra, Species representat obiectum à quo sit, sed color viridis in Iride, non representat colorem rubeum, nec lumen, ergo non ab ipsis, sed ab illo colore producitur. Major est ipsius, plures concessa, & à Doct. desumpta. Minor est evidens, nam viriditas illa in sensu interno, non causat speciem luminis, nec rubei, sed viriditatis, quomodo ergo talis viriditas in Iride apparet, non est color viridis, sed lumen? quomodo verificatur doctrina communis, quod species representat obiectum à quo causatur? Ad illud quod addit, ipso lumine tales colores dispa- rents, quod non cernitur in alijs, parcat mihi, quia non omnes colores sunt eiusdem rationis, ut di- ximus in Not. nā aliqui sunt per- manentes, alij verò sunt fluentes, & in fieri, & conseruari à lumine dependens; quid ergo mirum, si amoro lumine statim huiusmodi colores dispareant?

Objectiones.

Ob. Pro Avicenna: absente lu- mine, nullus color inspicitur, si gnum evidens, colores à lumine non secerni. Virg. Eneidos 6. Ra- bus non abstulit aera colores. & Fer. 4. ad laudes canitur. Rebus iam col- lor redit vultu nitens Syderis. Er- go idem est color, & lumen. Et, re- cedente lumine, remanere colores permanentes quod ad existitatem,

cœlari tamen quod ad visum, quo senti intelligendi sunt Virgil. & Hyon. relati, ideo conseq. nulla colores n. veri per noctem solum absconduntur, non auferuntur.

Ob. Mutantur colores sine illa mutatione facta primarum qualitatum, sed solum respectu opacitatis, vel perspicuitatis, quatenus s. perfectius, vel imperfectius inspi- ciuntur, ergo color nō videtur à lumine distingui. Pr. antec. Si quis n. cornu caprinum, quod migrum apparet, in tenuas laminas diuidat, ex nigro fit album, & tamen per diuisiōnēm, nulla fit mutatio temperamenti. Et, cum Maſtr. & Bell. colores non solum causari ex vario temperamento primarum, qualitatum, sed etiam ex permix- tione luminis, & opacitatis, unde concedimus cornu capriatum ni- grum apparere, quia propter gra- fitudinem parum luminis admittit; diuisum deinde in laminas, quia est aliquātulum transparens, plus lu- minis recipit, & fit album, unde co- muniter dicitur, quod alba sunt illa, quæ multum lucis recipient; quod tamen non est universaliter intelligendum, cum etiam ex parte corporis aliqua dispositio reg- ratur, nam lapides pretiosi pene- trantur à lumine, & tamen non semper albi apparent, sed vel cœ- rhei, vel virides, vel rubri, vel purpurei &c. ex quo infertur ipsi lumen non esse formaliter colorē, sed potius conditionem &c.

Ob. quod colores Iridis &c. nō sunt

Est à lumine distincti, siquidem color apparet, qualis est color iridis, per hoc à vero colore distinctiatur, quod unus color est entitas realis, distinctus à lumine, apparen- tis verò est ipsummet lumine refle- xum ad aspectum nostrum per quā reflexionem à corpore opaco fa- ciat, lumen coloratum apparet, & ita determinauimus Disp. 2. Me- teor. Dub. 7. de Iride. Si ergo color iridis, in collo columbae &c. es- set color à lumine distinctus, esset verus color, & nullus daretur ap- parens, quod est contra communē, colorem in verum, & apparentem distinguētem. Et etiam nos admit- tere colores veros, & apparentes, veros esse illos, qui permanenter in subiecto in sunt per causam in- ternam à lumine independenter; apparentes verò esse illos, qui trā- scunter in subiecto existūt, nec trā- scaliter à causa intrinseca produ- cuntur, sed etiam à lumine causan- tur, quo sensu color in pariete à vitro colorato causatus, color iridis &c. apparentes dicuntur. Item color verus ille dici poterit, qui ab omnibus existentibus in quali- bet sicut differentia cōpici potest; apparen- tis verò qui solum produci- tur à lumine certam habente pro- portionem cum nostro aspectu, & non videtur ab omnibus, & sic co- lor Iridis, in collo columbae &c. di- cetur color apparen- tis; color autem in pariete à vitro colorato proue- niens, dici poterit verus, sicut co- lor permanens, & licet in Meteor.

scuti fuerimus sent. communem de apparentia colorum, hoc tamē non officit, quia non erat ibi locus proprius, sed satis fuit illa respon- sio ad quæsitionem de colore Iridis. Tum quia color transiens, qui pē- det à lumine insiceri, & conseruari appellari solet à Philosophis lumē reflexum, quæ locutio in sensu cau- sali admitti potest, sicut etiā Sc̄. concedit, & in hoc sensu locuti su- mus, nō in sensu formalis, ut Adver- sarij accipiunt.

Arguit Pr. Liu. Rabes: Quæ sūt omnino inseparabilitia, videntur es- se prout eadem, siquidem inse- parabilitas est signum identitatis realis, sicut separabilitas distinc- tionis oppositæ, sed color apparet est omnino inseparabilis à lumine, ut experientia constat, ergo. Et neg- ma, licet .n. Separabilitas signū fit distinctionis, nō tamen inseparabilitas signū est idētitatis, & hoc tamen in sent. nostra, quam in sent. Thomist. nos .n. estò defēdamus partes essentia- les distingui realiter à toto, non tamen concedimus huiusmodi partes pos- se à toto separari, & cum illis idē- tificari; & quamuis Thomistæ ve- lint materiam neq; per potentiam Dei existere posse sine forma, ad- huc tamen faciunt distingui reali- ter à forma, non identificari, fat- sum est ergo, quod inseparabilitas rerum, identitatem inter illas in- ferat &c. Neque à sensu causali ad sensum formalem descēdere licet.

Quantum ad causam materialē, seu subiectivam colorum, facilis est

et solutionis, sustinendo n. colores non solum à primis qualitatibus provenire, sed etiam ex permixtione opacitatis, diaphaneitatis, lucis, & luminis, sic non solum mixta poterunt in se recipere colorem, sed etiam elementa, imo, & astra. Neque etiam in superficie tantum erit color, sed etiam aliquando in profunditate, ut cuides est in lacte, in niue, &c. ratio est, quia si color pruenit à primarum qualitatum temperamento, quia hoc tam in superficie, quam in profunditate reperitur, in terraque erit color. Si vero oriatur ex mixtione luminis cum opacitate, quia etiam lumen potest in profunditate corporis misceri, & absorberi, etiam ibi colorem producere poterit.

Quod tandem ad definitionem coloris, sic illum Aristot. in hoc 2. tex. 67. definiuit. *Omnis color motius est eius, quod est secundum actum perspicui, & hoc est ipsius natura.* Circa quam definitionem Expositores notant non explicasse Arist. coloris naturam secundum se, sed penes visum, & quatenus visibilis est; & sensus est, quod omnis color proprias species immittit ad potentiam visuam, & hoc per medium actu illuminatum, ad quod lumen requiritur necessariò, & consequenter medium illud mouebit, non motione reali, sed intentionali.

Dices, etiam lux mouet perspicuum, ipsum illuminando per lumen, quod est species lucis, & sic etiam intentionaliter mouet, ac

proinde color esset lumen, ut Avicenna assertebat. Non valet, nam lux mouet utique perspicuum per lumen, quod est species lucis, sed tunc ipsum perspicuum simul actu per ipsum lumen constituit, color autem mouet perspicuum, illud supponendo in actu per lumen constitutum, & hæc est differentia inter colorem, & lucem. Clarius, lux est actus corporis conspicui in potentia, id est corporis diaphani illustrabilis, & illuminabilis à luce, color vero est actus motius corporis perspicui in actu, id est prius illustratus, & illuminatus à luce. In doctrina igitur Arist. lux prius realiter actuatur, & illustrat diaphanum, & postea color mouet intentionaliter diaphanum, immittendo in illo sui speciem, ut illam deferat ad vitum, & quando Arist. definiuit Diaphanum, quod sit illud, quod videtur colore externo, per colorem externum D. Thom. intelligit lucem, quia lux comparatur ad diaphanum, sicut quidam eius color, vel accipi debet latissimo vocabulo, propter colorem, & lumen significat, ut diximus supra.

ARTICVLVS QVINTVS.

De Medio, Modo, & Objeto Visionis.
SCOT: de his, multis in locis disserit, ut videre est Quol. 15. R. & in 2. dilt. 13. C. & lib. de Anima. q. 4. & spe alibi, & quod ad primum, duplex medium requiritur ad visionem s. internum, & exter-

num;

dam; Internum dicitur quod me referatur, quod videtur post partem, diat inter pupillam, quæ est sensio est fabulosum; Neq. Scot. in q. dist. rium visus, & tuocam oculi, quæ 49. q. 15. ad p. de Lince hoc affir- vocatur cornæ; Externum verò est mat, sed solidum recitat, ut exemplū quodlibet corpus medianus inter oculum, & Obiectum. Ad visionem producendam alicuius in tunica cornæ existentis, sufficit internum medium, quod est humor vitreus, & aqueus, & patet experientia, quandoq; n. ex cōpressione oculi ad unam partem, fulgorem quemdam conspicimus, aliquando quasi muscas volantes, quod non est, nisi propter quemdam humorem, inter dictam tunicam, & pupillam existentem. Eadem quoq; experientia nobis innoescit ad videndum Obiectum externum requiri etiam medium externum, ita quod si obiectum ipsi oculo supponeretur, ita non videretur, vnde propositio illa vulgata orta est, quod sensibile possum supra sensum non faciat sensationem, quod colligitur ex hoc a. tex. 73. & 75. & ratio peculiaris quæ a Doct. assignari solet loc. cit. est q; ad visionem requiritur lumen in medio, & in organo, ita ut si obiectum superponeretur oculo, iam oculus obumbraretur, ac proinde videre non posset; in præsenti igitur quas situm excitatur de medio ex terro requisito quas conditio[n]es habere debet.

Et in primis certum est medium debere esse perspicuum, & peruum, quia si esset opacum, non solù lumen impedit, sed etiā species obiecti visibilis, & quod de Lince

ab alijs adductum. Certum etiam est medium debere esse plenum, nō vacuum, siquidem lumen, & visibiles species cum sint accidentia, requirunt subiectum in quo recipiantur. Clarum est quoque aliquod lumen requiri ad visionem, saltem proportionatum, in tenebris n. nihil videmus, & si lumen esset excedens, ut est lumen, quo Solē ipsum cernimus, potius lazeret organum visus, & visionem impedit. Vnde autem proueniat, quod aliqua in nocte conspiciuntur, & non in die, videbimus infra.

Maius dubium est, an medium istud actu illuminatum esse debeat; an verò satis sit, quod obiectum tantum lumine illustretur, quod sub alijs terminis inquirunt, an f. lumen ex parte medijs regatur, an verò ex parte viriusq; quod actinet ad obiectum, dicemus in fine Art. pro modo tantum agimus de medio. Due sunt Opiniones: Prima negat ad visionem requiri necessarium medium illuminatum, ita Auic. libr. 6. natur. p. 3. cap. 1, quem sequuntur Sper. Hurt. Arriag. Quied. & alij, assertentes hanc esse necessarium ex parte obiecti, non medijs, quibus ex nostris adhærent Ioann. de Magistris, & Caugl. Communis tamen opinio defendit universaliter lumen regiri ex parte medijs, & ex Recen-

cōdib. amplectuēt Tole. q. 17. Conicp. Averro. Zabarell. Piccol. & alij. quibusq; hos adhērentes.

Conclusio Prima.

Dicimus primū lumen ex parte medijs ad cōdendū colorē. sicut etiam ex parte potentiæ seu sensu ratiōis puer humāris Crystallini est. Doct. loc. cit. cum suis. D. Thom. 2. de An. leg. 14. quem sequitur Thomistæ. & alij pro hac parte. Pr. quod ad primam partem ex Aristot. hic tex. 67. & sequi. ubi perspicuum in actu definiuit. per hoc. quod sit illuminatum. & actus ratiōis à lumine. colorem verò. quod sit motus intentionaliter perspicui in actu. si iam illuminati. ergo ad motionem coloris. seu ad immisionem. specterunt prærequisitū in medio lumen. ut etiam clare colligitur ex tex. 73. Ex quo probat etiam remanet secunda pars. si n. secundū Arist. ut perspicuum species recipere possit. debet esse a lumine illuminatum. sequitur. quod etiam organum visus. qui est humor Crystallinus. ac proinde perspicuus. & etiam sparsus. ut sit subiectum aptum ad recipiendas species visibilis colorum. debet etiam prius illuminari. hinc lib. de senti. & sens. cap. 2. inquit: Videntur autem si est exterior non sit luminosus. sed & inservitus. & pauporolit addit: Quare necessario est perspicuum. & receptivum lumen id. quod interior occidit est. Quibus verbis claret ostenditur hanc sent. esse magis Peripateticam.

Attamen difficile reuera est ba-

soctam aprixi assignare. sed ea pudi illorū maximè. qui lumen sibi speciem lucis negant. Probat hinc Scot. loc. citat. in Quolib. R. Licet natura absolute coloris. qua est in genere qualitatē maneat eadem in sensibili. tamen ut sic non est visibilis. intelligendo de potentia propinqua. quia quandoque aportet causas concurrere ad agendum. una earum s. secunda non est in potentia propinqua. nisi alia s. prima concurrente. Ad hoc autem quod color agat in visum requiritur alia causa concurrente ad agendum. s. luxem. ideo tunc solum est color visibilis in potentia propinqua. quando est actu illuminatus. Hec Doct. & affert exemplum de phantasmate. & intellectu agente. dicens: Hoc modo phantasma non potest habere speciem intelligibilem i. nisi concurrence actionis intellectus agentis. R. Suarez libr. 3. de An. cap. 16. hoc solum probare. lumen ex parte medijs per accidens requiri. ut s. obiectum illuminetur. non autem ostendere medium non illuminatum esse incapax speciorum colorum.

Contra. ea quæ post parietem existunt. quantumvis luceant. tamē per intermedium opacum oppositum. nullatenus conspicuntur. ergo non requirunt lumen in medietate per accidens. ad hoc ut per medium illuminetur obiectum. ut Suarez assertebat. Tum quia ut bene arguit Mastr. & Bell. hic dispe. 5. q. 2. artic. 4. quandoduc causæ productiæ duorum effectuum sunt subordinatae inter se. ut una

sed agerat hæc respectu co-
muni subiecti rationis effectus cau-
sa subiecti dependebit ab ef-
fectu alterius causæ, ut non possit
producere in communi subiecto sine
altero effectu, siquidem dependen-
tia in producere rectè infert depen-
dientiam in produci, cum igitur co-
lor nequeat agere in medium pro-
ducendo species nisi prius lumen
agat, species coloris in aere erit de-
pendens à specie luminis, ergo lu-
men erit necessarium ex parte me-
dij, & hoc non solum per accidens,
sed per se, cum sit effectus ab utra-
que causa dependens. Quod si non
est ratio conuincens pro nostra
sene, neque demonstrans pro eoru
opinione, ad quid à communi, &
ab Arist. recedere?

Sed contra obiecunt aliquibus
experiencis: Si n. obiectum est il-
luminatum, licet medium prope-
potentiam sit obscurum, adhuc o-
biectum intuemur, ut patet cum
nō sit quædam obiecta lucida cō-
spicitur: Et si medium est tenuē
illuminatum, obiectum verò intē-
sè illustratum, perfectè videretur, scilicet
contra finem diuinum est perfectè illu-
minatum, & obiectum remissè. ex
eo: quia in obscuriori loco esset,
imperfectè videretur, ergo rota
neccasitatis luminis ex parte obiecti
petenda est, non ex parte mediij.

Neque dicas in medio obscurum
reperiri aliquid luminis, usque ad
potentiam diuinum, sufficiens ad
cautandam visionem, non valet,
quia quando lucem valde distan-

tem videmus, nullatenus obiecta
prope nos existentia conspicere
possimus, ergo probabile non est
aliquid lumen ibi reperiri, suffi-
cens ad visionem rerum è longin-
quo. scilicet semper in his casibus ad-
esse aliquid lumine sufficiens ad vi-
sionem, & ratio est, quia non per-
test fieri visio sine specie obiecti
sed lumen est species lucis ex di-
uis ergo sine lumine effici nequit
Quod deinde additur, obiectum
illuminaūtū perfectè videri in me-
dio non perfectè illuminato, obiecti
cum verò remissè illuminatum
imperfectè videri, in media inten-
sè illuminato, infert tantum neceli-
scitatem luminis in obiecto, lumina
n. in medio, non est causa præci-
sa visionis, sed requiritur species
obiecti, quæ causari nequit, nisi in
ipso obiecto lumen adsit. Ad illud
quod nullum lumen propè nos ex-
peritur, pcam obstat quia lumina
& qualibet alia species visibilis
nequit in medio perspicuo videri,
nisi terminetur ad aliquod opacū,
in quo terminatum possit alias
species prodycere suipius repre-
sencari, maior autem virtus re-
quiritur ad alias species produc-
das, ad quas ut cœla totalis con-
currat, quam ad visionem caulan-
dam, respectu cuius est cœla tan-
tum partialis, & patet de specie.
Vitri colorati, quæ est alijsymna
specierum productiva, quod effi-
cere nequit nisi à radio luminoso
adiuuetur, Idem de lumine affer-
endum est, quod si. propter hi
mis.

missionem non potest terminatum ad corpora opaca propè nos se diffundere, & corpora illa manifestare; ita Bell. & Mastr.

Circa secundum in titulo articuli propositiū s.l. de modo quo fiat visio, duæ sunt famosæ sententiaz, una Platonica, altera Peripatetica. Platonici, quos etiam sequitur Galenus, volunt visionem fieri per extramissionem radiorum visualium ab oculis; quæ tamen opinio non eodem modo a sequacibus defenditur, nam alij volunt, quod radj. visuales ab oculis egredientes, ad obiectum terminati, illud illuminent, & visibile reddat. & tunc oculus elicit visionem, vel quod radj. visorij ad obiectum terminati, & aliqualiter ab ipso alterati, ad oculum deinde redeantes, visionem causant. Aliqui glostant quod in redditu radiorum, simul cum illis associantur species visibles obiecti, & in oculo simul recipiuntur, & tandem alij, quod obiectum prius immittat in oculum propriam speciem, & postea ab illo radj. visuales egrediuntur usque ad certam distantiam, in quib. aderit vis efficiendi visionem in aere; qui omnes præter primos, concedere videntur visionem effici simul per extramissionem, & intromissionem specierum. Sumus cum Arist. idcōque.

Conclusio Secunda.

Dicimus 2. Visionem fieri solum per intromissionem Specierum ab obiecto emissarum per medium illuminatum, in

oculisque receperunt. Ita Arist. 2. de An. 67. & 64. & 131. & libr. de sensu, & sensil. cap. 2. quam Subtiliss. vt veram sepe supponit, ut videre est in 1. dist. 3. q. 6. & in 2. dist. 13. & alibi. & Primò suadetur ex ratione vitalitatis in communione, operatio n. vitalis cōsilit in receptione specierum, & per ipsas in obiectum tendit, sed visio est operatio vitalis, ergo &c. Tum quia sequeretur, animal non videre, sed aere, vel aquam, vel obiectum, in quibus radj. visorij recipiuntur, sed hoc est fallum, ergo &c. Pr. set quæla, quia forma denominat visibilem in quo est. Tum quia visio sic ex re visibili, & potentia vidente ex D. Aug. loc. supra cit. sed res visibilis non potest potentiam visuam immutare absq; specie visibili potentia impressa, ergo visio sic per receptionem specierum visibilium intra potentiam visuam. Pr. min. quia visibile supra sensum non facit sensationem, ergo ut faciat sensationem, necesse est ut oculo intentionaliter vniatur, quod esse non poterit, nisi per species ipsius obiecti. Tum quia data opposita opinione, non possemus in speculo videre, quæ retro inueniuntur, quia radj. visuales illa obiecta non attingerent. Quod si dicas ad illa reflecti; Non valet, quia non deberent in speculo conspicari, sed ubi existunt. Tum quia si quis vellat cernere Cœlum, deberent radj. illi Cœlum ipsum attingere, & rursus ad pupillam reflecti, quod neque

que radio Solari coadieuntur, qui non reficitur, nisi usque ad principium 2. regionis Acri. Si autem huiusmodi substantia quedam, & corpuscula ponentur, ut aliquib. Aduersariorum placet, esset error peior priore, qd sic totus aer esset illis plenus, fieret penetratio corporum, & potestia visiva nimis debilitaretur ut in emissione sanguinis, seminis, & Spirituum evenit.

Objectiones.

Ob. 1. auth. Arist. qui 2. de Cœlo 48. hanc sent. probabilem purat. Accedunt etiam experientia, nam Feles emittunt ex oculis radios, quibus nocte aliquantum aer illuminatur. Icem mulieres aliquæ speculum matulunt, pueros fascinant, & ludeunt. Basiliscus suo intuitu hominem interficit, ergo. Et. ad Arist. Inc. cit. utramq; opinione adduxisse, quia non erat proprius locus, vel ut aliqui exposidores volunt, tunc loqui in sent. Plat. quæ tunc temporis erat communis. Sic etiam respondetur ad aliquos SS. Patres, quos pro se citant, scilicet illos locutos fuisse in sent. Platonico. Ad illas experientias, dicimus illam emissionem lucis ex oculis Felis prouenire ex diaphaneitate oculi eius, & intus luce aliqua residente. Seu propter talem compositionem oculorum, ex quib. radijs posset aliqualiter obiectum illuminari, & sic illuminatum causare speciem in oculo, & postea fieri visio. Oculi quarumdam mulierum, quasdam noxias qualitates emittunt ad

actum visionis prorsus impertinentes, quod etiam de Basilisco afficitur.

Ob. Nebulam prope nos circumsulam non conspicimus, sed portus quæ nobis distat, signum quod visio fiat per extramissionem radiorum, quia cum initio sunt validiores, possunt nebulam illam penetrare, progressu autem temporis debilitantur, unde in nebulam illam impinguunt, & tamquam quid opacum representant; si autem visio per intramissionem specierum fieret, melius nebulam propinquam, quam remoram cerneremus. Et. neg. conseq; quia alia est ratio pro relatione cali, quam causa ab ipsis assignata; causa ergo est, quia quæ prope nos sunt, ut illustrentur, & perspicua reddantur, minori intelligent lumine, quam quæ longè distant. Tum quia cum res est propinqua, facile videmus meatus, & foramina, quæ in illa sunt, quod si longè distat, conspicitur ut quid continuum, & hac de causa aer nebulosus prope nos non tam, & facile à visu per meatur, remorè vero existens, condensatus appetet, quæ eius perspicuitas, & raritas oea ita distinctè prospicitur.

Ob Species, quia naturaliter obiectum representat, eodem modo representare debet in quavis distantia, ac proinde magnitudo separata eiusdem quantitatis videbitur, quod tamè est contra experientiam, quia obiectum à longè minoris appetet quantitatis, ergo melius di-

cendum videtur visionem non fieri per intramissionem, sed quod est species naturaliter reprelentes obiectum, non tamen opertet, vero de modo, & eadem quantitate representent, tum quia dista: ia reducitur ad sensibile commune, quod per speciem sensibilis proprii representari habet. Tu quia non semper species representare potest obiectum eiusdem molis, quia quod longius species proerabitur, eo imperfectius potentiam mouet, & obiectum representat, id est nihil.

Ob. Per tubum opticum res clarissimis videntur. Item existentes in spiritu stellas intuentur, quod esse non potest, nisi quia radij visuales imaginis vniuntur inter se, & magis protenduntur. Et negando ceteram causam est, quia species visibles inter se colliguntur, & fortius potentiam sensitivam mouent, quod praesertim evenit propter vitia taliter inter se disposita. Qui in profundo poterit existire, lumen videntur. Dicit. in 2. dist. 9. q. 3. M. quia lumen minus, lumen minus offuscatur, quatenus excellens sensibile prius agit in visum excellenter, ipsum aquans secundum toram eius capacitem, & aliquando ipsum immutat: cum dolore, hinc post excellencia sensititia, minus aliqua sensitilia sentimus, quia organum, vel poterit debilitatur, & hac ratione Sol Stellarum visionem impedit.

Ob. Non videtur verisimile, quod species rerum tantum magnitudinis, tamen etudinis, & varietatis, modis contrarietatis, qualia sunt obiecta, quae ex ipso intuitu videtur, si mulier eadem exigua, & parvula pupilla reperiatur. Ne, in conuenientibus esset, si species essent eiusdem rationis cum rebus sensibilibus, sed sive alterius rationis, & inter se compoſſibiles, ut de speciebus phantasizaretur, quae longe plura representant absque confusione, & dummodo absit aliqua organi lenio.

Circa Tertium, quodnam. s. sic adaequatum obiectum Visus, convenienter omnes ad potentiam visibilium spectare colore, & lucem, quare obiectum adaequatum erit quid communem duo haec comprehendentes, quod ab aliis quatuor visibili appellatur, ab alijs color, accipiendo colorem laetocabulo, quatenus. s. significat enim actum diaphani, quo sensu lux minor adaptari potest, & sic intelligendus est Arist. hic tex. 66. dum ait ipsum visibile esse colorem, & lib. de sensu, & sensil. inquit omnis corpus esse coloratum. Bannius 1. p. q. 78. art. 3. vocat obiectum adaequatum potentiaz visuaz, lucis dum, quia nihil percipit visus. nisi lucidum, vel lumen parcipans, ut est color, qui nihil aliud est quam lux participata, seu obumbrata, aut mixta cum primis, & secundis qualitatibus. Ita etiam Mayron in 2. dist. 13. q. 2. & Regentes Parisientes 2. do An. q. 2. unde Lisbon, Serra, Lerma, & alij. volunt quod obiectum formale (quod, potentiaz visuaz sit aliquid impominatum), non

non habens speciale nomen. s. si-
bile, ut comprehendit lucem ter-
minatam in corpore opaco, & co-
lorem illuminatum. Hacten-
differentia assignari solet inter lu-
cem, & colorem, quod lux, & lu-
men videri possunt sine colore, nō
tamen color sine lumine, & hinc
mosetur dubium,

An lumen requiritur ex parte
medij tantum, an etiam ex parte
objeci, id est an color, ut videatur
requirat lumen ex sua ratione, an
solùm proprium medium? Aliqui
asserunt lumen solum ex parte me-
dij requiri, ita Auer. Ferrar. Egid.
Tolet. Ruu. Complut. & alii, qui-
bus etiam ex nostris, nouissimè ad-
haret P. Liu. Rabel. hic disp. 5. q.
1. ubi coadcidit lumen requiri eti-
ratione objeci, sed ut conditio si-
ne qua non. Communior tamen
opinio docet requiri ex parte ob-
jeci, licet Sequaces illius sententia
valde differant in assignanda causa
occultatis luminis.

Unde si Conclusio Tertia cum
est. Non tamen dicimus cum Subtiliss. in
ibid. de An. q. 4. 1. scit. dist. 1. 3. C. &
qual. L. S. R. lumen requiri etiam ex par-
te coloris, ut possit color immittere spe-
cias in oculo. Colligitur ex Arist. 3.
de An. tex. 1. 8. ubi docet lumen
reddere colores de potentia visi-
biles, acutus visibiles, & in hoc ca-
tex. 86. ait quid acutus, & graue
nō percipiuntur ab' uno, si-
gut nec videbuntur colores absque
lumine, quemuis hic texus varie
ab aduersariis explicentur. Pr. ca-

tione, & non à priori quis a signa-
ri requiritur, sed à posteriori. Experi-
mur n. nullum colorem percipi
posse sine lumine, at lumen absque
colori est visibile, ergo in colore
aliqua dependencia erit à lumine,
di ventriculi, sicut & cerebrum, carent sensu ex Arist. lib. 2. de partibus animalium. cap. 7. Neq. consilente potest in nervis, ut Averroes aetumabat, nam eadem est ratio de alijs nervis interuenientib. alijs sensorijs, ac de ictis, sed illi ex dictis non sunt organa, sed solam pro spiritibus, & speciebus vehendis inseriuntur. Neq. membrana cooperiens, siquidem huc per totum nasum expanditur, & tamen in parte determinata secatim, nempe in summitate. Si igitur sensorium olfactum non est in finibus cerebri, neq. in nervis, vsq. ad extremitates nasu protractis, neq. in pellicula illa cooperiente, sequitur a sufficienti partium enumeratione, quod in carunculis, & processibus illis mammillaribus, scilicet pupillaribus consistat. Confirmatur ratio, cum n. huiusmodi carunculae sint spongiosae, porosae, & aereae, bene habent vnde recipere possint species odorum, & eas ad cerebrum transmittentes.

Obijcies, cerebrum recreatur, vel iudicatur odoribus, ergo illos in se recipit, & percipit. Tunc quia processus mammillarum sunt eiusdem naturae cum cerebro, ergo cerebrum est sensorius olfactus. Ne ideo cerebrum recreari, vel iudi- odoribus, non quia cerebrum quia sunt qualia qualitates proficaces, vel noxiæ, non quia cerebrum intentionaliter percipiat. Falso est etiam has carunculas eiusdem rationis esse cum cerebro, cum hoc sit frigidum, & humidum, illæ vero potius sicca, & aerea ideo nihil.

Dices, nisi cerebrum esset organum, nullatenus opus esset à spiratione ad odorandum. Neq. neg. cōseq. Respiratio n. est necessaria, nam carunculae illæ tunica exanguis rectæ sunt, quæ dilatari debet, vnde odores percipiuntur, sicut patet oculos contingentes elevari debent, ut visio fiat, dilatatur autem respiratione; & hac de causa odores ciborum in ore existentiū non percipiuntur, quia in aspiracione aer per os ingredic̄s, non ascendit ad nasum, sed recta via ad laryngem tendit. Secundò explicandū venit obiectum olfactus, quod est odor; circa quem contendunt Doctores q. d. fit. Plato in Timo. Galenus libr. de instrum. olfact. Avicenn. libr. 6. Natural. p. 2. cap. de odore, & alij putant odorem non esse accidens, sed substantiam, nempe vaporē, scilicet exhalationem ficcām, quam res odoriferæ spirant.

Ex opposito Arist. lib. de sens. & sensib. cap. 6. quem postea fecerit sunt Albert. Mag. in sum. de homine. de olfactu. q. 3. D. Thom. & Scot. docent, & communiter, odorem esse qualitatem sensibilem inferentem in sensu. passionem, & ex compositione primarum qualitatum prouenire.

Pro cuius intelligentia proposimus odoris definitionem, quam sic Arist. de sensu. & sensib. cap. 3. definit: Est qualitas sensibilis corporis materialis insidens, orta ex mutatione primarum qualitatum, secundum natu-

to super humidum, ratione caloris ipsum; decognitio, & exiccatio. Dicitur qualitas sensibilis, loco generis, quatenus cum certis objectis aliquam sensuum conuenit. Aliæ particulæ ponuntur loco differentiæ. Dicitur corporibus mixtis insidens &c. ut in secum nullum perire, ac simplex elementum posse constitui objectum potentiae olfactiæ. Additur. Ora ex commissione. ut denotetur, quod odor non sit prima qualitas, sed secunda ex primis orta. Dicitur Siccus dominante super humidum, ad differentiam laporis, qui licet etiam ipse ex sicco, & humido gignatur, in eo tamen siccum non predominatur humido, sed est conuersio humidum sicco. Hinc canes maxime valeat odoratu, quia siccus sunt cerebro, & in aridis regionibus, ut in Arabia, & Syria, optimi gignuntur odores, non exigunt tamen sola siccitas, sed etiam aliquid humiditatis, quod inde patet, quia post modicam pluviam, terra prius arida, gratiore emittit odores; Additur tandem, ratione caloris &c. quia per calorem aperiuntur portæ corporis odoriferi, ut per eos odor foras erupere valeat, sicut per frigus compripiuntur, ne egrediatur. Odor suus habet specios, alij enim boni dicuntur, quia olfacentem delectant, alij mali, quia cumdem molestas, alij sunt grates, alij acute, alij grati, alij ingrati &c. sicut & lapores, nam alij sunt dulces, alij amari, alij acerbi, alij suaves, &c. quibus habitis,

Conclusio secunda.

Dicitur 2. odorem, qui obiectum proprium potentiae olfactiæ statuitur, non esse formaliter exhalationem corporis odoriferi, sed qualitatem sensibilem ex commissione qualitatum primarum resultantem. Pr. quod ad primam partem: Illud est obiectum proprium, & adequatum alicuius sensus, quod ab eo tantum, & à nullo alio percipi potest, sed odor est huiusmodi, nam à nullo alio sensu percipi potest, prater quam ab olfactu, ergo. Pr. quod ad aliam partem ex Arist. Probl. sec. 12. q. 19. ubi docet, quod si odor esset fumosa exhalatio, sequeretur res odoriferam breui consumpturam, sed hoc est fallum, & contra experientiam, quia odoratissima diu durare experimentur, ergo, &c. pr. sequentia, quia cum res odorifera odoratur, semper odorem conicit in potentiam olfactiæ, & quia frequenter coatingit illam odorati, semper aliquid de sua substantia emitteret, ac consequenter in breui consumeretur. Tum quis omne sensibile proprium est qualitas, qualitas n. ex dictis est sensibile commune; Substantia, & relatio, sunt sensibilia ratiæ per accidens, sed odor est sensibile proprium, ergo. Pr. tandem Theologicè ex Mysterio Eucharistie, siquidem in rito consecratio permanet odor, cum alijs accidentibus, ubi tamen nulla est substantia vini, ergo. &c. 2. Deinde dubitari soleat de medio quo qualitas ista odorifera datur,

N a 2 darur,

datur, & quidam sent. Aristot. est clarissima hic tex. 97. & 4. de hist. animal. cap. 8. vbi docet aerem, & aquam esse media proportionata ad odores recipiendos, de aere patet, quae n. respirant, non nisi per inspirationem, & aeris attractionem olfaciunt. Patet etiam de aqua; nam pisces in aqua olfacti sunt, qua de causa ad quosdam cibos odoratos occurunt, ut pescatores quotidie experiuntur; & tamen in aqua non existit aer, quia statim sursum pergeret, ad proprium locum percedum; sub nomine aqualia corpora fluida comprehendantur. Alia corpora solida non censentur idonea ad odores defrondos, nisi valde porosa sint, vel rimus habent, per quas aer transire possit.

Dubitum tamen fortius est, quomodo per hæc media odor diffundatur, an s. secundum esse reale, vel intentionale, aut secundum verumq; Doctores qui negant species sensibiles, negant etiam consequenter odore diffundi secundum esse intentionale; quibus ex recentioribus Hure, & Arriag. adhæret, asserentes odore à re odorifera diffundi usque ad potentiam secundum esse reale, quod tamen duplicitate explicari solet; vel quod est odor multiplicetur per realē productionē in medio; vel non per productionem, sed per quamdam exhalationem, quatenus calor Solis, vel omnib[us] resoluendo res odoriferas attenuatione quadam extrahit, &

illis siccis quasdam subefles exhalationes, que sunt odoris subiectum, ac ipsum usque ad potentiam deferunt. Alij vero negant odorem diffundi per medium secundum esse reale, sed tantum secundum esse intentionale. Alij tandem utrumque admittunt, multiplicacionem realē explicantes, vel in 1. vel in 2. sensu. Mastr. & Bell. casu, quod per medium odor realiter multiplicetur, probabilius putant multiplicari non per realē productionem, sed per evaporationē, quos etiam sequi viderur Lia. Rabel. Notab. 4. vbi ait: corpus odorabile fuxta sui efficacitatem maiorem, vel minorem diffundit vel sui species, vel exhalationem quasdam siccām, & humidām, in qua residet odor, usq; ad quasdam medijs partes, qui postea multiplicat species orbiculariter usque ad narres, & usque ad carunculas mammillates, in quibus potentia olfactiva posita est. Hoc assertunt isti Doctores, supposita illa sententia, quod odor realiter in medio multiplicetur, absolutè tamen negant ideo,

Conclusio Tertia.

Dicimus 3. necessariam esse ad olfactum multiplicacionem odoris secundum esse intentionale, seu per species sensibiles. Est conterranea, & ad finem in Scotis lib. 6. de an. q. 41 Probatissim. quod hæres de longinquo odores sentiunt: hiac ferunt. Vultus tempore bellū Trojanū, sedore cadaverum aduolans ad quingentas millias.

miliatia; sed odor siue cunctis exhalationibus siue illa non potest ita longius diffundi, quia vircus corporis odorosus paulatim minuitur. sed hoc parum veget apud aduersarios, quia etiam pulueres Etnae, Vesuvij, & Vulcano, vento flantes ad eate spaciem delatae experientia plures comprobavit, que fames grauiores, & etiamiores ipsius exhalationibus sunt, quid igitur mutum, si exhalatio suppositio casu, quae magis tenuis, & debilior est, poterit ad lores valde remota impulsum ventorum deferri? Metius probat, si potest, quia cum exhalationes sint tenuissimæ substantiae, solum non se immergerent in aquis, quia hic esset motus violentus, qui ab intrinseco fieri non potest, sed eadem extrofescam poscunt, ut experimur res odoriferas in aere coactas percipi, & percibes sub aqua existentibus, ut de Crocodillis patet, qui ad odores carnium in arboribus, & piscatoribus data opera apposita sunt, ex aquis emergunt. Tum quae ex continua evaporatione non soli sequeretur diminutio, sed etiam consumptio, & putredo rei odoriferæ, at multa sunt aromata, licet in odore acutissima, que tamē suam secesserint, quibus ratio-

nius ostenditur necessarias species, supponendo, quod odor non sit qualiterius qualiterius ratioidis produc-

ti. Quibus rationibus, & in quantum, & in quod Obiectiones.

ii. Obiectio Arist. de sensu, & sensibili.

Capi, q. vnde odores institutos, tantum remoto odorabilis odora-

mus à natura ad cerebrum tempestandum, & è contra multi docent, quod explicari nequit, nisi ratione exhalationis hant. Tum quia quoties odorat volumus, aerè attractimus, & respiratione odoriferam exhalationem ad organum transmittimus, ergo &c. Et ad i. hoc intelligendum esse quatenus odor supponit pro vapore odorifero, qui alias qualitates annexas proficias habet, vel noxias cerebro, & quia olfactus per huiusmodi attractionem lapè fit. Cöcedunt etiam aliqui species intentionales, cum sint etiam reales entitatis, possit cerebrum alterare. Ad secundum non negamus respirationem esse necessariam ad olfactum, qua interdum attrahimus exhalationes, quandoq. aerè speciebus, informatum, que nobis nihil officiunt.

Ob. Vento in contrarium flattente, homo non odorat, sed ventus non impedit immutationem intentionalem, ut patet de visibili respectu visus, ergo. Tum quia remoto coloratu à prospectu visus, non videtur color, sed remoto odorabilis adhuc odoramus, ergo odoratio non sit immutacione intentionali. Et ad i. quod Ventus in contrarium difluens, odorem à nobis auferit, in quantum odorabiles exhalationes ex terra sphaera nostri factus defret, qui cum tardior sit, non sentit odores distantes, et Vulneres semivires, qui potentioris factus sunt, ideo nihil. Ad aliud, in

mus, quia improspexit remanente ut sepe in omnibus accidit, qui gustum amicunt, tamen incohumi perferantur. Dices, Arist. hic est. i.e. ait: Tactus est quidam gustus. Et tangibile est quoddam gustabile, ergo non differt. qd. Arist. tunc non loqui formaliter, sed presupposito, quare nos ad gustum supponitur tactus, quia tangendo cibas, illum gustamus, & quia in eadem parte animalis, in qua est gustus, est etiam tactus, licet non est contra.

Colligitur ex his, supposito, qd odor sit qualitas secunda, causata a mixtione qualitatum elementorum, in qua siccitas humiditatem supereret, clementia pura odore carere. Quod si Mare olet, ideo est ait Doct. Angel. lib. de sensu, & sensato lect. i. a. quia siccitas terrestris admixta est humido aquo, ut per talsum saporem manifestatur.

ARTICVLVS DECIMVS.

De Organo, Medio, & Obiecto Gustus. **S**Opponimus hic cum communia sensum gustus distingui a sensu tactus, cuius ratio est, quia distinctionem sensuum sumitur ex obiecto actu, & organo, sed omnia haec sunt diversa in gusto, & tactu, ut dicunt; obiectum. n. gustus est qualitas secunda, obiectum tactus sunt qualitates primae; actus gustus est delectatio cibi, non autem tactus; ite organum gustus est in lingua, organum vero tactus per totum corpus est sparsum. Tu quis distinguatur realiter, possumus n. separari,

Dices, Arist. hic est. i.e. ait: Tactus est quidam gustus. Et tangibile est quoddam gustabile, ergo non differt. qd. Arist. tunc non loqui formaliter, sed presupposito, quare nos ad gustum supponitur tactus, quia tangendo cibas, illum gustamus, & quia in eadem parte animalis, in qua est gustus, est etiam tactus, licet non est contra.

Instabis, aqua elementaris gustatur; que tamen nullum habet saporem, sed primas qualitates, ergo gustus, tactus est, vel species tactus, cuius est primas qualitates, percipere. qd. aqua ut est purum, elementum non gustatur, sed ut mixta est terra, & sic saporem habet.

Sensus igitur iste omnibus animalibus conuenit ex Arist. hic 28. & de sensu, & sensil. cap. i. & ea ratione, quia quodlibet animal potentiam habet nutritiun, ac proinde, ut sustentetur, alimento indiger, gustos autem alimenti perceptioni inseruit. Ceterum non est hoc absolute, & universaliter intelligendum, sed solum de animalibus non valde imperfectis, siquidem sunt quaedam animalia adeo imperfecta, ut cum exercitis animalibus nihil praeter sensum tactus, & motum quemdam dilationis, & restrictionis videantur habere, in effigie verò corporis ad planarum naturam accedunt, & talia sunt que-

Zoophyta, scilicet plantanimalia ap-
pellari consueverunt, quae omnia
vel laxis, vel arena, vel limo adha-
ret, ut sunt Stella marina, Pumilio
marino, Verteica, Spongia, &c. quae
ad radicibus alimentum sumere vi-
detur, et plantae, ita Aristoteles hic
est. 17. & 23. & lib. 3. ccx. 66.

Quod ad structuram, seu organa
huius sensus dicitur componit ac-
quod residet in ore, quod dicitur
coecum illud spatium, quod a labiis
usque ad imas fantes interiaceat, in
quo dentes, lingua, palatum, &
gurgulio residunt. Dentes sunt os-
sa orationis membrorum: dexterissima:
intus canina, venulis, & nervis pre-
dicta, gingivis firmiter radicata, &
affixa, & numero sunt triginta duo.
ut plurimorum quercum molares ad
concedendum cibū sunt viginti, in-
cisores octo, canini quatuor. Lin-
gua residet in medio, & que pars
carnes, rasa, & laza, & spongiosa,
ut humores, qui saporum vehiculi
sunt, facilius imbibat, & in se reci-
piat; innititur cibam offi sicut ba-
si, & fundamento; ei cogitur qua-
dam tonica, tenui, & lobata, tori-
ori, ac palato communi; constat ex
noncum muscularis, ut anterior, & ex
peditor sit ad motum, tum ad lo-
mifendum cibum, tum ad voces
accordandas, ut i. q. n. muneri da-
ta est hominibus. Possideret duas ve-
nas maiores, & duas minores, que
arteriae dicuntur; Insuper duos ner-
vos a cerebro procedentes, quorum
una crassior, & durior, & inferi-
ore in muculo lingue, ac taryn-

gis, & linguam mouet; alter vero
est major ad sapores digerendos
dos institutus. Sunt tandem in ea
duo glandulae, & ex hoc
fille appellantur, quae inserviunt
ad generandum ex humoribus sa-
liaem, quae ad gustum sati necessa
faria censetur. Palatum est pars or-
nis superior ad instar fornicis mo-
dicè concava, foraminib. persimila
quibus ex cerebro pituita in os de-
scendit, atque enus alpera.
Ex his particulis componitan-
os, sed quemam istud sit potissi-
ma sedes potentiz gustatiuꝝ, affi-
redam est organum, seu sensorium
gustatiuꝝ potentiz situat esse in
cuspide lingue, & in palato, ita ma-
nifestè colligitur ex Philosopho
lib. 1. de hist. animal. cap. 1. ver-
sus finem, & lib. 2. de Part. anim.
cap. 17. & lib. 4. cap. 11. ait: Bi-
ngua .n. sensum mouet saporum, scaleni-
torum autem omnium, voluptas in de-
scendendo contingit, dum .n. deglutiu-
mus, pingua sentimus, & salsa, & dul-
cia, & reliqua generis cibas. Ex qui-
bus apparet, organum, & sensum
gustus in lingua, & palato con-
sistere; non utq; in quavis parte, sed
in palati parte posteriori, in lingue
vero anteriori parte, & reddit ratio-
nem à posteriori sicut .n. palatum
non sentit voluptatem savorum,
nisi in descendendo, sic & lingua
magis sensit in primore, ergo de-
mente eius est sensorium gustus si-
tum esse in cuspide lingue, & in de-
scensu palati.

Hinc dicit Aristoteles lib. de sensu
& cœ;

de sensibili cap. 20 & si de parte animi est qualitas de tercja specie? Dicitur & anima est sicut ad denotandum sicut potest non esse qualitas omni primaria sed secundaria, & a primis causis sed maxime a siccо, & humidо; dum plex autem est siccum, igneum, & terrae, prius est in materia facie exili, & tenacitatem secundum est in materia crassiori. Siccum conatur ad saporem non est singularis, sed quia ob tonsoriam est parum idoneum ad gustum, sed est siccum tenuem propter crassitatem magis apertam; similiter humidum duplex est, ut aquaceum, quod est subtile; & tenue; acerum aquatum, crassum, & grossum definitio intelligitur de humido aquo, non aereo; ratio est, quia gustus est potentia valde materialis; ideoque obiectum materialiter exigit; Et Crassum, Principium tamen non est. Est pars siccum, sed in humidum, non ab humidum in siccum, nec quia siccum in ordine ad saporem debet predominari, quia ex dictis sapore consequitur humidum sicut odor siccum, sed quia humidum, ut recte edentibus ad coquendos saporis, debet a siccis modis, & attemperatis. Dicitur tandem alteratio gustus secundum specierum proponitur, quia ex Aristotele. Sensibilita immediate super sensum potest non faciunt sensum actionem, sicut sensus corporis.

Obiectum dandum gaudus est sapor, qui sic definitur ab Aristotele. lib. de sensibl. cap. 4: Est passio facta a sapore humido gustus, qui secundum potestiam alteratiam actionem. Dicitur passio, logos generis, quia Dicitur passio, logos generis, quia tunc qualitates primas, scilicet calore,

humiditatem, siccitatem, & frigida-
ritatem tui gustabilis, ergo sapor
non est obiectum adaequatum gu-
stus. *P. neg. min. formaliter, & fo-*
lium illam concedendo conceditam-
ter, nempe ratione tactus, sine quo
gustus neque saporem sentire. Un-
dè solùm inferri potest, quòd lingua
percipiat qualitates tangibili-
les ratione tactus, sapores vero ra-
tione gustus. Deinde litigant DD.
de speciebus odoris, sed quia sunt
tes patui momentis, relinquuntur.

Ex ratione tamen immutandi
gustum committit referuntur o-
do, vel novem, sapor, n. dulcis tu-
st: calidus, & humidus temperatè
immutat gustum, moderate cale-
faciendo, humectando, & delecta-
ndo: Amarus, quia est valde cali-
dis, acer, & crassus habet vim,
valde irritandi, exicandi, &
gustum exasperandi: Pungens cum
sic satis humidus, & frigidus ad-
modum delectans: salus ratione re-
memoris caliditatis, & siccitatis:
Virtutem habet conseruandi, & ed-
ricandi: Acer immutat incidentia-
do: Austerus pungendo: Acerbus
constipando, astringendo, & exasper-
ando: Acidus asperiendo, attenua-
do, & frigesciendo: & Ponticus in-
cidentio, & mundificando, ac corri-
perato frigesciendo, ergo cum
quo sine ratione saporis immu-
tandi sensum gustus. Octo partes,
& non plures erunt saporum spe-
cies, & differentias.

PARTICVLVS VNDECIMVS.
De Organis, Medio, & Obiecto Tactus.
Sensus de hoc Art. differit libr.
qu. 3. & in 2. dist. 3. q. 8. ad 3. &
alibi; pro cuius intelligentia sup-
ponimus difficultatem non virgine
de particib. illis, quæ anima sensit?
na carent, quod ad eum secundum
ut sunt ossa, siquidem organis
fensus debet esse sensuum sed de
illis, quarum aliquæ sunt caro, cu-
ris, cartilago, & similia; aliæ sunt
nerui per totū corpus diffusi, quib.
spiritus animales à cerebro mem-
bris communicantur. Partes p̄fimi
generis sub nomine carnis modò
comprehenduntur.

Circa organum, & sensorium ta-
ctus, reiecta prius sententia Simpl.
Theolog. & Sacell. qui ex Arist. libr.
de sensu, & sensib. cap. 2. in si-
ne, & lib. de Iauent. & Senect. cap.
2. luctant sensorium tactus, sicut
& gustus in corde situum esse, quæ
opinio iam supra reiecta fuit; ali-
ter aliae partes corporis sensum ta-
ctus non haberent, quod est contra
experienciam; & Arist. solum ibi
inuenire voluit radicem horum sen-
suum esse cor, quia secundum nati-
vitas à corde prouenire, non à cere-
bro; sicut enim posuit sedē animi
semelida, hac igitur opinione, ut
improbabilitate reiecta.

Tres sunt Sent. præsupput, duæ
extremæ, ut una media. Prima ex-
tremæ constituit sensorium tactus
in quibusdam nervis per totū cor-
pus diffusis ad modum cutulam-
retis.

retis, sicut in folijs arborum apparet. ita D. Thom. hic lect. 3. Co-plut. Ioh. de S. Thom. Fernel, & alij. Secunda extrema in sola carne sensum tactus contituit, ita Philop. hic tex. 124. Alex. & alij. Tertia media utramque extremam recipit, communisque est apud Recent. ut videre est apud Coimbr. Ruu. Suar. Hurt. Arriag. Auersa. Dandin. & alios, sumens cum media, ideo,

Conclusio Prima.

Dicimus primo organum sensorum tactus non esse solum nervos, sed etiam cutem, carnem, pelliculam nervos cooperientes. ita tamen, quod caro dependet a nervis. Hec conclusio non est contra Scot. ut ianuere videtur Liu. Rabel. liber. 2. de An. Disp. 5. concl. prima, licet n. Scot. hic q. 2. citat dicat carnem esse medium tactus, nervos vero esse organum, accidens Respondens ad 3. argumētū, quod erat hoc significatio tactus sit in aliqua parte, ubi non est nervus. ergo sensum tactus non consistit in nervo. respondet: utcumque est tactus in animalibus, ibi est nervus in ratione organi, non animus requiritur, quod sit ibi nervus formaliter in qualibet parte carnis, sed sufficiat, quod sit in ictu. vel prope realiter, vel virtualiter, & sic est in qualibet parte virtualiter, quia virtus nervi propter existentis qualibet pars potest sentire capibile. Ex quibus patet, ut etiam ibi Caueil. aduertit, & sequuntur; Mair. & Bell. hic dicit p. 5. qu. 6., art. 1. in sept. Doctoris, carnem,

aliquo modo, sentire. & quae quoque organum tactus, dependet tamen a nervis.

Quantum ipsas stat ad sent. Arist. varie est locutus, nam primū de solidi animali, cap. 1. & 5. affirmat caro esse organum tactus. At in hoc p. tex. 109. assertis tantum est esse medium internum tamen, & coniunctum, hinc tex. 116. carnem, & linguam in ordine ad gustum, & tactum sit, se habere ut aerem, & aquam ad alios sensus, quod est se habere ut medium, non ut organum, qua ipsa, nisi exilius admittere Arist. est sihi contrarium, vel sententia mutata. melius explicari nequeat, quod ideo negavit carnem esse sensorium tactus, quia est dependens a nervis, qui sunt sensorium principale. Nec comparatio illa aeris, & aquae valde vegeter debet aduertit Auersa q. 14. sec. 13. comparatio n. consistit in hoc, quod tam aer, quam caro sunt aliquando modis mediū, sed aer est medium per se, at caro est etiam organum, prius tamen principale, & hoc idem docere videtur Arist. dum hic tex. 146. ait: Quod manifestum est, quod caro non est ubinum sensorium, ergo haec est differentia inter carnem & nervos, quod ibi sunt vicini sensorij, caro vero non vicina, utrumque tamen est sensorium.

Fundamentum huius asserti est experientia ipsa, cui aduersarij non recte satisfaciunt, & consistit in hoc, quod carne percipiamus tan-gibi.

gibilia: siquidem percipiamus ex tactu carnis dolorem, vel delectationem, quæ sive sensatione haberi nequeant. Respondent talem sensationem propriæ fieri in nervo propinquo, in carne vero tamquam in medio, & hoc clare Arist. ostendit hic tex. 109. Non placet nostra dolor, & sensatio in illa parte sentitur, ubi card pungunt, non in parte propinquâ. Nec Arist. loc. cit. est contra nos, ibi. n. inquirit sensorium principale tactus, quæsiles sunt nervi, non caro. Tunc quia sensatio tactus fieri potest in corde, in epato, pulmone, pericardio capitis, in quibus ex communis Anathom. sententia non experientur nervi, nisi valde distantes, affectore quem etiam in his partibus repetit hysicullos quoddam cuius Adversarij, est strutturam corporis solidum compondere. Tunc quia caro est animata, non solam animalitatem vegetatitudinem, sed etiam sensitivam, & prorsus ut saltem respiquat sensos fierios anima sensitiva informat, alioquin nec cor, nec cerebrum, nec alii partes principales animales essent animatae, quod falso est. Confirmatur tandem auth. Di Tho. in 4. dist. 23. ubi docet: vigente tactum in pupillis digitorum, sed ibi non sunt nervi, vel distant, ergo &c.

Objectiones.

Ob. eti Dicq. q. 2. de An. Organis sensus exterioris debet continui organo sensus communis, cuius manus est recipere species sensi

bilium exterrorum; & iudicare de eorum sensationibus, sed caro, vel penitus externa non continuitur illi, sed bene nervus; ergo. pr. ma. intelligentiam esse de organo principaliter quod iam concedimus, vel neganda est minor, nervus n. ille vero descendens cerebro sine extremitate, vel pellicula illa ipsius cooperante, quia aliter non esset idoneum organum.

Ob. contine illud axioma, quod etiam vicitur Liua. Rabes. sensibile possum supra sensum, non facit sensationem ex Arist. hic tex. 15. 98. & r. 6. sed tangibile possum supra carnem, tantum sensationem, ergo caro non est sensorium tactus, sed medium. Hec ratio solida vicitur Thomistas, qui universaliter de omnibus exterris sensibus hanc propositionem concedunt; Aristoteles lib. 3. de An. cap. 27. & Gombrini 2. de An. cap. 11. q. 3. excipiente gustum, & tactum. Rua. 3. de Acc. cap. 1. q. 3. excipit etiam olfactum. Tandem Subtiliss. libr. de An. q. 4. excipit quoque auditum, & solidum visum sic per se indigere studio ad videndum obiectum, & maximum colorem; si huc sent. de visu probat Scot. quia ut color principiatur, indiget lumine ex dictis; similiter potestia debet esse illuminata; si autem obiectum superponetur oculo, ita obumbraretur talis oculus, quam obiectum, & ita impeditur visio. de alijs sensibus, p. non necessario, sed si supponeretur organo, adhuc perciperetur par-

ter inductione, nam sobs in aere sentitur, ut paces de cinnico, & simbilo intra organum ipsius. Odor & evaporationem potest immediate vni processibus mammillaribus, quod etiam de sapore, & qualitatibus tangibilibus absque via contradictione asserti poterit. Ad loca Arist. respondebitur commodius. Art. sequen: Tum, quia si ratio alata valet de carne, valet etiam de Neruis, nam tangibile positum super nequam causat sensacionem &c.)

Arguitur tandem, quod nervi esse non possunt sensorium tactus, & hoc in sent. Arist. qui i. de An. animali: Hec ait ossa, nervos, & pilos nihil sentire. Et si nervi considerent secundum temperamentum inanimorum, quia spiritus frigidi, & fisci, non idonei sunt ad sensationem, & hoc innuere voluit ibi Arist. Si vero considerentur, ut calidior & humectantior sunt a spiritibus, quos deferunt, tum a caro, tunc temperamento idoneum ad tactum acquirunt.

Solus etiam hic dubitari de potentia tactica, an sit una, vel multiplex, & multi eam multiplicante extra multitudinem contrarietatum quam primarum, quam secundarum, iuxta illud Arist. hic tex. 207. Omnis sensus est unius contrarietatis, ita D. Tho. in hoc 2. lect: 22. quem sequuntur Aegidius. Caiet. & alii. Quidam vero ex opposito defendunt esse potentiam tactuam unam specie tantum, ita multi ex Ant-

quis, ac etiam ex modernis, quoq; citas, & sequitur Ryu.

Sciendum pro resolutione, quod aliqui Declarantes potentiam tactuam considerando penes qualitates tangibiles esse multiplicat iuxta multiplicatioem specificam, earumdem qualitatum, unde respectum numerant tactus. Primum respectu calidi, & frigidi: Secundum humidi, & fisci: Tertium respectu graui, & leui: Quartum respectu doloris vulnerum: Quintum respectu delectationis rerum venerarum: Sextum, & Septimum collocauntur in stomacho unum respectu fatus, alterum respectu fisci. At non placet, ex relata Arist. auch. tex. 207. quia omnis sensus unus est contrarietatis, ut vestes albi, & nigri; auditoria granis, & acuti; gustus amari, & dulcis, sic dicendum est in casu nostro, & quia tangibles qualitates reducantur sufficienter ad duas, portae ad caliditatem, & frigiditatem, humiditatem, & fiscitatem, hinc aliqui deducunt tactus formaliter supposos, seu potestias tacticas esse duas, scilicet unam respectu calidi, & frigidi, alteram respectu humidi, & fisci.

Conclusio Secunda.

Nos vero dicimus, sensum tactus esse unum specie specialissima. Est certior, & ad mentem Scoti in s. d. 3, q. 8. ad Terziu[m]ybi docet ex determinata numero potentiarum colligit debere determinatum numerum organorum, & sanguinis, & obiectorum, ergo, & e contra ex de-

germinatio numero organorum colligi debet determinatus numerus potentiarum, sed organum tantum est unum, saltem unitate contingitatis, & non plura pro diuertitate contrariarum qualitatum, in eadem n. parte sentimus calorem, & frigiditatem, aliasq. qualitates, ergo una species est potestitia tactus, in specie multiplicata. Tunc quia unicum corpus ab una forma informatur, non a pluribus simul, si forme sunt disparatæ, ergo non dantur plures potestia aperiens idem organum, informantes; & tanto magis, quia in sepr. nostra potentia sensitiva non est ab anima realiter distincta; & respectu unius determinati organi, una potestia, & una formalitas assignatur, non duplex. Tatar. & Ioan. de Magistris sic distinguunt: Tactus tripliciter potest sumi, scilicet pro organo, vel pro potentia animæ, & his duobus modis assertuot esse unam specie, tertio modo pro dispositione qualitatina, secundum quam organum disponitur ad recipiendum species sensibiles, & in hoc aiunt esse duplensem, nam alia est directio pro receptione calidi, & frigidij, alia vero pro receptione, vbi ait: In eodem nervous est alia qualitas, secundum quam est directio frigidi, & calidi. vbi manifestè loquitur de potentia sensitiva pro accidentalis, non de sensitiva substanciali, ut nos in presenti loquimur.

Dices, Arist. hic tex. 107. hoc mouens dubium, resolutum, esse plures sensus, & sic probat: Una potestitia sensitiva est unius contrarietas perceptuæ, ut inductione patet, sed tactus est perceptuus plurium contrariatum, caldi, & frigidi, humidæ, & siccæ, &c. ergo plures requirit potestias. Nec valet agit Arist. quod etiam oculus plures percipit contrarios colores; & auditus plures contrarietas voces, hæc n. omnia conueniunt in una ratione generica, nempe coloris, & soni; at tangibiles qualitates non possunt ad unicam genericam reduci, aliter primæ qualitates non essent quatuor. ge. ibi Arist. non loqui assertivè, sed dubitative tantum, ut ex ipsis verbis text' colligitur, vbi nihil resolutum; nec instantia urget, licet n. omnes illæ quatuor qualitates quod ad esse reale non videantur ad unum genericum reduci, possunt tamen in esse sensibili uniuocari sub ratione tangibilis qualitatis, quatenus eodem modo omnes sensus immutandi sensum conuenienter, vel disconuenienter, ut ex Doct. colligitur in 3. lent. d. 15. S. condemnamus ad Doct. in lib. de A. q. i. tra ista, &c. quæ doctrina recipitur etiam à Thomistis, ut patet a pad Lisbonens. hic q. 7. art. 7. Raym.

Mondum Mālāthi. part. 4 disp. 7.
 & alios, qui volunt obiectum per se, & prīmādū tāctus esse aliquod inanum, pūta tangibile sub ratione generica sensibilis, & p ut cōprehēdit qualitates primas, & secundas. Vel dicendum est, tūc Arist. potentiam hanc considerat quād ad accidentia. vt diximus ad Dic. sufficit igitur vnicus sensus tactus circa omnem tangibilem qualitatem, sicut una potentia visua, licet color, & lux sint duo obiecta, conuenient hī in una ratione visibilis qualitatis. Tum quia ex opposita sent. sequeretur sex esse sensus extēnos s. visus, auditus odoratus, gustus, & duplex tactus.

At resp. Liu. Rabes. negando consequitur n. tactus formaliter multiplicetur, realiter tamen est unus, tunc ob unitatem organi, tum propter unicum modum immutandi genericum, quā sufficiunt ad unitatem sensus generici. Non placet nam eadem ratione multiplicare, debemus formaliter sēlos visus, auditus, olfactus &c. & sic poterē decem sensus extēnos formaliter, & quinque genericos, & realiter.

Quantū ad medium tactus, supposito, quād medium sit duplex s. vnum extrinsecum, & hoc est corpus inanime à sentiēte distinctum, vt aer, aqua, vel aliud corpus humidum; aliud vero intrinsecum, & est corpus animalium, coniunctum sentienti, vt pellis, caro, cartilago &c. dicimus ad mētem Scoti, nullum medium, neque exer-

cit, neque internū per se ad extētū requiri, sed folūt per accid. aliquātido intervenire. Pr. de mēdio extēno, nam aer & quodlibet corpus fluens iam immediate nos tangit, & si manus esset in aqua, non posset mediare aer. Pr. de mēdio interno, si n. caro est organū tactus ex dīctis, & hīc immedietē organa tangit, ergo ab ēque solo medio fieri. Tertia tandem particula, quād s. interdum sensus tactus medium extēnum per accidēs admittat, est Arist. hic text. 109. & bidocet, quād si extēderetur aliquā pellicula super digitos, etiam corpus tangibile sentiretur.

Quantū verò spectat ad obiectum tactus, queritur præsertim, an huiusmodi obiectum ad tactiōnēm coheritat immediatē, an vēris per spēciam; seu an obiectum tactus immutet necessariō potentiā secundūm esse reales, & naturale, an verò secundūm intencionale. Tolet. Vall. Hurt. Arriag. & alijs qui negant species intentionales in tactu, volunt concurrere immediate, seu realiter. Commonitor tamen sent. admittit quāq̄ spēcies in sensu tactus, & consequenter etiam in sensu gustus, & olfactus. Via ampla, sed non deficiunt spinz. Scot. in 4. d. 44. & libr. de An. qu. 4. & 5. licet huius sit sent. potius tñ has species supponit. quā probat. Inuitur tamen ab Arist. in hoc z. text. 121. & sequ. vbi vt probabilius Peripat. defendit, sed in probatione claudicare videtur;

Vn-

Vnde aliqui puraverunt melius est, se talis species de medio tollere, saltem circa aliquos sensus.

Nolstra igitur, & communis sent. ex hoc medio probari solet, quia cuan obiectum sic nini crassum, non potest immediatae concurrere ad sensationem, quia est immaterialisior, ergo necessario requiriunt species sensibilis, quia cum sit etiam immaterialior, magis proportionata videtur ad sensationem quam obiectum ipsum. Sed huc ratio non regat, vel si non aliquam habere et probare etiam in cognitione intuitiva intellectus, necessariam est, se quoque speciem, quod falsum esse infra ostendemus. Respondeat igitur Arriag. huc esse verba tantum ad accreditandum, & sine fundamento asserta, nam sicut obiectum licet crassum potest esse causa totalis speciei, quia est subtilior, cur nequit immediatae cum potentia, si est debite approximatam concurrere ad sui cognitionem? sed vel maxime, quod potest ipsum obiectum cum intellectu separato immediatae concurrere ad intuituam cognitionem, ut dicimus, quia cognitio vere spiritualis est, & immaterialis cognitione sensibilia, quia solum spiritualis dicitur similitudinari, & comparari.

Aliud medium, quod affrunt, est, quia sensibile possumus supra sensum facit sensationem, ergo nec essentia est species sensibilis, quia ut magis depurata sensorium ingre-

datur, & cum potentia sensatione eliciat. At Rns. Aduersarij negantur, nec probatur, nisi autorit. Arist. ad quam referat illa, qui iungant in verba Magistri &c.

Supposita igitur, ut vera nostra sententia, ad mentem Arist. Scotti, & D. Th. l. p. q. 78. art. 3. ita efficacius suadetur: Contingit aliquando contactum fieri per speciem, ergo semper per speciem fit. Pr. huc conseq. quia ideo per Aduersarios negatur tantum fieri per speciem, quia obiectum est valde potentia approximatum, cum sit illi contiguum, & eadem ratione species in vili, & auditu requirunt, quia obiectum est distans, ergo si obiectum contactus est aliquando distans ad sui tactio- nem causabit species. Si autem semel admittimus obiectum distans immediatae concurrere ad sensationem, idem de visa & auditu asserere debemus, ac consequenter universaliter species omnes negare.

Pr. conseq. primi argumenti: Si semel concedamus in obiecto tangibili virtutem produci viam species, dicitur eas tam affirmare, semper illas producere, etiam quando est potentia contiguum, quia tunc quoque est agens naturale non impeditum, ac proinde non immediatae ad sensationem concurredit, sed mediante specie; huc conseq. patet, si. n. adest species, quia est sufficiens causa sensationis cum potentia, ad quid nouus contactus obiecti? utique vel concursus obiecti, vel speciei erit superfluus. Et quia,

quibus deditur a posteriori nullum obiectus sensibile immediate coactare ad sensationem, sed mediante specie, quae dici solet vicaria, vice gerens, & semen obiecti; hinc nec odor potentia olfactus approximetur, non inde deducere debemus esse causatum sensatio- nis immediate, sed solum speciei idemque assertendum erit de sonis & gustu ex paritate rationis.

Dices, obiectum sensibile potest immediate coactare ad notitiam intuitivam intellectuam sui, secundum nostrum principia; ut infra patet, ergo rationabilis poterit immediate coactare ad sensationem, vel si ad hanc requiratur spe- cies sensibilis, non est contra nos.

DISPUTATIO VII.

DE SENSIBUS INTERNIS. T. 36. ET SEQ.

Quoniam autem sentimus quod videntur, & audiuntur &c. sicut q

Habita in completa cognitione sensuum externorum, tendit modo Aris. ad extincionem sensuum internorum, & quia sensus internali operibus animi rationalis maxime deservantur, de qua postquam Aris. agit in 3. libro, ob causam cum intellectu affinquantur, multi ex antiquis putarent sensum internum, & intellectum identificari, & forte hac ratione Greci Interpretes lib. Tertium de Anima a sensib. internis incepere affirmavunt, quos postea fecutissimi D. Thom. Bott. Argropol. cum multis ex Latini; Magis tamen placet distributio, quam Arabes tradunt, quod f. secundus liber de An. Utrum usque ad tractatum de intellectu, & anima rationali exclusum; sic n. magis seruatur ordo, & unitas materie, quatenus in 2. libro habetur tota, & completa declaratio anime sensitiva quo ad omnes potentias tum externas, tum internas; In tertio deinde de sola anima rationali. Agimus igitur in hac disputatione de sensibus internis, & primo de organis, & obiectis ipsorum.

ARTI.

ARTICVLVS PRIMVS

Conclusio Prima.

De Organis, & Obiecto sensus inter-

terni, ubi etiam audentur

species insensatae.

SCOT. de his differit q. 9. & 10. de An. & in t. dist. 3. q. 2. F. & sspè alibi. Non inquitimus hic de sede animæ sensuiz, quæ in Arist. sententia est cor, ex supradictis, sed de immediato subiecto sententiaz internæ sensituiz, in quo sentationes internæ excentur, & duæ referuntur sententiaz. Prima est Arist. lib. de iuvent. & senectu. cap. 2. & lib. 2. de part. animal. cap. 1. & 7. & alibi: assertoris, cor esse immediatum organum interni sensus, sequuntur quam plures Peripat. Auerr. Themis. Alex. & alij. Secunda docet esse cerebrum, & est communior, tum apud Medicos, tum apud Recentiores, est tamen inter ipsos aliquod dissidium, in qua parte cerebri immediatè consistat, cerebrum n. ex diuisi pluram continet; habet ipsam substantiam cerebri, medullam appellaram, habet duas membranas, ipsum cerebrum contegentes, quæ meninges vocantur, quarum una dicitur pia mater, altera dura mater; Cōtinet etiam intra se quatuor sinus, vel cellulas, qui ventriculi nuncupantur. Modò dissident DD. nam aliqui sensoriū sensus interni in Meningibus ponunt, alij in ipsis fibris, sicut ventriculis, ita Faber theor. 100. cap. 1. Alij verò in ipsa cerebri medulla, ita Galen. lib. 7. de Decret. Hippocr. & Plat. cap. 3. sūt ergo.

Nos verò asserimus, immediatum instrumentum sensus interni non esse cor, nisi tantum radicaliter, formaliter verò effere cerebrum, non tamen secundum Meninges, vel cellularas, sed secundum medullam, & substantia ipsam cerebri. Et Doct. q. 10. de An. ubi Canell. in eo commentario, Mastr. & Bell. hic disp. 5. q. 8. art. 1. Pr. quò ad primam partem à Subtiliss. sensus communis accipit suam immutacionem sensibus particularibus, idcirco debet prope sensus exter nos existere, at hi sunt in capite, vt visus, auditus, olfactus, &c. ergo. Tum quia in cerebro sentimus actus sensationis internæ; imaginations, & visiones in capite habemus iuxta illud Danielis 7. Sōnum tuum, & visiones capitis tui &c. hinc si quis nimio studio defatigatur, dolorem in capite sentit, non in corde. Tum quia phrenetici, in quibus organa dis temperantur, non cordi medicamenta applicantur, sed capiti, quod certum signum est in capite huiusmodi operationes exerceri; Attamen, quia in corde est primum principium vitez, motus, & sensus, & ut ex anathomia constat, arterias, & musculos ex ipso ad cerebrum ramificari, sequitur, quod sensus interni sint radicaliter in corde, tamquam in principio vitez, & ita intelligendus est Philosophus. Indè colligitur quod est prius formetur cor, & vivat animal motu respirationis, & pulsationis, & rigeat sensus tactus, acci-

men donec formetur cerebrum, quidem, cum si: materia aliquan-
nec perfectè sentit, nec habet sen-
sus internos, natura n. ab imper-
fecto ad perfectū procedit. & h̄c apta ad species sensibiles recipien-
tūlūm fluxibilitis, nec valde dura,
nec tauris molles, ac proinde satis
est sent. SS. PP. Agust. in psal. 29.

Gregor. in cap. 9. Iob. Chrysostom.
Ambro. & Aliorum. & plautibus in
etiam locis ab Arist. insinuantur,
vt videre est in 2. de part. Animalium
cap. 2. & 10 & alibi.

Secunda pars, quod non consistat
in Meningib⁹, indē patet, quia
ist⁹ potius sūt partes cerebro sub-
seruientes, & propter ipsum à na-
tura institutæ, & vt ipsum defen-
derent, ergo non sunt sensitorum
sensus interni, quod esse debet pā-
rs quædam per le à natura intenta.
Tum quia sequeretur, his tonicis
lexis, ladi quoq. sensus internos,
quod est contra experientiam, te-
ste n. Galeno loc. cit. denudato
omnino cerebro; nullum interhus
sensus patitur detrimentum; ma-
xime autem pateretur, si medulla
offenderetur, ergo &c.

Neque esse possunt ventriculi,
quia sēlus interni multiplicari de-
berent iuxta numerum cellularum
quod non est necessarium. Tum
quia organa non essent illi cau-
tates, sed potius aliquis humor,
vel substantia in illis inclusa, quæ
esse non poterit, nisi spiritus ani-
males, qui in sententia nostra non
sunt animati, sed in continuo flu-
xi per totum corpus diffunduntur:
Vndē sequitur, quod ipsa medulla
cerebri sit aptum instrumentum
pro sensu interno, & rationabiliter

Dices. Cerebrum non est conti-
nuum reliquo corpori. Item sensu,
& sanguine caret, vt medulla ossiū;
& cum aliquis pungitur in aliqua
parte corporis, videtur punctio il-
la vsq. ad cor penetrare, ergo Cor,
non cerebrum est organum sensus
communis. Et negando consequē-
tiā, siquidem falsum est cerebrum
cum reliquis partibus corporis nō
continuari, nam continuatur per
medullam spinalem, & per nervos,
vt supra dictum est. Neque est cer-
tum, quod omni sensu tactus ca-
reat, quo etiam concessio, nil impe-
dit quin sensus interni organum
esse possit; immo hoc censetur necel-
larium, si n. ponitur instrumentum
scientiarum, quæ est veluti index
omnium externorum sensuum, ne-
cessarium est, vt omni sensu caret,
ex illa maxima Arist. quod recipi-
ens debet esse denudatum à natu-
ra recepti. Falsum est etiam nihil
sanguinis in eius venulis continere.
Non est tamen eiusdem naturæ cū
medulla ossium, nam h̄c non est
animata, & se habet vt alimentum,
at medulla cerebri est animata,
& ex præcipuis inter corporis par-
tēs censetur. Punctio dicitur vsque
ad cor penetrare, quia arterias ad
cor perueniunt, vel hoc enīc ab
naturalem subordinationem cum
præcipuis membris, quorum va-
num est cor.

Vrge-

Virgebis ex Scopo, q. 10. de An. non cognoscuntur nisi prius ab interno affectit organumphantasie. cōsistere in prima concavitate cerebri, ergo non in medulla. Et cum Scoti illis ibi Doct. non loq. ex propria sent. sed ad mentem Auct. ene, vt ibi se declarat, & parum infra, dubium resoluendo manifeste docet sensum communem residere in cerebro.

Quotum verò spectat ad obiectum sensus interni, est distinguendum, vel. n. sunt sensationes ipsæ, vel res ad extra; Si de his loquamur, vel sunt res ipsæ sensibiles, ut color, sonus, sapor, magnitudo &c. vel sunt quædam affectiones harum rerum sensibilium, nempe conuenientia, & disconuenientia, amicitia, & inimicitia, ad quæ etiam spectant priuationes, & negationes, ut genebre &c. Si sermo fiat de sensationibus, seu actibus sensuum, vel sunt scelationes sensuum exterorum, ut visio, auditio &c. vel internorum, qui adhuc distinguuntur, vnde actus interni sunt huius, vel illius poterit. De his omnibus inquirimus an sint cognoscibilia, que ab alijs DD. distinguuntur in res sensatas, & insensatas, res sensatae sunt, que immediate per se, & directè à sensibus externis cognoscuntur, qualia sunt sensibilia propria, & communia; res insensatas sunt, que ab externis non cognoscuntur, sed à solis internis, sub quo genere continentur tamen externæ, quæm internæ affectiones rerum sensibilium, & priuationes. Prime dicuntur sensatae, qæ à sensu interno

non cognoscuntur, prius ab interno sétiātur, secundè dicuntur insensatae, qæ primò, & immediate ab interno sensu attinguntur, non ab externo. Quidam assertūt ab interno sensu solum percipi sensibilia externa, loquendo de rebus ad extra, nō autem affectiones, nec priuationes, vel negationes; Aliqui verò cōcedunt percipi affectiones, & negationes, quod verò ad cognoscibilia sensationum, adeat etiam contentio, aliqui. n. absolutè negant sensum internum percipere, aliquem autem sensuum sensituum, sive exterum, sive internum; Alij admittunt solum de externis, non de internis; Alij tandem de utroque affirmant, inter quos adhuc est alternatio, quomodo hæc omnia percipientur, an. s. propria specie. amplius potius aliena.

Conclusio Secunda.

Dicimus 2. Sensum internum percipere utique sensuum externorum obiecta, non tamen ipsorum conuenientiam, vel disconuenientiam, amicitiam, vel inimicitiam per species insensatas, & primis actibus. Et Doct. pluribus in locis, præsertim q. 9. & 10. de An. & quod ad primam partem patet ex dictis, ostendendo dari sensum internum ex hoc, quod ponit, & cognoscit differentiam inter omnia sensibilia externa. Confirmatur, quia intellectus non mouetur immediate à sensu externo, sed interno, vel ab obiecto ut cognito à sensu interno, ergo oportet sensum internum omnia sensibilia exteris cognoscere.

cognoscere, cum hec omnia ab in-
tellectu cognoscantur.

Secunda pars. s. quod non co-
gnoscat sensus internus primis a-
etibus affectiones insensatas, con-
uenientiam, & disconuenientiam,
amicitiam, & inimicitiam, est etiam
Scoti in 1. d. 3. q. 2. lit. F. S. Quia
so dico hoc. sequitur Scotista coiter,
& ex exteris Hurt. disp. 17. de An.
sec. 8. a quibus ex nostris recedit
Cavell. q. 9. de An. & Rabelianus
lib. 2. de An. disp. 7. qu. 2. in Se-
cundo Not. admittentes species re-
rum insensatarum in sensibus in-
ternis. Pr. sensus internus V. G. o-
uis videndo lupum, vel perciperet
inimicitiam lupi media specie ip-
pia lupi, vel media alia specie in-
sensata, vel absq; nulla specie. Non
primum, ut tenet Suar. qd species
hoc lupi eiusdem rationis est, ut in o-
ue existit, & in altero lupo, ergo si
est ex se representativa lupi, ut discon-
uenientis, no solum cui talem dis-
conuenientiam representaret, sed
etiam alteri lupo, quod tamen est
falsum. Neque tertium, quia ad
quamlibet notitiā, & maxime sen-
tientiam requiritur concursus obie-
cti media aliqua specie.

Neque secundum, nam debet as-
signari causa productiva talis spe-
cies, de qua causa valde Adversarij
laborant. Ruu. tract. de sensib. in-
tern. q. 1. & amplectitur Arriaga
disp. 5. de An. sec. 5. dicunt talem
speciem infundi à Deo, vel in prin-
cipio generationis animalium, vel
ad praesentiam objectorum, vel (pe-

ciorum sensatarum. Sed hic modus
dicendi est prorsus voluntarius, ut
benè arguunt Master. & Bell. siquidem
ut hoc Deus efficit ut auctor
Naturæ, quo casu non solùm bru-
tis, sed etiam nobis deberet species
has insensatas concedere, quas ta-
men non experimur; vel hoc facit
ex mera sua liberalitate, & bene-
placito, sed huiusmodi liberalitas,
solùm nobis per diuinam Scriptu-
ram innotescit, & tamē nullibi hoc
in Sacra pagina legitur, Deum s.
in estimatiua brutorum species in-
sensatas infundere.

Quidam volunt species has in-
sensatas produci ab estimatiua me-
dijs speciebus sensatis, accidenti-
bus s. conuenientibus, vel discon-
uenientibus, quatenus estimatiua
ouis V.G. a specie sensata lapi hau-
rit insensatam inimicitiam, quod eò
liquido conspicitur, quia statim ac
videt lupum, fugit. Similiter agnus
videns Matrem currit ad eam, qd
ex specie accidentis sensata ouis,
haurit speciem insensatam amici-
tiaz, & benevolentiaz; & ratio est,
quia estimatiua componit species
no sensatas cum sensatis, ut lupum
cum inimicitia, & ouem matrem
cum amicitia; hoc autem cum fie-
ri nequeat per priores potentias,
quia versantur tantum circa res
sensatas, necessariò apponenda est
alia, quz vocatur estimatiua, cu-
ius obiectu est sensibile rebus sen-
satis, & insensatis cōmunc, à sen-
sibus tamen acceptis; ita discurrat
Liu. Rabel. loc. cit. Non placet,
nam

nām bruta multa venena refugiūt, representat inimicitiam. Sed neq;
vt disconuenientia, quæ nos mini hæc responso valet, si enim no-
mē refugimus, licet eadem habeat stra æstimatiua, quæ æquè nobilis,
accidentia externa. Tum quia figu- & fortè nobilior est, quam æstima-
ra, colores, magnitudo, & acci- tiua bruti, species has insensatas
dentialia externa lupi non sunt ovi cum obiecto causare non potest. vt
disconuenientia, sed potius natu- in nobis ipsis experimur, quomo-
ra ipsius lupi est disconueniens, sed dò hæc potuit æstimatiua bruti?
species sensibilis solùm repræsēt patet hoc de herba venenosa, vel
accidentia lupi, ergo nequit discō- aliqua re inimica naturæ, quam
uenientiam naturæ representare. non percipimus, licet à brutis per-
Pr. ma. quia vt ait Subtilis. si ouis cipiatur. hæc ratio contra vtrum-
mutaretur quò ad accidētia exter- que modum dicendi vrget. Si ouis
na in lupum, nō idcirco esset alte- ait Scot. extrinsecè tantum in lu-
ri ovi disconueniens, & inimica pum mutaretur, non posset æxti-
quia adhuc secundum substantiam matiuæ elicere, & suffodere specie-
esset ouis, & ouis non est inimica insensata, quia nec formaliter,
oui, sed amica. Tum quia hæc sent. nec virtualiter ibi reciperetur, si
ponit quemdam sensum agentem, cut nunquam posset inueniri the-
quem disput. 6. art. 2. respūtous. saurus, quacumque facta suffosio-
Quæ doctrina militat etiam cōtra Mag. Iacob. Brun. q. 8. de Anim.
art. 3. vbi vult quòd talis species insensata producatur à specie ob-
mitigantur, & comprimuntur, sicut cauſatns ex perceptione alicuius in olla feruente patet, in qua calor dilatat aquam, at frigore aeris succedente, comprimitur. Hæc etiam assignari poterit cauſa motus arteriarum, quæ cum ſint plenæ fanguine tenuiſſimo, & faciliter feruente, ratione caloris eleuatur, ſed à frigore partium circumſtatiū in quas impingunt comprimuntur, & à ſe ipſis ad propriam figuram redeunt; venæ autem quia ſanguine graffiori ſunt plenæ, non ita eleuantur, quia nec ſanguis ille ebullit. Inde lequitur, quodd in febri, & timore quodam quaſi saltus in corde, & arterijs experimur, quia videlicet augetur calor, vel propter morbum, vel propter ſanguinis copiam ad cor accurrentis. ſic etiā in ſomno, in iuuenib⁹, & laboratibus ob maiore caloris copiam, vehementius ſentitur pulſus, quam in vigilia, in quiescentib⁹, & in ſenibus. Sunt etiam alia animalis paſfiones, ad motum ſpectantes, & per ſertim numeratū tres. l. Vox, Ritus, & Fletus. De Voce egimus ſupra. Ritus eſt quidam motus localis cauſatus à virtute motiuia reſidente in muſculo diaphragmatis, ad cuius agitationem ſimil exten- dantur muſculi thoracis, faciei, & oris vſq; ad buccas, ad quem mo- tum cōsequitur quidam ſonus vo- cis; qui ſi erit validus, ſolet ca- chinnus appellari. Ex dupli- ci au- tem cauſa potest motus iſte pro- uenire. l. interna, & externa; In- terna eſt affectus quidam letitiae

cauſatns ex perceptione alicuius obiecti ridiculi; cauſa verò externa eſt multiplex, nam etiam in vulne- re præcordiorum accidere potest, quatenus talis generetur ibi calor ex concurſu humotum, & ſpirituū, quodd moueat diaphragma, & re- liquos muſculos intercoſtales vſq; ad os, & producitur rifuſus; ſimiliter ex veneno aliquorum animalium, & herbarū effici potest ſimilis ca- lor eiusdem effectus rifuſus cauſati- uis. Alia cauſa extrinſeca assigna- tur à Doctorib⁹ ad quos otioſos, & curioſos ſtudentes omittimus.

Oppofita paſſio eſt fletus, in quo tria ut plurimum interueniunt ſ. motus oris, vox, ſeu gemitus, & ef- fusio lachrimarū. Motus oris cauſatur eodem modo ut in rifuſu, ſed à cauſa diuersa, nam in rifuſu cauſa eſt voluptas, ipſum cor dilatans; at in flecta cauſa eſt dolor reſtrin- gens, & comprimens cor, ac pro- inde etiam pulmones, & diaphrag- mata, ac reliquos muſculos; & quia cauſa eſt diuersa, diuerſus quoq; eſt motus oris in rifuſu, & in- ſtru; Hinc Arist. ſec. 11. Problem. q. 13. & 15. reddens rationem cur flentes acutiorem emittunt vocē, ridentes verò grauiorem, ait, quia aer fortiter, & ſubtiliter emiſſus à peſto, acutiorem reddit vocem, in rifuſu verò dilatantur pulmones, & meatus, ideoq; non expellitur aer cum impetu.

Quantum ad materiam lachry- marum, ſupponendum ex lib. de Gen. quod inter quatuor humores qui

qui in iecore sunt, & segregantur vnuis est, quod dicitur pituita, vel flegma; vt humor aqueus, qui licet speciale sedem non habeat in corpore cum diffundatur vbiq; specialiter tamen in partibus illis residere videtur, qui sunt in continuo motu, qua ratione humectatione indigent, ne continuo motu in calecant, & exiccentur, talis est humor in partibus mollioribus universaliter residens, qui sudor appellatur. Residet etiam specialiter in cerebro, & in oculis, quae sunt partes molliores corporis, & hic est humor inflatu emissus ab oculis, in quorum cavitatibus sphærule quedam carnez conspicuntur, dicitur spongia lachrymarum; nam sicut spongia compressione emittit aquam, sic compressione facta in oculo, spongiaz illæ emittunt humorum, & lachrymas, licet quando fletus est vehementer propter abundantiam humorum, non solum ab illa parte, sed etiam à toto oculo lachrymæ effunduntur; quando autem fletus est moderatus ab illa spongia emittitur. Dicuntur tamen lachrymæ à corde prouenire radicaliter, quatenus dolor, & compressionis cordis est causa remota, & mediata fletus. Multa alia hic agitari solent, sed quia parui sunt momenti, consultò relinquentur.

ARTICVLVS OCTAVVS.

An Bruta habeant Prudentiam.

SCor. quæstū hoc resoluit cap. 1. Meth. gratia explicādi tex-

tum, vbi Arist. sic ait: *Ex sensibus autem quibusdam quidem ipsorum memoria non sit, ex quibusdam vero sit, & propter hoc alia quidem prudentia sunt, alia vero disciplinabiliora non potentibus memorari &c.*

Accedit Subtiliss. ad textus explicationem, & ita discurret: Ponit hic Arist. animalium differentiam; & tres ponit diuisiones in animalibus respectu cognitionis, ex quibus colligitur triplex gradus cognitionis. Prima diuisio est, quæ animalium, quædam habent memoriam, quædam autem non, id est dicit, quod ex sensu quibusdam horum animalium non sit memoria, quibusdam autem sit. & dicit ex sensu factam esse memoriam, vel non factam, nam virtutes interiores, putat phantasias, memoria, &c. presupponunt exteriores sensus. Ratio huius diuisionis est, quia animalibus data est cognitio sensitiva ad necessitatem vitæ, & ad necessitatem propriarum actionum: Animalia ergo quæ mouentur motu progressivo ad aliquod distans, indigent memoriam, alias nisi in eis remaneret impressio memorialis de obiecto, motum continuare non possent, sique ad obiectum, quod appetunt; animalia vero immobilia motu progressivo, ut sunt quæ dicuntur ostreæ, & conchiliæ marinae lapidis affixæ, non indigent memoriam, sed sufficit eis ad proprias operationes obiecti præsentia, ac consequenter sola imperfecta, & confusa imaginatio, ut habeant aliquem

Vv

mo-

motum indeterminatum s. dilationis, & constrictioneis, secundum quod obiectum est delectabile, vel tristabile.

Secunda diuisio est, quæ sequitur ex prima, quod animalium quædam habent prudentiam, illa s. quæ habent memoriam, alia vero non habent, illa s. quæ memoria carent, ideo dicit, & propter hoc, s. quod aliqua habent memoriam, aliqua non, hæc quidem animalia prudentia sunt, alia luppen non. Ratio huius diuisionis est, quia prudentia prouidet defuturis ex memoria præteriorum, partes autem prudentiarum sint tres secundum Tullium 2. Rethorice s. Intelligentia, memoria, & prudenter; quia ergo sic est, animalia, quæ carent memoria nequam habere possunt prudentiam, quæ autem memoriam habent aliquo modo prudentiam habere possunt, ut dicetur in questione.

Tertia diuisio est, quod animalium habentium memoriam, & prudentiam, quædam sunt disciplinabilia, putat habentia auditum, quædam indisciplinabilia, ea scil. quæ auditu carent, ideo dicit: *Alia vero sunt disciplinabiliora non potentibus memorari.* idest aliqua sunt disciplinabilia in quo differunt ab alijs, quæ memorari non possunt, nec per consequens sunt prudentia, ergo nec disciplinabilia, & exponeit quod dixerat: *Prudentia quidem sunt sine addiscere, quecumque sonos audire non possunt, idest quæ non ha-*

bent auditum, ut apes; & si aliquod aliud genus animalium est huiusmodi. Addiscunt autem quecumque cum memoria, & hunc habent sensum, idest simul cum memoria auditum habent. Ratio huius diuisionis est, quia auditus maximè deseruit disciplinæ acquisitionem per doctrinam, & instructionem alterius, quæ ergo auditu carent, & si prudentia esse possint, non tamen disciplinabilia, quæ autem non habent memoriam, nec auditum, non sunt disciplinabilia. Hæc Scotus ex cuius verbis in explicatione huius textus, satis pender decisio presentis difficultatis, & sequentium circa noticias, & operationes brutorum.

Not. est igitur pro resolutione, quod in titulo Articuli, vnum supponitur, alterum quæsatur: Quod supponitur est, dari in aliquibus brutis prudentiam, iuxta verba Arist. iam supra relata, non quidam propriè dictam, ut libr. Ethic. describitur, quod sit rectoratio agendorum &c. sic n. prudentia est cum discursu, & bene consiliatiua, cum ergo bruta, & ratione, & consilio carent, etiam prudentia verè, & rigorosè sumpta; carere oportet, & in hoc nulla est inter Doctores concertatio; Id verò quod queritur est, an talis prudentia sit circa ea, ad quæ bruta, totaliter, & determinatè se habent, an verò circa ea, ad quæ indeterminatè, & accidentaliter inclinantur, V.g. an formica prudens dicatur, quia colligit grana, & in foramine reponit;

& aus

& auis colligit paleas, & nidificat, est, nisi extimatio naturalis de cō-
ad quā naturaliter inclinantur, & no-
agunt sine errore; An verò pruden-
tia sit circa ea, ad quā bruta aliter,
& aliter se habere possunt V. g. li-
cet formica naturaliter inclinetur
ad grana congreganda in forami-
ne, potest tamen ea aportare in-
tali, vel tali foramine, vbi poterint
facilius, vel difficilius grana cōser-
nari; & estò hirudo naturaliter in-
clinetur ad nidum fabricandum,
potest tamen, in hoc, vel illo loco,
in hac, vel illa domo ædificare, &
vbi sit facilis, vel difficilis accessus;
quòd si formica grana reponit, vbi
facilius, & commodius conseruari
possint, formicam prudentem vo-
camus; & si hirundo ibi nidificat,
vbi difficilior est accessus pro ma-
jori natorum tutela eam pruden-
tem appellamus.

Duæ sunt viz, & primam tene-
re videtur D. Thom. super text. 1.
meth. cit. vbi se exemplificat de
his ad quā naturaliter, & determi-
natè brutum inclinatur, vt agnus
sequitur matrem, & fugit lupum.
Idemque docet 2.2. q. 47. art. 15.
ad 3. & sequuntur Thomistæ, qui-
bus adherent Picolom. Suar. in me-
th. disp. 1. se&. 6. num. 18. & alij,
afferentes prudentiam methapho-
ricam in brutis nihil aliud esse, nisi
instinctum naturæ, quo efficiunt
ea, quæ viri prudentes efficere vi-
dentur, vt formica qā colligit gra-
na pro hyeme, prudens nuncupa-
tur, quam prudentiam appellant
imitatiā, quæ absolute nihil aliud

est, nisi extimatio naturalis de cō-
uenientibus prosequendis, & no-
ciuiis fugiendis, sicuti agnus sequi-
tur matrem, & fugit lupum, & hi-
rundo ædificat nidum. fundamen-
tum huius sententia est, quia pru-
dentia hæc, quæ in brutis experi-
tut, nihil aliud est, nisi quædam
specialis sagacitas naturalis quo-
rumdam animalium, qua ita natu-
ræ instinctu reguntur, vt ratio-
nem, & prudentiam hominis imi-
tari videantur.

Secundam viam accipit Subtilis.
1. meth. qu. 3. defendens pruden-
tiæ methaphoricam non dici in
brutis respectu illorum, ad quæ na-
turaliter, & determinatè inclinan-
tur, sed respectu contingentium,
ad quæ sic, vel aliter se habere
possunt.

Not. est 2. ne in æquiuoco la-
boremus, Prudentiam duplicitet
accipi, uno modo propriè, & rigo-
rosè; altero impropriè, methapho-
ricè, & similitudinariè. Prudentia
propriè dicitur, sic describi solet à
Doctorib. Et Prudentia futurorum,
scientia presentium, & recordatio pre-
teritorum cum collectione eorum adin-
sicem. Ex qua descriptione qua-
tuor conditiones necessariò dedu-
cuntur; Prima, quòd sit prouiden-
tia futurorum, defectu cuius non
cogitans de crastino, non dicitur
prudens, sed imprudens; Secunda,
quòd sit scientia presentium, vnde
dormiens, &c. quo dormit, non
potest dici prudens; Tertia debet
esse recordatio præteritorum, per

V y 2 quam

quam à ratione prudentie exclu- hæc ad inuicem aliqualiter confa-
duntur animalia, quæ memoria, rendo de loco, de situ &c. Sicut e-
carent, hæc n. in sua essentia in- tiam formica ex memoria præteri-
cludit recordationem, præterito- ti colligit ex illo, & non ex alio cu-
rum, ut præterita sunt; Quarta est mulo grana.

collatio præteriorum cum præ- sentibus, & horum cum futuris, & non qualiscumque, sed syllogisti- ca, & perfecta, quæ procedit à no- to ad ignorantum, tam circa particu- laria, quam vniuersalia, in qua ac- ceptione nequit prudentia brutis conuenire, prudentia n. est recta ratio agendorum ex dictis, ergo cum bruta ratione, & discursu ca- reant, carent etiam vera prudētia. Tum quia ex Arist. ibidem, Pru- dentia est virtus bene conciliati- ua, consilium autem hominibus conuenit, non brutis ergo &c.

Prudentia verò imperfecta, quæ metaphorica, similiaris, & imita- tiva appellari solet, eisdem etiam (licet, impropriè, & imperfectè) conditiones exigit, est n. etiam suo modo prouidentia futorum, cognitio præsentium, & recorda-
tio præteriorū, cum aliquali etiā horum collatione ad inuicem, non quidem perfecta, cùm hæc sit pro- cessus de aliquo prius noto ad ignorantum, sed collatione quadam imperfecta, qua ex materia vnius facit alia, & hæc in quibusdā bru-
tis reperitur, & in parte sensitiva hominis, independenter etiam ab intellec-
tu, hirundo siquidē recor- datur nidificationis præteritæ, p- uideat futura in qua sit paritura, co gnoscit se pregnantem, & omnia-

Not. 3. ex Doct. ibidem opera-
tiones brutorum in duplice versati- discriminè, nam alię necessariò to- tam speciem consequuntur s. cui- libet individuo vnius speciei con- uenient V. G. nidificare cuilibet hitundini cōuenit; & colligere gra- na cuilibet formicæ; aliæ verò non consequuntur totam speciem, sed solūm contingenter quibusdam vnius speciei individuis in sunt, ut huic hitundini in tali loco, ac situ nidificere, formicæ ex talij, & non tali cumulo colligere grana &c. Modò ad propositā questionem, si sermo fiat de operationibus pri- mi generis, certum est eas brutis conuenire ex instinctu naturæ, & respectu talium, non esse prude-
tiam, sed omnibus necessariò, & ineuitabiliter cōuenire; At opera-
tiones posterioris generis nō sunt ex instinctu naturæ, sed præcisè ex prudentia, tales, n. sunt contingē-
tes, & aliter ab eis fieri possunt, nō ex eorum libertate, cùm ea careat, sed sponte ex memoria, ac diuersa motione specierum rerum præte-
ritarum, ac aliquali collectione cū præsentibus, & futuris, quibus ha-
bitis.

Conclusio Primo.

Dicimus I, Prudentia perfectam, & rigorosè sumptā conuenire homini quo ad partem intellectuam dum taxat, im- pro-

propriè verò, & metaphorice aliquibus
brutis, & parti sensitiva hominis; utraq.
Est Subtilissimi loc. cit. quam le.
quuntur Ant. Andr. I. meth. q. 4.
Chatarenis in de An. q. 4. art. 5.
Rabelan. lib. 2. de Au. disp. 8. q. 2.
& Alij. & quò ad utramq. partem
pates ex dictis Not. 2. Si n. prudē-
tia perfecta est ratio agendorum,
est virtus consiliativa, procedit di-
scursu Syllogistico ex noto ad ig-
noscendum, & non solum quò ad parti-
cularia, sed etiam quò ad viuerla-
lia, necessariò sequitur tantum ho-
mini, & leui, & brutis conuenire,
qua ratione, consilio, & discursu
carent, vt seq. art. apparebit. Tum
quia prudentia est, unus ex habiti-
bus intellectu & qualibus, sed bruta ca-
rent intellectu, ergo &c. & hec quò
ad primam partem conclusionis.
Quò ad secundam partem, patet
quoq. ex 2. Not. vbi n. datur re-
cordatio præteriorum, cognitio
præsentium, & prouidentia fu-
torum cum aliquali eorum colla-
tione ad inuicem, ibi admittenda
est aliquo pacto prudentia, sed in
parte sensitiva hec omnia suo mo-
do reperiuntur, ergo &c. maior, &
minor ex notabili 2. patent, neque
quò ad hanc conclusionem, diffi-
cultatem, & controversiam habe-
mus, quod si aliquis audeat in bru-
tis etiam prudentiam veram, & ri-
gorosam concedere, ijsdem ratio-
nibus conuici debent, quibus ar-
guuatur illi, qui in brutis discursu
verum, & perfectum admit-
gunt.

Conclusio Secunda.

Dicimus 2. Bruta illa, que pruden-
tiam mechaphricè habent, non eam ha-
bere respectu eorū, que agunt ex instin-
tu naturæ, sed respectu contingentium,
que ab ipsis brutis possunt aliter, & a-
liter fieri. Est Scot. loc. cit. & Scotti-
starum contra Thomist. & ita faci-
lè probatur: Ad conceptum pru-
dentiaz reperitur memoria ex rela-
tis conditionibus Prudentiaz, sed
respectu eorū, que sunt ex instin-
tu naturæ, & determinarè, non
est necessaria memoria, ergo &c.
Maior est Arist. vt euidentissimè ex
textu comprobatur, vbi ea ratio-
ne probat dari prudentiam in bru-
tis, quia nimirum memoria gau-
det, sicut illa, que auditu pollet.
disciplinabilia dicuntur, vt diximus
in primo notādo. Minor patet ex-
perientia, tu in nobis circa néces-
saria naturæ, tum in brutis, quis u-
abstrahendo ab omni memoria lá-
et at agnum, & fugit lupum, & cā-
nis primo intuitu leporem sequi-
tur &c. Collectio igitur granorum
à formica in æstate genita; & actio
aranæ, que telam suam orditut
ad muscas capiendas; & hirundinis
nidificatio, & quod agnus sequitur
matrem, & fugit lupum, huiusmo-
di actiones sunt naturales, quia
nō sunt in brutis ex memoriaz pre-
teriorum, & ideo dici non possunt
actiones prudentiaz, per quas bru-
ta illa prouidentiam habere dicā-
tur; sed actiones prudētiaz illæ di-
cuntur, que sunt ex memoria, & sūt
cōtingentes, vt est collectio grana-
rum

rit à formicā ex hoc cumulo, & nō ex illo, & eorū repositio potius in hoc foramine, quām in illo: & q̄ aranea potius telam tendat in loco, vbi est multitudo muscarum, quā in alio, & q̄ avis nidificet vbi difficilior est accessus, maximē si in loco demissiori, fuerit ei nūdus depr̄datuſ. in his vtiq; & simili- bus actionib⁹ animalia metaphorica prudētiam habere videtur ex Subtilissimo.

Confirmantur; sicut n. in nobis datur habitus consiliatiuus non de fine, sed de medijs ad finem, nec circa necessaria, & naturalia, à quibus potius ducimur, quām de eis consulimus, sed circa cōtingentia, ita quoque in brutis prudētia metaphorica est circa illa, quæ posuit sic, & aliter fieri secundum variam, & diuersam specierum motionem. Respondent Aliqui Thomistē maiorem argumēti Scotti, in qua fundatum suę opinionis consistit, solū verificari de prudentia propriè dicta, non de prudentia metaphorica, nisi imitatiuè, quatenus s. quædam animalia ita procedunt in operibus suis, ac si memorentur de præteritis, & prævidenter futura, & quia operantur sicut homo prudens. in hoc sensu bruta dicuntur esse prudentia.

Sed Cōtra. Bruta per vos ideo metaphoricē prudentia dicuntur, quia affimilantur hominibus in operationibus, quæ à prudentia p. uenient, sed homines non dicuntur prudentes in actionibus naturalib⁹.

& necessarijs, quos faciunt, adquās sūt à natura determinati, sed proper operationes contingentes, quæ possunt ab eis fieri, & non fieri, & prudenter agere, vel imprudenter, ergo sic etiā & bruta in operacionibus indifferētibus homines imitari debent, vt prudentia dicantur, aliter nulla erit metaphora, & similitudo. Tum quia Ideo Arist. ponit in quibusdam brutis prudētiam, quia in illis ponit memoriā, & negat illa animalia habere prudentiam, quæ memoria carent, ergo oportet, quod actiones p. quas animalia prudentia dicuntur, sint ex memoria præteriorum circa inde terminata, & accidentalia, aliquā omnia animalia, etiā quæ memoria carent essent prudentia, siquidem omnia instinctum naturæ possidēt, quæ ratio militat etiā contra Suar. qui hoc concedit de instinctu solū quorumdam animalium, quæ habent quamdam naturalem sagacitatem, & non sunt stolidi, vt quædam alia animalia, at illa sagacitas si est ex instinctu naturæ, erit etiam ad res necessarias, ac proinde ex illa non poterunt dici prudentia, vt Arist. docet, cūm hæc fiat ex memoria.

Dices, formica hoc anno genita etiam ipsa colligit ex tali cumulo, & recondit in eodem foramine, sicut illa alterius anni, & tamen caret memoria præteritæ collectio- nis, & adhuc dicitur prudens. P. si casus est verus, hoc ei accidere, vel quia percipit alias formicas sic agere,

agere, vel quia mouetur a delecta-
bilitate, & conuenientia maiori ta-
lis cumuli, & foraminis, & non al-
terius, ideoq. vi suz estimatiuz in-
dicat magis colligere grana ex il-
lo, quam ex altero cumulo, & me-
lius reponere in tali foramine,
quam in altero; at quia haec non
fierent beneficio memoriz prete-
ritorum, idcirco ex hac parte talis
formica non diceretur prudens.
pluries etiam experimur aliquas
formicas non in eodem foramine
grana reponere, sed alio meliori, &
tutori loco, signum, quod fuerint
preteriti auni, & beneficio memo-
riæ damna illius reparare satagent.

Objectiones.

Ob. contra secundam partem
primæ conclusionis, probando qz
bruta non habeant prudentiam,
haec n. est recta ratio rerum agibi-
lium ex 6. Eth. at bruta carent ra-
tione, ergo. Tum quia prudentia
includit memoriam præteriorum,
prudentiam futurorum, & corū
collectionem ad inuicem, sed con-
ferre est proprium rationis, qua
bruta carent, ergo. Tum quia pru-
dentia est circa utile prosequendū,
& nocium fugiēdum, sed utile, &
nocium non cadunt sub sensu, cū
non sint sensibilia per se, nec pro-
pria, nec communia, ergo, &c.

Respondebit Subtilissimus loc. cit.
maiorem est veram de prudentia
rigorosè sumpta, non metapho-
rica, de qua loquimur, ad hauc n.
sufficit, vt sit rectitudo agibilium
per sensum, ad illam vero per in-

tellectum. Ad 2. responderet, mino-
rem esse veram de collatione stric-
te sumpta, quæ est singularium, &
voiuersalium; non de largè accep-
ta, quæ est tantum singularium, &
spectat ad sensum s. ad cogitatiuā,
seu estimatiuā. Ad ultimum re-
spond. Antonius Andr. I. Meth.
q. 4. quod estimatiua sub specie-
bus sensatis per sensus exteriores,
potest suffodiendo percipere spe-
cies insensatas conuenientiaz, vel
disconuenientiaz, sicut ouis videns
lupum, statim apprehendit inimi-
citiam lupi. Sed haec doctrina, quæ
principijs Auicennæ ianicitur, non
recipitur a Doct. & falsum esse o-
stendimus dari species illas insen-
satas disp. 7. art. 1. ideoque me-
lius respondendum est cum Scoto
ibidem, & in I. d. 3. q. 2. §. Quin-
sò dico &c. quod in specie sensibili,
quæ apprehenditur a sensu exter-
no inuoluitur species nociai, & p-
ficui, sicut in specie singularis con-
tinetur species vniuersalis, sed sen-
sus exterior nō potest illam appre-
hendere propter suam imperfectio-
nem, sicuti sub specie accidentis
continetur species substantiaz, &
tamen sensus illam apprehendere
nequit ob sui imperfectionem, sed
solum id potest intellectus; ita in-
calu, id apprehendit estimatiua ve-
potentia (uperior, ac proinde ne-
gatur minor, quod s. nocium, &
utile non cadunt sub sensu saltem
interno, quod sufficit ad prosequen-
dum, vel fugiendum obiectum; &
licet talia non sint sensibilia per se
gespe-

respectu sensus externi, sunt tamen talia respectu sensus interni.

Item quamuis accipi potest prudentia metaphorica pro illo instinctu, quem aliqui prudentiam naturalem appellant, & non cum tanto rigore, quo sensu fortè Diu. Thom. accepit, ad sensum tamen Arist. cui Scot. in hac questione præsertim innititur, qui ponit hanc prudentiam solum in brutis, quæ memoriam habent, & negat illis, quæ memoria carent, non potest præcisè ponи instinctus naturæ, sed necessariò est aliquis gradus cognitionis. Sic instinctu ducimur ad manducandum, sed de tali, vel tali pane, de tali, vel tali obsonio, & tali, vel tali vino vtendo, hoc spe. Et at ad prudentiam, quia versatur circa indeterminata, & contingencia.

At petes, quisnam erit iste gradu cognitionis in bruri, qui prudentia appellatur. Rint aliqui, tamen gradum cognitionis non esse nisi memoriam ipsam, hinc Arist. in textu nihil loquitur de prudentia, sed solum de memoria, secundum quam aliqua animalia agunt, quod non agunt alia, quæ memoria carēt; & ex hoc cōcludit, quod impropter memoriam aliqua sunt prudentia.

Vel dici potest cum aliquibus, quod hic gradus cognitionis, qui in brutis dicitur prudentia, sit cognitio extimativa eorum de re, præsenti, vel præterita, quam appetunt, licet non pro illo tunc

tenda, quando illam querunt, sed pro tempore futuro vtēda, quamvis ipsa bruta tale futurum nō cognoscāt, quod ita declarant: Quod libet animal sicut habet sensum, sic habet etiam, & phantasiam, scilicet omnis sensus habet suam apprehensionē, sic habet quoque suū appetitum, & consequenter si habet memoriam, retinet etiam speciem sensibilem conuenientis, & disconuenientis, unde cum tale sensibile sibi conueniens illi presentatur, illud prosequitur, vel fugit discouneniens, etiā si illo pro eo tunc, & illud querit non vtatur, sed pro alio tempore; & hac ratione dicitur habere prouidētiā, quia illud, & appetit, & actu querit, non querit, vt pro tunc, quo illud querit, vtatur, sed pro alio tempore. Totum tamen prouenit à dirigen- te Deo. Authore naturæ, pro specierum conseruatione.

ARTICVLVS NONVS. An Bruta propriè, & perfectè discurrant.

SCOT. adeo cautè, & scrupolose circa dubium hoc se gerit, vt neque Diuo Thomæ concedere vult, sensum hominis quamvis intellectui coniunctum posse perfectum, & formalem discursum elicit, cere, vt infra. Resolutio præsentis quæfici, quod ad assentiam, & quidditatem pender aliquid ex decisione præcedentis articuli, ubi iam de prudentia hominū, & brutorum determinauimus.

Quantum igitur ad præsens spe-
ciet, videndum est primò, quid
propriè, & rigorosè discursus im-
portet. ex cuius intelligentia tota
resolutio quæstionis pendet. Sub-
tilissimus in 4. sent. d. 47. q. 1. §.
Respondeo qz. lit. A. notat discur-
sum, seu iudicium importare etiā
quamdam amphibologiam, sicut
diximus de prudentia, dicens: *In-
dicium generiter accipitur pro qua-
cumque notitia certa;* & illo, sensu etiā
distinctè apprehendens obiectum, vel di-
stinguens obiectum ab obiecto: *ubi ra-
quiritur fortè magis distincta appre-
hensio, dicitur iudicium,* vñde Arist. secun-
do de *Animis* text. 45. docuit sensum
communem iudicare de sensibilibus di-
uersorum sensuum; also modo iudicium
dicitur certa apprehensio intellectus,
qz. Afferit ergo, quod iudicium
accipitur multipliciter, & uno mo-
do latissimè pro quacumque certa
rei cognitione, etiam simplici, ita
quod concipiendo intellectus vñp
obiectum, dici potest de illo iudi-
care. Altero modo minus latè pro
cognitione duorum, vel ad inuicē
vñitorum, vel distinctorum, non
tamen formaliter identitatem, vel phirius lib. 3. de abstinentia ab esu
distinctionem eorum attingendo, carnium, opinans bruta vñi ratio-
ad quod quædam comparatio, & ne imperfecta. Citantur etiam Ga-
reflexio requiritur, sed materiali-
lenus orat. Exhort. ad artes capi-
ter tantum attingendo extrema-
ndas cap. 1. Laurentius Valla in
distincta, & vnum nobis esse aliud, &
id hoc sensu Arist. 2. de An. text.
45. docuit sensum communem
iudicare de obiectis sensu exter-
norum, sicut etiam oculus iudicas
de colore, albo, & nigro &c, & au-

ditus iudicat de sono &c. imò to-
tum confirmari potest textu Scrip.
Sacra in Job. 12. vbi habetur: *Nas-
ne auris verba dijudicat, & fauces co-
medentis saporem?* in qua acceptio-
ne benè indulgere possumus bruta
discurrere, & iudicare, si n. sunt
agentia cognitiva, sunt etiam in-
hoc acceptione iudicativa, & dis-
cursiva, nec in hoc sensu difensores
pro discursu brutorum possunt de-
censura notari, vt videbimus. Alco-
ro modo discursus accipitur magis
propriè, pro operatione facultatis
intellectus, & in hoc sensu quæ-
stionem instituimus.

Circa quam tres sunt opinio-
nes, duæ extreæ, & una media.
Prima extrema fuit quorundam
Antiquorum, Empedoclis, Ho-
meri, & aliorum tribuencium sen-
sui iudicium, & discursum, & con-
sequenter omnia bruta, aut saltæ
perfecta ratione pollere; eo duæ
errore, quia sensum, & intellectus
confundebant, contra quos Prin-
ceps Philosophiz ardenter inachis-
tur 2. de An. tex. 15: & seq. quem
errorem postea sequi videtur Po-
tiam formaliter identitatem, vel phirius lib. 3. de abstinentia ab esu
distinctionem eorum attingendo, carnium, opinans bruta vñi ratio-
ad quod quædam comparatio, & ne imperfecta. Citantur etiam Ga-
reflexio requiritur, sed materiali-
lenus orat. Exhort. ad artes capi-
ter tantum attingendo extrema-
ndas cap. 1. Laurentius Valla in
distincta, & vnum nobis esse aliud, &
id hoc sensu Arist. 2. de An. text.
45. docuit sensum communem
iudicare de obiectis sensu exter-
norum, sicut etiam oculus iudicas
de colore, albo, & nigro &c, & au-

quos ex Recemioribus sequi vide-
tur Van Helmonte, faciens ratio-
nalitatem differentiam genericam
hominibus, & brutorum communem.
Secunda extrema sunt, negat poto-
rit sensu*is* iudicium, & discursu
perfictum, non solum in bratis, sed
nec etiam ut in homine reperitur,
& hanc amplexitur Scot. in 4. d.
45. q. 2. lit. F. & seq. & d. 45. qu.
3. art. 1. & 2. cni multi etiam ex
Exteris adhuc.

Tertia extrema mediat, distin-
guendo de sensu, si n. considera-
tur, ut est in bratis, negat tales a-
ctus esse discursuos, si pro ut sen-
sus in homine reperitur, propter
propinquitatem, & connexionem
cum intellectu, concedit quemdam
iudicium, & discursum participa-
tum, non utique circa vniuersalia,
sed circa particularia, cuius do-
ctrina inveniatur fuit Auic. 6. Natu-
ral. p. 4. cap. 2. & sequitur Aver.
Alber. D. Thom. Caer. Conimb.
& alij.

Pro quicunque decisione notandum
est, quod discursus magis rigorosè
accipitur pro processu cognitivo
de uno ad aliud obiectu, & duplex
est, perfectus unus, imperfectus al-
ter. Perfectus, in quo posita est ra-
tio formalis, & essentia discursus,
ex dictis in log. ita describitur: Est
certus intellectus operatio, qua intellec-
tus ex uno actu noto tamquam ex cau-
sa, aliud ignotum deducit, & infert
tamquam effectum. & dicitur discur-
sus, quasi quidam carcer, quo in-
tellectus ex noto tamquam a ter-

mino a quo, pergit ad ignotum,
tamquam ad e terminum ad quem.
Ex qua descriptione colligit Do-
ctores communiter, ut video est
apud Thomist. Scotist. & Neuhof-
ficos, non sufficere ad discursum,
quod intellectus duo cognoscat u-
num post aliud, sic n. plures ap-
prehensiones, vel iudicia discreta
sibi inuicem succendentia essent di-
scursus, quod est falsum, sed requiri-
tur adhuc, quod unum per alium
cognoscatur, quod adhuc dupli-
citer contingere potest, uno modo
pro ut ly per dicat ordinem, & ha-
bitudinem obiectuum, ut si quis
cognosceret Solem esse, & diem
esse a Sole, ut a causa dependentem,
hoc non sufficeret ad discursum,
nam hoc potius ad secundam ope-
rationem attinet, sed esset unum,
vel plura iudicia illorum obiecto-
rum ad inuicem dependentiam;
qua operatio non est iudicium ri-
gorosum, sed obiecti complexi ap-
prehensio, semper n. secunda o-
peratio supponit primam. Sic etiā
Deus ex cognitione sui Diuinæ
Essentie, creaturas cognoscit, &
tamen non per hoc discurreit, sicut
etiam multa cognoscit, quorum
unum est causa alterius ex parte ob-
iecti, & tamen non ex hoc discurre-
re dicitur.

Altero modo ly per, dicit habi-
tudinem assensum, seu cognitionem,
qua una deducitur ex alia, tamquam
ex causa, & hæc est propriè, & verè
discursus; requiritur igitur causalis-
tetas aliquæ ex parte cognitionem,

ita

id est ex cognitione vnius rei nōg, non tamen causa, perueniatur ad cognitionem ignorantiam alterius, ut effectus ex quo deducitur, quod ad perfectum discursum utrumque requiriatur, scilicet causalitas respectu obiecti, & causalitas respectu cognitionum.

Ex hac doctrina colligitur tria ad perfectum discursum interuenire, scilicet cognitionem noti, cognitionem ignoti, & illationem, seu deductionem ignoti ex noto. Primum dicitur antecedens, secundum consequens, tertium consequentia, quae est nexus triusq. & in hac subordinatione cognitionum, sufficit quod una sic prior altera dumtaxat qualiter. Doctrina vtriusq. scholæ communis, ut videre est apud D. Tho. q. 8. dicitur. art. 4. ad 14. quem sequuntur Capit. Ferrar. Bauges & alij Thomistæ, sicut etiam docuit Scot. in Prolog. scit. q. 3. & 4. collater. sub A. ubi Barg. Lychet. & Scotus communiter & colligitur ex Avili. 1. post. cap. 1.

Posterior processus, seu discrusus, qui imperfectus dicitur est cum proceditur utiq. à priori ad posterioris, notum tamen tempore, non natura; Unde potest sic discurens vnum per aliud cognoscere, non tamen vnum ex alio, tamquam ex causa; & hoc discursu posse homines rudi, & ignorantia scientia, iudicantes V. G. melius esse rati tempore scutere grana, quam alio; & melius tali tempore arbusculas plantare, aut ligna cedere, quam alio tem-

pore, non tamen causa horum effectuum percipiunt, cum potius hoc ad Philosophos spectet, & forte etiam ad Astrologos. & talem discursum quam plures Doctores etiam brutis concedunt, beneficio memoriz, quam retineat; ex speciebus n. rerum sensibilium, quasia memoria receditas conseruant, mouentur ad operationes contingentes ordinatè, deducendo unam ex alia, & unam post aliam, ignorando tamen hanc esse conclusionem, seu effectum, & illam esse principium vel causam talis effectus.

Si igitur queratur, unde est, quod bruta tot opera admiranda, & studienda efficiant, ac si reuera rationem, est discursum humanum habereat, præc. ex duplice capite, hoc osiri, vnum est instinctus naturæ, alterum sensus internus, beneficio memoriz sensitivæ; instinctus naturæ in animalibus est quedam naturalis apprehensio, & appetitus, quo mouentur affectione commidi ad bonum utile amplectendum, & nocium fugiendum, quod n. in nobis ratio facit, id efficit in brutis apprehensio naturalis, bruta ad talia opera trahens; neq. in his ex prævia cognitione externorum sensuum operatur; sed statim propenso obiecto, prosequuntur; vel fugam attripiunt, ut patet de oue, quæ ad vitum lupi, statim ad fugam mouetur; & catuli statim ac funer geniti, mammillas querunt, quartum nullam habuerūt cognitionem externam; & si canes venatici sunt,

quazm̄is nunquam leporem vide-
rint, adhuc sc̄mitas querunt; & si
necessitas vrgebit ad ventrem ex-
purgandum, herbas querunt ipsis
primō ignoras; Imō non solum in
brutis, sed etiam in rebus insen-
sibilibus instinctus iste euidēter ap-
paret, vītis n. fugit laurum, & a-
mat vīlūm; & magnes naturaliter
attrahit ferrum, & ad pr̄sentiam
alij, vel adamantis impeditur. qui
instinctus in rebus insensibilibus,
est quidam appetitus naturalis,
sou sympathia, que ad proprium
finem tendant, & diriguntur à so-
lo Deo, vt Authore nature, qui
creaturas, quas condidit, sic ad-
ministrat, ve suos motus agere
suaat.

Alterum caput est, quia bruta
habent memoriam sensibilem, &
estimatiuam; Vndē ex affiduis, &
multis actibus in memoria relictis,
mouētur ad actiones, & ad aliquas
disciplinas comparandas, semper
tamen imperfecte, cūm non proce-
dant à ratione, & potentia intelle-
ctua, quibus habitis.

Conclusio.

Dicimus, non reperiiri in brutis po-
tentiam discursiuam, que discursum
perfectum, rigorosum, & formalem
efficiat, sed potentiam materialem, que
discursum dumtaxat imperfectum, sen-
sibilem, & materialem edat. Est ad
mentem Scoti, & in Peripat. com-
muniſſima, paucis exceptis. Duas
habet partes, & quō ad primam,
probatur 1. autoritate Arist. qui
2. de An. text. 157. expresse do-

cuit, nihil brutis posse persuaderi;
quia ratione carent, sic periodum
terminans: Bestiarum autem quibus-
dam imaginatio quidem inest, ratio ver-
rōn, & lib. de memoria Cap. 4.
at, nullā animalia reminisci, nisi ho-
minem, quia reminiscētā, & quidam
syllogismus.

Pr. 2. ratione: Discursus est ter-
tia intellectus operatio, sed Bruta
non habent intellectum, ergo ne-
que discursum. Maior est Arist. id
lib. Perhier: & Prior. & lib. 3. de
An. & ab omnib. recepta, de qua
præfertim operatione Arist. adeo
lolliticus fuit, vt scopus, & finis lo-
gicæ eius videatur, vndē meritò
Subtiliss. pro subiecto in Arist. lo-
gica syllogismum posuit, & quanti-
pluros Scholz tres omnes opera-
tiones intellectus, vt dirigibles, &
in hoc tertio de An. loquens Arist.
de compositione, & diuisione, que
spectant ad 2. operationem, ait,
quod autem quodque unum facit, hoc
intellectus est. Si autem compoſicio
& diuisiō, quas minus videntur, ad
intellectum spectant, potiori iure
discursus ad intellectum aīnebit.
Minor est de fide, iuxta illud P̄sal.
31. Nolite fieri sicut equus, & muās,
quib. non est intellectus. ergo.

Respondent aliqui ex Adverla-
rijs eos, non loqui de discursu, &
potentia spirituali in-brutis; sed de
materiali tantum, ac proinde ar-
gumentum nihil cōtra eos vrgere.
Optima responsio, & cessat lis de-
re, euādens quæſtio de solo nomi-
ne, que adhuc mihi non placet, nam

nām in questione de nomine sequit
debemus multitudinem Doctorū,
& accipi debet semper pro princi-
paliori analogato &c. Quod si ali-
quis vult minorē glosare, &
ponere etiam in brutis intellectū,
qui suo modo discurrat, absit om-
nino, prout res valde notabilis, &
scrupulosa, tām in Philosophia,
quād in Theologia.

In Philos. quia sic esset confun-
dere sensum cum intellectu, ut ali-
qui ex Antiquis faciebant, contra
quos Arist. ut versus Philosophus,
& Princeps Philosophiz 2. de An-
tex. 152. ita arguebat: Sensus cō-
petit omnibus animalibus, intel-
lectus verò tantum hominibus, er-
go sensus, & intellectus non sunt
vnum, & idem. Arguebat 2. Sensus
semp̄ est verorū, cūm circa pro-
prium sensibile decipi nequeat, in-
tellectus verò aliquando est falso-
rum, decipitur. n. circa proprium
objēctum, admittendo contrarias
opiniones, & ignorantiam etiam
prauæ dispositionis, ergo sensus
nequit esse idem cum intellectu,
patet consequ. nām alioquin subi-
ret, & ipse sensus easdem vicissi-
dines, quas intellectus patitor: Tū
quia. vel ille intellectus in brutis
esset spiritualis, vel materialis, non
spiritualis, ut ipsi etiam prote-
stantur; Si materialis, bene di-
cunt, at pro materiali iam habent
phantasiā, memoriam, & exti-
matiūam, quibus suas functiones,
& operationes efficere possunt, er-
go ad quid hunc noquā intellectu-

tum materialem in brutis fingere?
Scrupulosa esset etiam in Theo-
logia, si quidem intellectus est à
voluntate inseparabilis, & per Sub-
tiliū. realiter idōificatus cum
voluntate, & ita sequerentur om-
nia illa absurdā, quād à Doctoribus
communiter inferuntur, nempe,
quād Bruta haberent libertatem,
& consequenter posset peccare, &
mereri, & demereri &c. & multas
virtutes, quā voluntati conueniūt,
possidere, ut sunt Iustitia, Tempe-
rancia, Religio, &c. quā omnia
sunt falsa, & contra fidem; Quare
Eminentis. Tolet. in hoc 3. de An.
q. 7. cap. 3. vocat hanc sententiā er-
roneam in Philosophia, & in Fide.

Pr. 3. Omnis ratio, siue discur-
sus, viam habet ex aliquo vniuersa-
li ex 1. Prior. nimirum ex duobus
illis principijs vniuersalissimis, q
sunt, Dici de omni, & Dici de nullo, su-
per quā fondantur omnes syllogis-
mi, tām affirmatiui, quād negati-
ui; sed illa duo principia non cadūt
sub sensu, cūm sint vniuersalia, &
sensus est tantum singulare, er-
go sensus non potest rigorosè, &
perfectè discurrere. Et nota, quād
hac ratio militat etiam cōtra illos
Thomistas, qui volunt sensum, sal-
tē in homine, propter propinquī-
tatem cum intellectu, discurrere,
quād Scot. non admittit.

Secunda pars conclusionis est e-
tiam ad mentem Scoti 1. Meth. q.
3. quem sequuntur quāplures Sco-
tisti, ut videre est apud Ant. And.
q. 4. Meth. Rocc. hic q. 65. Char-
careo.

garenci q. 4. art. 4. & 5. Mast. & postea attenuatus, affin Bell. hic disp. 5. q. 8. art. 3. vbi mat esse vocem Domini, & sic ve habent, quod sicut sensus est imp. nit ad Dominum, ergo canis in hoc fidei reflexius, ita est imperfecte calu discurrit.

judicatiuus. Liu. Rabel. 2. de An. disp. 8.q.2. & alios. Pater ex dictis in Not. ex speciebus, n. quas Bruta de rebus conseruant in memoria ad multas operationes contingentes ordinatè mouentur, deducendo unum post aliud, & unum per aliud, licet ignorauerint hunc esse effectum, & illum esse causam talis effec tus, quod totum multis experientiis a nobis innotescit, ergo saltem materialiter, & imperfectè bruta discurrunt. Confirmatur, vbi est aliqua prudentia, ibi est aliquis discursus, illa .n. includit aliquam collationem, que non est sine ali quo discursu, sed in brutis respectu singularium contingentium est alia qualis prudentia ex Art. præcedenti, ergo in brutis est etiam aliquis discrusus, saltem imperfectus, & materialis.

Obiectio nes.

Multa congerunt Aduersarij ar gumenta, tum ab experientiis, tum ab auctoribus quibus, quanta sit adhie da fides, ipsi sciunt. Illa tantum adducam, que maiorem apparen tiam facere videntur. Primo igitur sic arguunt: Canis audita voce domini sicut cursum, audita iterum, vox Domini, venit ad illum, ergo canis exercet operationes discursus, Antec. pater, conse. Pr. nam canis prima vox dubitabat, erat:

Qz. Si Aduersarij per hoc argumentum, & alia subsequentia inferre intendunt in beatis discursum imperfectum, & materialem, gratis concedimus, per hæc .n. secunda pars conclusionis nostræ magis roboretur; si autem discursum verum, & formalem probare contendunt, vt vana, & utilia breviter reprehæbimus. quantum igitur ad præsens, si de discursu formalij Aduersarij loquantur, retorquo Argum: Canis audita voce Domini, sicut cursum, audita iterum voce Domini, currit ad Dominum, ergo Canis non discurrit. Hæc conseq. probatur iisdem verbis, quib. Aduersarij oppositum probant, nempe, quia Canis prima vox dubitabat, erat ne vox illa, vox Domini; ergo Canis per talen operationem non conferit discursum, Pr. cœq. nam discrusus non est processus ab ignoto ad notum, & à dubio ad clarum, sed potius est processus à noto ad ignotum, & à claro, & distincto ad dubium, indistinctum, & confusum, ac proinde concludit oppositum.

Qb. 2. Discurrere formaliter est exercere tres illas operationes, vt dicunt logici, sic pariter Canis in triuio querens feram, percipiens per potentiam olfactiuam nō trâ- 3. ponitur ad cursum, absque eo, quod

quod odoret 3. viam, ac si diceret canis, non transiuit fera per primam, nec per secundam, ergo per tertiam viam. Error peior priore, nam illi videtur discursum formaliter in brevis ad mittere; Ideoque p. retorquendo argumentum. Sed Canis in triuio non exercet illas tres operationes, ergo non discurrit. Pr. antec. in prima via non apprehendit semitas ferre, neque in secunda apprehendit, neque componit, ubi sunt iste tres operationes? quomodo ergo discurrit? Tū quia expuris negatiuis nihil sequitur, ex regulis generalibus logicis; Petrus non est Messianus, neque Panormi, ergo est Romus, sic in causa. Tum q. ex dictis, ad instinctum naturae non regitur præcognitione externa; nam catuli absq; prævia cognitione statim mammas accipiunt, sed cursus canis erga semitas ferre, est instinctus naturae, licet. n. nequam feram viderit, semitas eius querit, quomodo ergo hic erit discursus formalis, tres illas operationes exercens? neque verū est, quod canis arripiat cursu per tertiam viam absque eo, quod odoret, in his. p. in quibus opera tunc ex instinctu naturae, potius ducitur, quād dicimus. hinc Master. ad hoc argumentum ait, neque satis exploratum est num odorem ferre ibi vilatenus apprehendat, quod scriba fundatur in illo dicto D. Damasc. quod sensus dicitur, non dicit id est ait. Scot. in 1.d. 17, q. 2. S. Ad Aliud de Appetitu sensiti-

no, non dominatur actioni sua, q; est ducere, sed respectu actionis sua determinatur ab genere ad certam operationem. ita Scot. fol. mihi 530. Vnde in casu porci canis se habet aniceps, & dubius, non habens determinatum obiectum olfactus, pro quo ad talen sequela excitaretur. Eodem modo resp. ad illud de gallo cantante ad intuitum Leonis, hoc. n. facit ex instinctu naturae absq; prævia cognitio ne discursiva, sicut ouis ad primū intitulum Lupi, arripit fugata. sufficit igitur phantasias ostendens obiectum conueniens, vel disconueniens &c.

Ob. 3. Bruta agunt propter r. finē ut experientia docet, siquidē Avis vidificat, & in tali exercitio aptas paleas eligit, ineptas omittendo, sic etiam experitur de formica colligendo grana in estate pro hie me, hiuc Salom. 6. Prou. homines arguens. dicebat: Vnde ad formicam o. piger, & considera vias eius, & discet sapientiam. Sed agere porpter finē, est eligere media ad finem, & eligere media ad finem, est venire ex cognitione unius in cognitionē alacrius, ergo à primo ad ultimum bruta discurrent. p. si de discursu materiali arguunt, concedimus totum, & est ad confirmationem nostrę conclusionis pro secunda parte, si verò de discursu formalī probare tentant, sic retorquemus argumentum.

Natura agit propter finē, ergo discurrit, consequentia est ipsorum sam.

nam eligere media ad finem, est la extrinseca deliberante, & dicti-
deuenire in cognitionem alterius, quod est discurrere, Antec. est A-
sist. in 2. Phys. de causa finali, vbi
pluribus rationibus probat natura
agere propter finem, quarum pri-
ma est haec: Omnia, quae fiunt vel
fiunt a casu, vel fiunt propter finem,
sed quae fiunt a natura, non fiunt a
casu, quae raro contingunt, ergo na-
tura agit propter finem. Etiā plan-
tae, & arbores prius flores edunt, &
postea fructus, ad quos tamquā ad
finem ipsi flores ordinantur, ergo
plantæ discurrent in istorum sent.

Non potest negari, aliqua Bruta
ita sagacia, & prudentia esse, vt in
multis homines imitari videantur,
at nō per hoc verum, & formaliter
discursum eis indulgere debemus,
sed discursum solum materialiter,
& prudentiā quandam metapho-
ricam ex dictis, ad formam igitur
argumenti, negatur conseq. si de
discursu formaliter intelligitur, ad
probationem dicimus, quod age-
re propter finem stat tripliciter; pri-
mo materialiter, non elicitiū, né
pē inclinationem ad finem sine
prævia cognitione finis; secundō
materialiter elicitiū, puta per in-
clinationem ad finem, cum aliqui-
li præcognitione finis; tertio for-
maliter, scilicet cognoscendo finem cum
reflexione, & collatione ad magis,
vel minus utilia &c. Natura insen-
sata agit propter finem valde ma-
teriale, per quandam scilicet na-
turem inclinationem, sibi inditam,
non tamen cogitā a se, sed a cau-

gente de fine, a qua talis natura
impellitur, & dirigitur ad finem, sicuti sagitta in scopum; Naturæ
verò sensitiua, seu brutalis agit
propter finem materialem eliciti-
uē, videlicet propter finem a se
cognitum, imperfectē tamen, quia
non discernit inter finem, & me-
dium, nec diligit propriè unum
propter aliad, sed equaliter, &
immediatē fertur in utrumque, &
ita equus tendit in ordeum, & ara-
nea in telam, vt muscas capiat, nō
formaliter sub ratione finis, & cō-
ponedo media ad finem, sed mate-
rialiter, & absolute quatenus est
res sibi congrua, potens suum sa-
tiare appetitum. Natura tandem
intellectiua agit propter finem
formaliter, & discursuē, nimirum
cognoscendo finem, & iudicando
conuenientiam, & utilitatem me-
diorum ad finem; ex quibus com-
pletè patet solutio ad argumentū,
& est doctrina cōmuni in utraq[ue]
schola, vt videre est apud D. Thos
1. p. q. 78. ad 4. & 1. 2. q. 1. art. 2.
& q. 6. de Veritate art. 1. & Scot.
in 1. d. 3. q. 2. F. & Licch. ibidem.

Ex quibus locis sic Scotista dis-
currunt vt videre est apud Mastr.
& Bell. in Phys. disp. 7. qu. 8. art.
6. num. 206. Bruta agunt quidem
non per rationem, & discursum,
neque ex naturali determinatione
absque cognitione, vt lapis, sed
naturali instinctu, q. est actus phā-
tasiz, aut sensus interni, quo qua-
si practicē beatum indicat, hoc es-
se sibi

se sibi appetendum, vel fugiendum, collectione palcarum &c. fines verò remotos appetunt solum appetitū naturalis, quia illas nō cognoscunt, diriguntur tamen à prima causa, vnde propter istos fines dicitur agere eo modo, quo agentia naturalia ad suos fines tendunt. V. G. Hirundo nidificare, seu nidus efficiere appetit, & quia appetitus sensitivus non ferrur in obiectum omnino incognitum, posita obiectu formaliter verò ut subiunt directioni prime causæ, verè n. feruntur in obiectum aliqua sensarione precongnitum sub ratione boni, & conuenientis naturæ; & ut tale obiectum ab ipsis appetitum consequantur, determinata media appetunt, & exstantia industria, quaeruntur, ut quasi ratione pollere videatur. Attamē, quia per cognitionem sensitivam, non accinguntur formaliter, rationē finis, & medij, quia non possunt unum cum alio conferre, neque discernunt inter obiectum conueniens propter se, & p̄petrū aliud, siquidē ad hoc p̄fectior cognitio requiritur, hinc nō dicuntur formaliter proper finē agere, sed materialiter, ut verò subiunt directioni superioris causæ cognoscētis finem, & me, dia, possunt in hoc sensu dici formaliter propter finem agere.

Addunt tandem, quod bruta-
dios fines habere possunt, scilicet remo-
tos, & proximos; proximos agno-
scunt, & ut conuenientes appre-
hendunt, & consequenter appetunt;
sic se habet Formica in collectione
critici in foramine, & Hirundo in

collectione palcarum &c. fines ve-
rò remotos appetunt solum appetitū naturalis, quia illas nō cognoscunt, diriguntur tamen à prima causa, vnde propter istos fines dicitur agere eo modo, quo agentia naturalia ad suos fines tendunt. V. G. Hirundo nidificare, seu nidus efficiere appetit, & quia appetitus sensitivus non ferrur in obiectum omnino incognitum, posita obiectu formaliter verò ut subiunt directioni prime causæ, colligit palcas, & alia ad tales constructionem requisita, quæ ea- dem sympathia, & amore elicito appetit, & sic dicitur finis proximus; Quantum verò ad oua genera- randa, & pullos pariendos, & nu- triendos, si est hoc anno nata, cùm nullam habeat speciem in phan- sia, derelictam ex anno præterito, non appetit, nec cognoscit, sed solum in hoc dirigitur à Deo, ut Au- thore naturæ, ut specierum propa- gatio in natura conseruetur, & hic est finis remotus. Potest etiam hic affectri Arriaga, qui est etiam pro nobis disp. 8. phys. sec. 6. subsec. 2. adducens exemplū de cane, qui viso pane, statim se mouet, & tri- pudiare incipit, signum quod pa- nem appetit tamquam obiectum, sibi conueniens, & utile, ut figura proximum; licet non cogite de fi- ne remoto, qui est conseruatio vi- ta, mediante cibo; quod etiam pluries in nobis ipsis evenit, tunc n. comedimus, quando fames nos, erget, absque motu vita conser- uandæ, qui est finis remotus. Non

Yy tamen

teren per hoc ducit Subtilissi. ponit debet in brutis discursus formalis, ad hoc n. plus requiritur; & hoc etiam clarissimè Arriag. statetur loc. cit. sic concludens: Neque ad hoc vlo modo requiriatur, vel brutis discurrens, vel esse rationis capax, nam ut base D. Thom. ait r. p. q. 78 ad. 4i ea conponatio utilitatis, & bonitatis modicam fine &c. qua in nobis sit etiam discursus, & rationis vlo, sit in brutis naturali insinatu, sine vlo discursu, aut reflexa comparacione, non tamen propriea negandum est ab eis cognosci utilitatem. Hec Arriaga: Quibus verbis, manifestè docet nullam, & vanam esse consequentiam illam, Bruta agunt propter finem, ergo discurrunt.

Ob. 4. Bruta habent actus voluntarios, & nolitios, amant, n. & odio habent, ascendant, & descedunt quando volunt, sperant, ita scūtūr, blandiuntur, habent fidaciones, simulationes, cognoscunt benefactores, & malefactores, loquuntur ad iuicem lingua sua, & alias operationes ad similitudinem hominum operantur, ergo discurrunt; Et retorquendo argumentum, Bruta non habent voluntatem, vt ipsi etiam fateri tenentur, ergo neque amorem, neque odium, & alios effectus in arguento recensitos. Ita Subtiliss. In r. d. 1. q. 5. S. Queritur quartum &c. vbi ait: Bruta non habent amorem, quia non voluntatem: neque inherente alicui propter se, sed propter bonum eorum. Hinc sciendū quod triplex datur libertas, vt bo-

tar etiam M. Iacob. Brun. lib. de Aa. q. 13. art. 7. Prima est libertas à servitute, qua soli Deo complectissimè competit, qui solus est Rex Regum, & Dominus Dominantium. Secunda est libertas à cōactione, & hoc pacto, omne quod non sit coacte, dicitur fieri liberē, quo sensu etiam bruta dicunt libertate operari, idest spontē, & circa hoc spontaneos, & contingentos operationes admittimus nos cōm Do&t. prudentiam metaphoricam in brutis art. præcedenti. Tertia est libertas actione indifferentia ad operandum, & non operandum, ad hoc, vel illud efficiendum, & competit tantum homini. Admittimus igitur in brutis operationes illas materiales, cùm sint entia sensibilia, habent n. cum notitia sensitius externa, etiam sensitivam internam, & consequenter appetitus sensitivus, & concupisibilem ad prosequendum utile, & bonum conueniens, & irrascibilem ad fulgiendū nocuum, & inconveniens, semper tamen intra sphēram materialitatis sustendo, nunquam formaliter. Et si bruta habent formaliter spem, cur non etiam fidem, & Charitatem, cùm sint virtutes valde inter se connexæ? Non sperant, sed expectant cibum sibi proportionatum iuxta affectionem cōmodi, ad quod tendunt, vt ad fine proximum, neq. aliud potest colligi ex relatis in arguento. Neq. ex locutione brutorum infertur dictus; nam etiā Personæ Divinas, suo

Disput. 7. Articulus Nonus.

355

luso modo loquuntur iuxta illud opus artificiale sibi vendicent, nō Sac. Genesii: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*, neque per hoc discurrent. Eciā Angeli loquuntur; & in multorum sent. non discurrent. etiam nos loquimur, ac nō per hoc semp formaliter discurremus; hinc solū remanet, ut bruta discurrere dicātur, in lata illa acceptione à Scoto posita, pro aliquali cognitione rerum, sicuti oculus dicitur iudicare de colore, auditus de sono, &c.

Ob. tandem, Bruta sunt discipline capacia, & plures artes acquirunt, imò & multas scientias possidere videntur, habent .n. Dialecticam, & afferunt exemplum illud iam relatum de cane in triuio sequendo feram &c. Habent Medicinam, & quibus multa remedia Medici addiscerunt. Habent Astrologiam, siquidem prouident tempestates, terrenitates &c. Habent plures, & varias artes; Aranea habet artem texendi, Hirundo artem edificandi &c. Habent etiam multas virtutes, nam in Elephante cluerit prudentia, in Leono magnanimitas, in formica prouidentia, in Columba simplicitas, disciplinabilitas autem infert discursum. ergo,

Bene, bene, bene. Quis ergo nō cuperet esse brutum, si toxi artes, & tox scientias, & tām citō, & absq. labore, & sudore adipiscatur? Dicimus iam, quod Bruta nō sunt lapides, sed agentia naturalia cognitiva, ideoq. mirum non est, si beneficio memorie sensitivę aliquod cūm aliquas voces, relationes ef-

ramen formaliter discursum. Et dicat mihi quod Aduersarij, sanc ne consequentie formales istae, canis multos motus, & circulos addiscit, ergo discurreit? Pticaccus alias voces proculit, ergo discurret. Imò neque in homine; falsa .n. est hæc conseq. Petrus dicit musicam, ergo discurrebit. Quid cantus cum discursu?

Disciplina, quæ in animalibus reperitur nō infert discursum, seu potētiam formaliter discursuam, ut ipsi imaginantur, sed solū potestias memoratiwas, & auditivas iuxta lesum Arist. i. Meth. cap. x. & nos art. precedentē diximus, ubi Arist. concedit apībus prudētiā, quia memoriam habent, non autē disciplinam; quia auditiū carent; nec aliud in brutis pro disciplina requiritur ut Scot. ex Arist. loc. cit. docuit. Tum quia ars, & scientia sunt habitus intellectuales, quomodo ergo brutis competere possunt? Dicendum est ergo, quod bruta respectu talium actionum, quæ non cadunt sub memoria, operantur ex instinctu naturæ, alioquin bruta nobis esset perfectiora, multa .n. venena ipsa refugiant, quæ nos non cognoscimus, sicut eadem accidētia percipiamus; qua apprehensione naturali supposita, addita experientia, quod sit conueniens, & iunet, vi memorie sensitivę, cūma fertur occasio iterum appetūt. Sic etiā ex naturæ instinctu procedant cūm aliquas voces, relationes ef-

siciunt, quibus tempestates, vel ferrenigates praeuidere videntur. Neque concedendz, sunt eis verè virtutes, sed umbræ quædam virtutum, hinc rectè Spiritus Sanctus Propterea. proponit homini formicam tamquam exemplar imitabilitatis, ac si dicceret, si bruta, quæ ratione carent, adhuc tamen in operationibus suis prouidet, & ragutare procedunt, quanto magis id homines præstare debent, qui anima rationali, & discursu pollent?

Debemus etiā aduertere, quod non nunquam expertum est in aliquibus brutis Demones reperiri, quorum virtute prodigia illa admiranda operabantur, sicut in Annalibus Religionis nostræ de quadam Simia legitur, quæ tadem excoizata, compertum fuit Demonem in se habere, & cuius virtute opera illa admiranda eudebat. Casu ergo, quo aliqua brata extra propriam sphæram in suis operationibus valde extollere videatur, non statim in ipsis discutum, & ratione inferre debemus, sed cautè procedere, & credere potius sensu Script. Sacrae, & iudicio SS. PP. quam nostræ imaginationi.

Sed maior concertatio est cum Van Helmonte in ortu Medic. tractat. de Venat. Scientiarum, qui in eam p̄brenesim deuenit, ut semper doctrinam Arist. ignaram, & inscitam proclamauerit; immo nimia ostentatione tumoscens, illam communem, & vulgatam Aristot. definitionem de homine, quod sic

animalis rationale, per tot secula ab omnibus ferè Philosophis, ac SS. Patribus, inculcatam, & receptam, temerariè neget; afferens rationalitatem nō esse propriam hominis differentiam, sed etiam brutis conuenire, deducēs ex hoc principio, quod bruta etiam perfecte, & formaliter discurrant, quod experientia multorum animalium comprobate nititur. Opinio falsissima, & ea digna censura, de qua Cardinalis Totet, loc. cit. loquebatur, in Fide, & in Philosophia.

Erronea in fide, quia opponitur textui Script. Sacrae in Epist. 2. D. Petri, cap. 2. num. 12. ubi loquens de iniquissimis hominibus, & de Hæreticis illius temporis ait: Hi vero, ut irrationalia pecora naturaliter in captionem, & perniciem in his, quæ ignorant blasphemantes in corruptione peribunt. Non vocat D. Petrus pecora, & bruta rationabilia, ut hic Doctor somniat; sed irrationalia, quem locum Glos. Ordinaria cum Lyrano, Beda, & alijs Patribus ita exponit: Sicut irrationalibus animalibus naturale est causa pabuli sepius in captionem, & perniciem ignoranter incidere, ita Hæretici comparantur sumensis insipientibus. Et Econemius addidit, velut irrationalia pecora, hoc est solo sensu viventia, non autem mente, & vita intellektuali. Quomodo ergo rationale est differentia communis brutis, & hominibus; Si homines mente, & vita intellektua pollent, qua irrationalia carent? & Cornelius à lapide

lapide super eundem textum ait: *rationalem esse in corpoream, quam immortalem sed anima esse immortalem est de fide, ergo etiam de fide est animam rationalem esse formam spiritualem, & in corpoream. ergo si bruta haberent rationalitatem, quae eis competere non posset, nisi ab anima rationali, eam etiam habereat spiritualem, & in corpoream.*

D. Petrus hiereticos sui en primò De mortibus, 2. hominibus impijs mersis diluvio; 3. eos comparat feris, & brutis, que non ratione, sed natura ferina aere, vel furore aguntur. & hic est sensus communis Patrum, quod bruta non ratione videntur, quodmodo ergo rationem simul cum brutis participamus, tamquam differentiam genericam, & superiorem? Et quidem si rationalitas est communis brutis, & hominibus, irrationalitas, quae est differentia opposita, quibus applicanda est?

Pr. 2. ex Symbolo fidei D. Athanasij, ubi fit sermo de nostro Amatissimo Salvatore, & ita legitur: *Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.* At si rationalitas competenter homini, & bruto, & conueniunt etiam in carne, ut patet, nihil obstat quominus diceretur Christus perfectus Deus, perfectum bratum ex anima rationali, & humana carne subsistens, quia iam in utroq; praedicto conuenirent, tam generico, quam differentiali. Tum quia de fide est, quod Verbum aupsuit naturam rationalem, si ergo bruta esset etiam rationale, participaret simul de ipsa Verbi assumptione. Non debemus tam licentiosè circa res fidei agere, ad solum intellectus speculationem, & iacantiam attendentes.

Pr. 3. Authoritate Concilij later. sub Leone X. sess. 8. Vbi dicitur, *Non minus certum est animam*

rationalem esse in corpoream, quam immortalem sed anima esse immortalem est de fide, ergo etiam de fide est animam rationalem esse formam spiritualem, & in corpoream. ergo si bruta haberent rationalitatem, quae eis competere non posset, nisi ab anima rationali, eam etiam habereat spiritualem, & in corpoream.

Pr. 4. Authoritate Cœciliij Vien. sub Clemente V. ubi sic habetur: *Prædicto Sacro approbante Concilio reprehimus definientes &c. ut quisquis deinceps asserere, defendere, & tenere pertinaciter præsumperet, quod anima rationalis, seu intellectiva non sit forma corporis humani per se, & essentialiter, tamquam hereticus censendus est.* Pronobis facit hoc Concilium, quod ubi loquitur de anima rationali, semper addit ad maiorem explicacionem ly intellectiva. Si igitur Bruta non habent animam intellectum iuxta illud Psal. 31. *Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus,* sequitur, quod neque habent animam rationalem.

At forte dicet aliquis pro Van Helmonte, nos non ponimus in bruta animam rationalem, sed solum assertimus, rationale esse differentiam communem hominibus, & brutis. Non valet, nam sicut gradus genericus sumitur à materia, ita gradus differentialis sumitur à forma ex communi consensu Philosophorum, cum ergo anima rationalis, seu intellectiva sit vere, & per se humani corporis forma ex

Sacro

Sect. Concil. cit. ab hac forma de-
sumitur differentia rationalitatis,
& non ab alio capite, & fuit Do-
ctrina D. Thom. i. p. q. 76. art. 1.
vbi ait: *Differentia constitutiva homi-
nis est rationale, quod dicitur de homi-
ne ratione intellectui principij.*

Pt. 3. cōsensu communī vniuer-
sali SS. PP. *temper supponentium*
definitionem hominis essentiale ē
esse illam: *Homo est animal rationale.*
Vndē D. Ambrosi. de Noe, & de
Arca cap.4. & nos legimus Domini-
nica sexagesima, in 2. nocturno sic
ait: *Homo mens est, quae rationis capax.*
*homo .n. definitur animal viuum, mor-
tale, rationabile.* En quomodo scho-
lasticē procedit S. Doctor, appo-
nens primò differentias genericas,
vltimò differentiam specificā, quæ
genus distinguit, & speciem con-
stituit, quæ sunt munera differen-
tiaz. Et ostendit hanc differentiam
homini couenire, quia mens est,
seū quia intellectuam potentiam
habet, si ergo brutum nō est mens,
nec potentia intellectua pollet, à
quo gradu rationalitas ei compe-
tit, quæ sic communis cum ratio-
nalitate hominis? cui nō competit
genus, neque differentia compete-
re potest. Non est ad libitum lo-
quendum. Hic vir ardore impugna-
di Arist. nulli reuarentiam, & ob-
sequium prestat, nec Philosophis,
nec Sandis Patribus.

Audiamus modò profūdissimā
istius viri sapientiam, qui sic ho-
minem definiuit: *Homo est creatura
vivens in corpore per animam immor-*

talem ad honorem Dei, secundum lumen,
& ad imaginem Verbi primi exemplaris
omnium causarum sigillata. Quis risū
cohiberet? Cur non addebat etiā
bipes, capite eretto, ad æternam
beatitudinem ordinata, sanguine
Christi redempta, vi, & efficacia
Sacramentorum decorata, & simi-
lia? iam omnia hæc, & plura alia
competunt homini. folle præmis
ventos, sed sine sale.

Et Vbi est illa regula Philosop-
hica, quod non debemus definite
rem per genus remotum, sed per
genus proximum? Creatura vivēs
in corpore, est genus remotissimū,
& competit etiam plantis, arbori-
bus &c. sunt .n. creature viventes
in corpore, sed quia non sunt sensi-
bilia, non possunt dici animalia.
homo autem est animal. Vbi est e-
tiā illa regula, quod in definiem-
do evitare debemus prolixitatem?
& hac ratione docent Philosophi
sufficere ad definitionem, genere
vltimo, & immediato uti, cùm .n.
hoc omnia genera superiora for-
maliter contineat, evitatur proli-
xitas indefinitionibus. Vbi est etiā
illa regula communissima, & cui-
dens, quod definitio debet esse clari-
or definitio? Ad hoc .n. definitio
adhibetur, ut magis essentia, & na-
tura definiti elucescat, & manife-
stetur; Ergo definitio debet esse
clarior, alioquin ignotum per equè
ignotum manifestetur.

Videamus modò si hæc defin-
itio sit notior definitio? totum op-
positum apparat, & quanto plures
dif-

differentias addit, tanto obscuriorē omni creaturz, onia. n. propter se & confusam reddit; videtur. n. qui-
dam misoellaneus plurimum rerū, ad extra communicavit, vnde di-
cō cōcurrunt prædicara physica-
lia, & tralcentalia, prædicamē-
talia, Theologica, essentia, acci-
dentalia, intrinseca, & extrinseca;
& certe mihi videtur in hac defini-
tione Adagium illud Sicilianum a-
dipletum: *Fratres de falaungiola.*
Considerere quo dōcti, quia ce-
det me in his rugis oculum perdere.
solum aduerto, quod in hac soa-
definitione, tūcē multa prædicata
hominī tribuerit, sūnquam tamē
illud p̄cipuum posuit de rōnali
sed intelle&iuo, quod per orz SS.
PP. & Conciliorū ambulat; & faci-
lius hoc attributum equo dedisset,
quām homini, tam peculancia, &
temeritatem abūdauit. Et si hoc præ-
dicatum rationale competit brutis,
& hominib⁹, deberent etiam eas-
dem passiones, & affectiones par-
ticipare, & siceriam equus esset ri-
sibilis &c. Ex his apparet, quomo-
do hæ sent. Sc̄ etiam erronea in-
phili. quia nullo ordine philosophi-
co seruato, protelit.

Tangamus breuiter hanc cele-
berrimam eius definitionem. dicit,
quod homo est *creatura vivens in*
corpore, potest admitti loco gene-
sis, sed genetis. rātām remotissi-
mam immortalitatem. est vera; sed po-
nit eredita, quām naturaliter co-
gnira ex dictis in proprio art. sub-
dit. Ad honorem Dñi, transeat, sed hoc
non competit tantum homini, sed iud. Sac. Gen. Faciamus hominem ad

metipsū fecit Dominus, & ad ma-
iorem extensionem gloriae lux se-
cēbat Psal. exaltare super Cœlos Deus,
& in omni terra gloria tua. Addit. Se-
cundum lumen. Non valer, nam hoc
est nomen æquiuocum, & accipi
potest etiam pro lumine increato,
iuxta illud Symboli Niceni, de
Verbo loqueatis, quod appellat
Lumen de lumine, Deum verum de Deo
vero. Si autem de lumine creato lo-
quitur, qua ratione homo dici de-
bet secundum lumen, & non po-
tius Angelus, qui nobilior est ho-
mine, & quod ad suam quidditatem
luminis Diuino propriis quiet? Va-
dē secundum veritatem homo po-
tius dici deberet tertium lumen,
quam secundum. Item lumen acci-
pi potest de lumine gloriae, quo
mediante Beati Deum vident, iux-
ta illud David: *In lumine tuo videbi-
mus lumen.* Item lumen potest pro la-
mine Solis, Lunæ, & Stellarum,
vel pro lumine, quod est species
lucis, & dicitur lumen secundariū,
causatū a lumine primario. Item
& pro lumine ignis, lucernæ, cat-
herinæ &c. Videant Dōcti, & consi-
dereat claritatem, & vniuocatio-
nem talis definitionis. Addit; Ad
imaginem Verbi primi exemplaris &c.
Sed quid? Angelus non est etiam
ad imaginationem Verbi? Sed ne-
que hoc est bene positum, sed po-
tius homo dici debet formatus ad
imaginem SS. Trinitatis, iuxta il-
lumina.

imaginem, & similitudinem nostram. ex Subtil. in 3. d. 1. 3. q. 1. sub F. & nullum reperiunt in Sac. Codice itin ex Dc Thos pp. q. 93. art. 3. homo factus ad imaginem Verbi, ratio imaginis magis in Angelo nisi explicetur de imagine Dei, qui reperiatur, quam in homine, ex ea vnuus, & trinus est; que ratio imaginis in hoc consistit, quod homo pro se auth. D. Gregorij in quadam representet unitatem essentiae. Diuinaz, distinctionem Personarum, parte qua intellectus est, & affectus & ordinem originis inter ipsas; sicut n. Pater in Diuinis habet intellectum, & voluntatem, & intellectu generat filium, & voluntate spirat Spiritum sanctum, sic homo minibus, ergo Doctor iste in eas quod ad partem intellectuam, & spiritualem habet intellectum, quo sione hominis differentiam imagi- producit intelligentiam; & voluntatem, qua producit amorem. Quod ad quidditatem, & essentiam re- präsentat Patrem, quod ad notitiā repräsentat Filium, quod ad amorem productum, repræsen- tat Spiritum sanctum.

Hæc autem imago duplex est, una perfecta, importans similitudinem completestimur invocationis in eadem numero naturæ, ut ab imaginato procedat ad illud adiquatissimè exprimentum, & talis in Diuinis est in solo Filio respectu Patris, quatenus per se primò ab illo procedit naturaliter in similitudinem naturæ; Altera imperfetta ratione similitudinis, & imitationis, & reperiatur in rationali creatura respectu Dei, ait Doct. in 1. d. 3. q. 2. §. Tertio dico &c. secundum modum imperfectè imitandi Deum secundum participationem, & in hoc sensu non solum hominibus competit, sed etiam Angelis

parte qua intellectus est, & affectus homilia, ubi vocat Angelum signum similitudinis Dei, quia in eo similitudo Diuinæ imaginis insinuatur expressa; cuius ratio est, quia intellectualis natura perfecta est in Angelis, quam in hominibus, ergo Doctor iste in eas laborat, apponens in definitione causarum omnium signata, ex-præsentat Patrem, cum competat alijs à Definitione addit per ultima verba: causarum omnium signata, ex-præsentat eius sequaces de scilicet signatione, & significatione, sunt n. vocabula ad libitum, & si aliquam habent significationem, ipse novit, qui protulit, reddens definitionem, involutam, latenter, & obscurior rem re definita, contra naturam, & methodum rectè definiendi.

Dices, etiam Mastr. & Belli, lib. de An. dispō. art. 2. affirmat nō omnino palam esse, an rationales sit propria, & adequare hancis differentia, ita ut intelligentijs non conueniat, cum ipse quoque discurrant secundum probabilem Scotti opinionem. Et hoc ideo asseruisse relatos Doctores, quia pro statu isto, nō habemus de substantia conceptum proprium ex proprijs, sed tantum ex communibz. Tum quia ultimæ differentiae sunt ignotæ; Attamen consuetum sit apud

spud hos illam vocare Debendit. Et si hinc bonis & poteatia visu
mitionem, quae ad quae ceteras &
dicitur etiam definitorum. Hec est plurimi
& diversis predicationis evalefatur &
dicitur vera & propria quatuorbus
sicut fallitur & certus, nec alterius cor
decit, & talis est confusa Nominis
definitionis, quod sic Animal rationale,
Bene. n. convertitur cum homine,
dicendo homo est animal rationa
le, nichil rationabile est homo; hoc
autem verificari non potest de brui
to, dicendo brutum est animal ra
tionalis, & animal rationale est bru
to, quia sic dicendo homo, ut bru
tum esse videtur speciei, quod
fallit invenitum est apud omnes, nam
sequeretur brutum esse ens spiritu
alem & intellectu suum, beatificabile
est. Neque haec hominis definitione
sonderet per se ipsum Angelos, ad p
recellatum definitionem animalium rei
non solum acquiritur realitas diffe
rentiae, sed etiam realitas generis,
at Angelos sicut essent rationalis, no
nimeh est animal, & consequenter
non est bonum, cum homines in de
finitione. Neque si rationale con
tinet Angelos, & homini aliquod
suum in tali definitione resalat,
cum in rationale sit differentia
spiritualis, bene etiam homini co
potere potest, qui ista moditate me
diata inter spirituale, & corpora
lē participans ab Angeli spiritualitate,
& de bruti sensibilitate: Si
cū etiam Scot. cōcedit, quod An
gelos, & homo differunt specie, no
tamen intellectus Angelicus & in
tellectus humanus, sicut nec potest
ad hanc differencem specie, quoniam al
iqua, & hos specie differencem
• Dices, Porphyrius cap. de specie
in sua arbore predicationis divi
sioec fallitur & certus, nec alterius cor
decit, & talis est confusa Nominis
definitionis, quod sic Animal rationale,
Bene. n. convertitur cum homine,
dicendo homo est animal rationa
le, nichil rationabile est homo; ergo
male dicimus nos, quod latitudine
rationale competit solam homini.
R. Porphyrius in hoc secutum
faisse sententiam Platonis, qui in Timaeo
preter animal rationale, quod est
homo, posuidetiam. Ceterum esse
animal rationale immortale, & sicut
cito in hoc Plato erravit, ita quoq.
Porphyrius eius doctrinam sequens.
Satis iugatur erit nobis, quod talis
definitionis hominis futuræ per conse
cuta à 65: Partibus, & à Conchijs
Generalibus recepta, sicut etiam 8
botis syholie, & publicis rhadisti
cibus contamata, qua vix &
efficaciam habet Decreti ex Tradi
t. Meth. q. 5. art. 2. Ponere autem
rationale in brutis, qua spiritu, &
intellectu carent, de quibus potius
& D. Script. irrationalitas tribu
tur ex dictis, quæ est differentia
opposita rationalitati, fallit in
temperarium esse iudicatus. Hunc
& similes Recensidores, rationabiliter
Reverendus Petrus Hurcadus
illis dubiis sanis verbis deplora
bat: Vt ergo honestam similitudinem
afferte, quod vero dicitur, & quod dicit
dubitatur, genere animalis opinione, &
separata in puluis in lucam venturam
& veritas Theologorum, ad philoso
phorum tria via defettere. Attrahe
junctio Dei iudicio factum est, & eum,

piendes in propria teatricitate, & sapientia propter exercitium poteris iusta pientiam, tam eti sibi omen redi, causam in te qua illud apostolus Romanorum cap. 11. emonstrans in cogitatione suis suis, predicente se esse sapientem, fides sapientia in dilectione dicitur. A R T I C U L V S DE C I M Y S . I U N I T U M potestia sapientia in homine: perfecta discutatur. S. Cor. in 4. d. 43: q. 2: litt. F. Et S. d. 45. q. 3. art. 1. & 2. & in 5. d. 5. q. 5. S. Ex hinc propositas quae stione dicte, Respondet negat lucis. Ac maxime hic bellum sensu contenditur, cum eruditis & doctissimis ysis, qui non ad libitum propositiones funguntur sed seniores, & apparet loquuntur. Dux sunt sententiae yra. Thomistaeque scotistaeq; asserta. Pretendent Thomistae quod homo per ipsius formam suę excellere possit, & iaceat quam diu in sensu ibi gaudijs discursuam. Distinguunt etiam de discursu, sicut & de divisione, & compositione, alios, n. dicitur, & quibus cohercuntur, & recipiois, ratiocinalibus, & compendiis, alius vero qui conformatur, ut communis siogularibus, & hauiatis, vel aliis, tenet hec opinio, non facit divisionem, & compositionem, vel discursum circularem, & invenit locis sed soluimus propositiones formae singulares, & circa singularia, discutuntur. Distinguunt adiacet hoc, locum seruacis de sensibus internis hominis non de sensib; jacturis brachiorum. Probat, quia, praedictae operationes non conformatur, per ipsa placita,

2. que bruis longe absunt. Hoc quod locu; sunt. Artic. 6. naturalium, & cap. 2. Artic. 3. de Ap. com. 6. 3. Albo, & amplexus est D. Tho, p. p. q. 7. art. 4. ad 5. & 2. p. q. 4. art. 2. in libro 2. sequaces communis, & ex Recreto, Capitul. 3. de An. cap. 2. q. 2. Contra de An. q. de sensibus internis, & alijs.

2. Secundum ad oppositum, quod se-
sunt a potentia, neq; in bruis, neq;
in domino potest perfecte. & Hugo-
boss discutere isti hoc sic, & prae-
fatu in 4. d. 45. q. 3. art. 2. Se-
cundum ergo quantum ad ipsum dic. ubi
aperte docet, in ceterum latuus in
cognoscere singulare, & cognoscere
propositiones singulares conser-
gentes voces, & in eis syllogizant
videns, sicut in operis operis
& syllogizant proprium, qd; in effectu,
de in cetera q. d. 43. q. 6. S. Respon-
der, who manifiestantur. Ut si quis
aliam rationem propositio, & hec se-
cundum rationem, rationem aliam
formam inserviant, & dignissima
etiam in errorem, hinc ratiocinalis,
quia in obliis & experientia, quoddam
operationem, & que credere non pos-
sunt, & si disponunt, quas rationes
esse conspicimus, ut id est, qd;

3. Dicitur, si sensu rationes potest
in hominibus, discurrent, perfecte. &
formatae, ut saltem manifestentur. Q

omnibus. Et scotis loci sit copia affirmativa, necessariam habebat consequentiam, qua ratione Aris, affigunt ibam regulam, quod ex puris particularibus nihil sequitur. Si ergo discursus presupponit necessariognitionem universali, sicut modo sensus per se sunt scurrere possunt. Nempe illa deognitio plurius singularem est. Itch. appellatur ab Aristotele, sed appellatur plures membris, & ex quod ex illis hoc experimentum non discursus, sed ars quicunque intellectus ex illis singulariter transire ad universalitatem. & ad copias universaliter non sittendo, sed plius in singularibus, ut singulariter sint.

Respondens, maiorem esse veram illa potentiam, quae syllogismos conficit ex terminis universalibus, non illa, quae differtur ex singulis, non valens & ratio est, quia discutere est ex uno noto dependet in cognitionem alterius ignorati, ut ex principiis notis demonstramus in cognitione conclusionis ignorantis, sed notum non potest esse causa, & principium cognitionis aliorum, nisi illud ignorante in se existideat, ideo, n. cognito, quod homo sit rationalis, venio in cognitionem huius propositionis singularis, i. Petrus est rationalis, quia Petrus est homo, in homine, & ideo quidquid competit homini, competit Petru, per illam regulam antepredicamentalem, quia quicquid dicitur de superiori, dicitur de inferiori in recta linea, & ex hoc fundamento omnes syllogismi

affirmativa, necessariam habebat consequentiam, qua ratione Aris, affigunt ibam regulam, quod ex puris particularibus nihil sequitur. Si ergo discursus presupponit necessariognitionem universali, sicut modo sensus per se sunt scurrere possunt. Nempe illa deognitio plurius singularem est. Itch. appellatur ab Aristotele, sed appellatur plures membris, & ex quod ex illis hoc experimentum non discursus, sed ars quicunque intellectus ex illis singulariter transire ad universalitatem. & ad copias universaliter non sittendo, sed plius in singularibus, ut singulariter sint.

Pr. Omnis species argumentationis, siue perfecta studiue imperfecta, & exemplum, & inductionem non non habent, nisi in virtute aliquip, universalis principij, ex libri Prior, & patet de exemplo, de quo minus videtur, si. n. arguator Julius Caesar accepit copias factas est Tyrannus; Ergo Sortes accepit. Copias, Tyrannus sit, huc illatio non habet nisi consequentiam, nisi virtute aliquip maxime ex loco Topico, de similibus, sicut est res. Ergo quidam est, quod ex pluribus singularibus non potest fieri illatio discursus, nisi aliquid universaliter percepitur, sed sensus non percipiunt universalia, ergo &c.

Pr. g. Nihil agere potest ultra speciem suam, sed intellectus, & phantasia plusquam specie difficiuntur, & discursus est operatio iste telle:

intellectus, ergo hoc potest etiamphantasia conuenire. Respondente argumentum conuincere de phantasia ut sic; ut autem coepit per coniuncta poteris intellectum ex visione. & coniunctione cum anima rationali, sic potest elevari; & supra vires agere, & discurrere.

Sed contra: Phantasia hominis etiam species ab intellectu differt, ergo si: differentia est proprietate operacionis intellectus; non potest esse opus phantasiae. Tum quia phantasia hominis, & phantasia bestie non differunt (specie) in sente Arist. & omnium Peripateticorum, alioquin deberet aliud. Si distincto modo diuidi. & multiplicari. & si aliqua differentia reperiatur, illa erit exanimi accidentialis. Tum quia phantasia ex hoc coniunctione ab definita esse organica, intrinsecas, & corporea, ergo ex talis coniunctione non potest sibi competere operatio propria intellectus, qui est virtus incorporea, & interior genica.

Dicunt Thomistae, quod phantasia idea est: diffruis, quia dividatur ab anima rationali, & quia fluxus istarum operationum dimittat. Non valit; nam etiam vegetativa, & sensus externi ex eodem fonte diminuntur, nempe ex anima rationali, cum etiam ipsi obfuscantur vnicam tantam animam, ut hominem reperiatur, ergo ratione vegetativa, & sensus exteriori perfecte discurrent; & tanto magis, quia per ipsos istos potentias sunt acci-

dentia ab ipso eadem principiis provenientes.

Modus dicens Thomistice illi fundamento: Dicunt: loca, dub. 2, quod sicut Corpus in quantum corpus natura sua non potest producere viuens, et coniunctione tamen ad intelligentiam, quae est viuens, habet virtutem ad producendam viuentiam; & sicut Phantasma natura sua non habet posse producere species intelligibiles, et causa habet in homine, beneficio coniunctionis: cum intellectus agenter cogitatu, & memoria, sed sensus interni, quatinus sensus non possint compondere, dividere, & discurrere, tam ex tali coniunctione ad intellectum, possunt tales actus producere.

At Contra: redrequeretur argumentum, falsum est, in quod Ceterum posse hoc modo producere viuentiam, ergo falsa est etiam ratio producendi. Pro assumpcio, multum n. imperfectius potest pensare, etius le producere, sed viuentiam quicumque, sicut in genere suo perfectiora corpore materiali, et in animali, prout est corpus Caelostite, ergo talis producacio, que est operatio vitalis, non potest ab ipsa Celo in animalibus perfici, quia corporis actus potest intelligentiam vel. Id est per se comprehenditur fontes subiecti corporis vero Caelostitos locis animali materialiter, quatenus calore, & lumine ad generationem corporum viuentium ex putredine corporis, Phantasma autem concordit.

istis ad ostendendum rationem talis speciei, ut responsum sit licet ut minus prius
ad significare vicem obiectum et in-
-casu phantasie non discurret, ut
concreta summa quae intellectu ad
talem operationem, sed esse cau-
se rationalis discutatur, & intellectus
solidum preterire propinquitatem.
Enim si amplius pliis et levioribus
Tunc quia ut bene arguit Mag.
& Bell. h. c. disp. 5. q. 8. art. 3. ocu-
lus valentius coram poni vultus, pos-
set esse operationem aliquam
proprias vires excedentes, nem-
pe apprehensionem toni, odoris,
&c. & dicere, quod hic oculus ne-
sic non possit tonum percipere, at-
tamen ab propinquitate, & con-
iunctionem cum phantasie, & cap-
su corporum, hoc potest efficeri.
Tunc quia vel hinc elevatio phan-
tasie ab intellectu fieri per recipi-
tionem materialium agentis virtutem
accidit, & innata est ipsius sensus,
vel solum per coiunctionem, &
extensio assilientiam. Non pri-
mari, siquidem intellectus impo-
tentia sensu nihil producit, hoc
est, vel esset qualitas quedam ma-
terialis, vel spiritualis, non mate-
rialis, quia intellectus sicut vis
spiritualis non potest materialia
producere; sed ratio enim quod pot-
est adhuc phantasiam facere, spiritualis
materialia, & ut sicut erit, quod non
sufficit, ad elevationem sensum ad in-
dicandum, & discurrendum perfec-
tio, cum, n. o. discurso se actus spi-
ritualis, & spirituali principio pro-
ducere possit, maxime loquendo de-

causa corporis, nec spiritualis que-
litas, n. spiritualis non potest in
organis corporali recipi. Neque
per extensio assilientiam,
nam ex dictis in Physica, accid.
neque in virtute subtilitate assilien-
tis potest subtilitatem accipere;
admodum de subtilitate sensu
hominis ascendum est, quamvis
n. supradictum ratione, quia ramen
per haec rationem novas virtutes
non acquirit, si superē natura insi-
potens est ad discurrendum, etiam
ut vultus impotens est. Per hanc sa-
cristis etiam Francisco Riccoldo,
lib. de sensibus, in eterne cap. 13.
co. i. cl. 3. ubi affirmat, quod phan-
tasie discurret per concrectionem
in mente.

Objectiones.
Ob. Sicut appetitus sensuus
in homine aliquale percipit libertatem properer connexionem cum
voluntate, quantum ab eadem a-
nimā rationali prouenit, ita con-
ueniens est, ut phantasie ex confor-
tio, intellectus aliquid rationis par-
ticipet, ac conqueperit compo-
dere, dividere, & discurrere. Be-
nig. absumpsum, quando, n. di-
cunt aliqui Doctores, quod appre-
hensio est liber per participationem
voluntatis, loquuntur in consenso,
quo. Aris. I. q. 1. h. i. cap.
13, ubi docet, quod appetitus sen-
sus, & sensus pro tanto possunt
dici habere rationem, quia obtem-
perat rationi, sicut filius obtem-
perans prudentiae patris, dicitur pru-
dens, non ideo liber agit, liber
agit,

agere de operatio; si ceterum inest, dicitur liber, per participationem voluntatis, quia dirigitur ad voluntatem, cuique obedit.

Ob: Ex Arist. lib. 1. meth. cap. 1. & lib. 2. post. cap. vlt. vbi concedit memorie sensibili ratione sensu- nationem, quia ex pluribus memorijs, alijs generat experimentum, ergo aliquis sedes internas discutit. p. negando conseq. neque relatis locis Arist. memorie discutit a significavit. Ne scilicet quidem, quod lenitus faciat experimentum, quia ex pluribus memorijs, si ex predictis hinc vnuus, sed illa memoria non faciunt discursum; sed ex experimento circa singulatia, quo- rum cognitio in homine non est precise sensus, sed intellectus quoque, & ea cognitio intuitiva. Hinc quodlibet singularibus procedit ad artem, & ad uniuersitatem, tunc in intellectus est, qui laborat ex Arist. 1. Meth. per hoc n. differe ars ab experientia, quia ans versatur circa uniuersitatem, experientia vero circa singulatia, et quia potest colligit Arist. quod experius operatus operatur, quam artifex, quam laudabilior sit artifex, quam expertus. Videatur Scotus in ext.

Ob: Ex libro de memoria; Et hec minicentia cap. 2. vbi Arist. dicit actu reminiscendi, quenam sensu memoria tribuit esse velut syllogismum, quo vnuus ex aliis disquiritur; ergo sensus discurreat; p. negando conseq. afferat; quis enim Arist. termini conditum est?

se velut bylogismum, sed addidit, actum reminiscendi inesse memori- ratione sensibus non virtute propria, sed ex ratione, quare hucus. Invenio-

ta sensus conservat aliquid, cui est aliud anexum, cuius ipsa obli- ca erat, ratio autem sensus intellectus ex illo praesupponit, & phantasmis inuestigat, & disquirit aliud ei co- nectum; ratio ergo est, quae discur- rit & facit resuiscientiam non in ipsa memoria sensuia, hinc est, quod remanserat non potuit in brachio; sed solam in homine, si- gnatum, quod fuisse, non sentit nisi discurreat. Nec oportet libra de sensibus internis Cap. 1. 5. 6. 7.

Ex his colligit Doctor, quod quodviscumque in Aristu intentos memoriam sensuia, si inphantasi ratione collinari, vel disqueretur, hoc non debet intelligi formaliter, sed solam, quae in eis etiam in discursu ab illa dependet, ac immo- diae mouetur; canique immodice redigite. Quare dicitur difficultas, vel ratio, denominatione qua- dam, exinde propter ratione conser- vationem cum intellectu non denomi- natione intentivae, ut in illa vlt. aliqua discussus verè reperiatur;

Colligitur 2. quod frominis est pri- maris, seu imaginatio in multis est ex codice & inveniuntur, seu imaginatio pri- maris dicitur, Primum, quia huc multis imaginatio sapientia est, cuius id beatae coiuncta; potest, h. ad illa bicam imaginari imagines, quas vult, & quando vult, non sit brac- cum & nisi a jure de iugitate separab- tur,

potest propositum hic anima non fugiendo sed hoc idem genere significare. Secunda, imagine: ibi ratiō discurrendo concurrebit & idem faciat moueret ipsius appetitus, hoc idem innoveret solvit. D. Thomas pars obiectus compenetrans, vel dicit, cum in fine, ad. Quintum arguit scilicet hinc quod imaginatur est sic: & ideo non sunt aliæ vires, sed unius coniuncta cum attimatione, ex eadem perfectiores quam sunt in ratione, sic homo, licet & sepe imita alii animalibus. Ex quibus verbis significatur, non tamquam est, sed imagine, colliguntur cognituum in hominib[us] ratione temper mouetur, quia ratione intellectus potest errorem in imaginationis corripere, iudicans non ita esse, sicut ultimativa iudi- est, cuius signum est, quod in somno imaginatio est cum attimatione, & magis ratiō est cum ratiōlo- ne, & magis, quia ratiō ratiōlo- ga Tertio, quia imaginatio ho- minis rationis delectus multa per- sistit ad scientiam conducēt, ut quodcumque iugis le, assūmunt, & per- & quodvis visus, & cogitatio percipit s[ecundu]s Thomistus,

non discurrendo perfecte, & ratione intellegitur, sed potius materialiter, per- fectori ramen modo, quam in bruis, seu alijs animalibus. hinc rebus ab aliis Thomistis Iunioribus gloriosus Sanctus Doctor, quod ibi de discursu imperfecto, & ma- teriali ratiōrum fuerit locutus, in quo sensu cessat controversia inter Angelicum, & Subtiliss. & rema- ner solūm us inter Scotistas, & pri- mos Thomistas,

LIBERTERIVS

DE ANIMA. INTELLECTIVA. SPECIALITER AGITVR.

DISPUTATIO VIII.

Habent enim Aristoteles de anima vegetativa & de sensitiva etiam, personis, & obiectis, rationalem de anima rationali, cuiusque personae & obiecti, agendum regnatur. Quamadū necessaria sunt trahendunt de sensibus, discriminatione, de potentiis anima, intellectu & premit, scilicet n. Philos. hic, & in libro de sensibus, & similitate: Nam ille cui immixtelle que quin prius fuerit in sensu, & postea intelligentia phantasmata speculacione. Quibus verbis Aristoteles dependentiam intellectus à phantasmis in suis operationibus. Proponit iesimus Aristoteles in x. texti, agere de parte anima rationalis, id est: de parte puriss. animatis, qua & cognoscit anima, & caput, siue separabiliter existente, siue non separabiliter secundum magnitudinem, sed secundum proportionem

Acc. Per hanc Porectus Aliqui intellectus animalis intellectus quae est pars partis subiectiva animalis in communitate; sed multius ad intellectum tenet per intellectum intelligi debet potius ad intellectum, que est quoddam partitum perfectum animalium rationis, ut Dost. explicat in i. d. 16. M. natus Aris. Inquit. De parte a dicta anime, qua cognoscit anima, & sapit, intellectus autem est principium. Quo; cognoscendi; anima vero rationis est principium. Quod, cum igitur intellectus tam in essendo, quam in operando ordine nature voluntatem procedatur in progressu parcer, ideo merito prius de intellectu, cuiusque acib. termonem intitulamus, postea vero de voluntate.

ARTICULUS PRIMVS.

An omnis intellectus pro statu isto fide necessariò per conversionem ad phantasmata de causata;

Cot. dubiam hoc resolutus in S. t. d. 3. s. 3. et refut. &c. Hic Q. de ist. 2. d. 3. q. 8. ad Primum, & alibi frequenter pro eius resolutio ne aduertimus, quod difficultas non yrgit de prima motione, id est in acquisitione specierum, & prima intellectione per eas facta, nam

sic nullus discrepat intellectu phantasmatis indigere, ex ipsis n. intellectus species. eligit intellectibilis, & primæ intellectiones ex obiectis extensis organum habent, quæ obiecta species insimiles in sensib. externis, & internis producunt, quæ species posita phantasmata dicuntur; & obiecta intellectui nostro substantia rarer. Quare tota difficultas est de intellectu in secunda mo-

intellecuum phantasmatis indigere, & innuere videris Scot. in r. d. 3. qu. 1. ad primum princip. & huius sententia sunt Averr. Simpl. Tol. le. Cotimib. & Wiliag. dispat. 4. de An. n. 92. vobis etiam de phantasmatis cognitione dubitat, nam si species phantastica, aut possunt immediate excitare potestim, tunc non etiam species intellegibilis quam partem multi etiam ex nostris amplexuntur propter Doc. auth. loc. cit.

Ex oppositio alij ita necessariam putant hanc connexionem inter possibilis superioribus & inferioribus operando, ut in nullo naturali statu innotescit durante intellectu, tu valeat anima tamen proficiens intelligere independenter de conformatio selsus: hinc etiam seclusa culpa, & statu innotescit durante intellectu, sed in seclusa culpa, sequitur eius deceptus comprobabitur. phantasma intellectum anima ipsa in sequentibus innotescitionibus ab eo ex Neuthericis, Rau. Auvergne. conuersione ad phantasmata. Affectione. &c. nos vero Subtilissimo adhuc sunt. Aliqui in prima sola motione genes.

Conclusio

Dicitur de lege Dei ordinaria ratione, sensibilia, à quibus abstrahi nata & pro fluxu isto necessarium esse in omni in collectione conuersione adphantasmata. Est Subtiliss. loc. cit. & in lib. de Ani. q. 18. vbi etiam P. Vulp. tom. 1. p. p. disp. 30. Cael. Sim. sing. & nouissime Mahr. & Bell. dis. sp. 6. de an. q. 1. & de facto est etiam D. Tho. loc. & sicut expressa sent. Arist. 3. de An. ex. 30. & 39. & probat Scot. à posteriori, nam à priori difficile est, duplice experientia, qua prius usus fuit D. Tho. Prima, quia iesaphantasia, intellectus operatio impeditur. Secunda, quia dum voluntus aliquid intelligere formamus eius idolum, etiam cum Deum, & Angelos, & alia spiritualia cogitamus, quæ sub sensu non cadunt, quo casu aliqua corporalia illis correspondet phantasmam, unde cum concipimus Patrem Eternum, phantasmamur venerabilem senem &c. Neq; nec esse estphantasmam versari in quoconque casu circa singulare sensibile, cuius uniuersale contemplatur intellectus, sed sufficit, quod circa tale versetur, vel circa aliud simile, aut aliquo modo ad illud pertinens. Imò Scot. in 4. d. 4. q. 2. B. negat, quod phantasmam in excessu nullam habeat operationem, sed ita apparere, ait, qd in ea phantasia non distrahitur circa alia obiecta sensibilia, siquidem per vehementem intellectus occupationem circa Divina, valde phantasmam operatione præpeditur, adduc tamen

saltem remisè diversatur circa eā sunt spiritualia; Si autem extasis adeo sublimis erit, & perfecta, ut intellectus penitus à sensu misterio absoluatur, id Diuina virtuti tribuendum erit.

Quancum verò spectat ad statu innocentiae, an intellectus indigillet conuersione adphantasmata, affirmant Thomistæ. Doct. autem in lib. de An. q. 18. ad partem negotiacionis inclinat. Cuius ratio est, quia in eo statu anima quod ad actum suum non fuisset subiecta corpori, sed super ipsum, & eius sensus habuisset dominium, quod per peccatum perdidit, & sic quodam modo pro statu isto subditur corpori, quod ad actus suos in proximam peccati. Ex quo colligitur, quod si conuersio intellectus adphantasmata non est connaturalis anime corpori mortali unitæ, sed potius personalis inflictæ nobis veluti pena originalis culpa, ut facis probabile Subtiliss. loc. cit. iudicat, nulla sufficeret in statu innocentiae huius conuersonis necessitas; & quia Beatisima Virgo fuit à peccato originali immunita secundum communiorum, & veriorem sent. Sequitur ipsius intellectum non indigillem: conuersione adphantasmata, quod valde pius est credere, cum in maiorem rante Marris laudem cedat, neque de opposito euidenter contat, secundum famigeratam Subtilis. doctrinam. Ex quo etiam bene deducit Scot. in 4. d. 45. ut. H. & L. vñ. deinde

Aaa

dē in nobis oblitio oriatur, non
n. procedit deletione specierum
intelligibilium à memoria intellec-
tiva, nam huiusmodi species in-
delebiliter manent, ut infra pate-
bit, sed quia à sensitiva memoria
deletur, à qua memoria intellec-
tua dependenter operatur.

Concludendum est igitur cum
Subtiliss. q. cit. de An. verbatim:
*In quo anima se ad ordinatio nis amittere
do Divinum dominium, & se ab eius sub-
trahendo subiectio nis, rationale fuit par-
tans hanc incidere, & amittere dominii
proprium, quod habebat super cor-
pus suum, & super sensum. hęc Doc.*
& affert pro sc D. Aug. 15. de Tri-
nitate. cap. vii. vbi ait: *Quae causa
lucem ipsam acie fusa vidore non possit,
sifi utique infirmitas p. & quis eam
sibi facie, nisi iniquitas?*

Aliqui vero Thomistæ aliam af-
figunt rationem, nempe hoc ideo
est, quia intellectus pro ut est hic
corpori coniunctus, habet pro ob-
jecto proprio quidditatem mate-
rialem, de cuius ratione est, ut sit
in aliquo singulare, vndē eius na-
tura nequit perfectè cognosci, nisi
cognoscatur in singulare; & quia
cognitio singularis spectat ad sen-
sum, nō poterit intellectus univer-
salis abstractum intelligere, nisi se-
sus attingat singulare concretum.
Non valet, falsum n. assumit de
objeto adequato intellectus pro
statu isto. Tum etiam quia intellectus
poterit singularia cognoscere,
ut infra patebit.

Complut. Ruy, & ali) ex D. Tho.

3. p. q. 11. art. 2. ita explicant.
Anima rationalis p. hoc statu pen-
det aliqualiter à corpore, ita n. ip-
sum informat, ut omnino ei se ac-
commendet, & quasi ei obligata
ac quodāmodo subiecta sit, quod
non eveniet post resurrectionem
in gloria, licet n. tunc quaq. erit
corpori unita, id tamen erit cum
pleno dominio supra corpus, cum
igitur ex tali modo informari i m-
perfectio pendeat in suo esse à co-
pore, consequens erit, ut ab eo in-
operari pendeat. Non placet, fab-
sum est n. ita anima modo corpus
informare, ut ab eo dependeat in-
esse, quis neq. est corpori imme-
ritus nec de eius potestate educata, quaq-
re potius ex hoc capitulo oppositum
deducitur. s. anima nō indepen-
det à corpore operari posse. Neq;
fatis explicant, quid sic obligatio
hęc, & subiectio anima ad corpus
pro statu isto.

Alij dicunt, hoc oriri ex quadam
Sympathia ikarum potest atque in-
ter se, quatenus in eadem animis
sunt radicatae, vndē sit ut simili &
concomitantem operentur. Non
valet, etiam sensus interior &
exterior in eadem anima radicad-
tur, & maiorem habet sympathiam
& affinitatem inter se, quām sensus
interior, & intellectus. Et tamen
sensus interior operatur, non actu
sensu externo operante.

Suar. in lib. 4. de An. cap. 7. alii
ter responderet, quia s. intellectus
pro statu isto non recepit species,
cum dampnophantasia actu operator,
hinc

hinc cum negaret, finis speciebus ab eo, inferioris familiari. As Suar. intelligere, consequenter intellige. & Ruo. Scot. arguerunt, quod principe nequit sine conuersione ad phantasma. Sed neque hic dicendi modo, scilicet facit, supponit, n. specie in telligibiles non manifesta translatio ad intellegendi, quod est falsum. Hoc loco ostendimus, licet ergo in prima motione intellectus non acquirat species, nisiphantasia actu operatur, postea tamen illis acquisitis. & teneatis, non amplius ex hoc capite phantasia indiget, & eodem modo respiciuntur dictum. Averius, quod cum hoc dicendi modo coiacerit.

Pocius ergo dicendum est cum Doct. hanc dependentiam non ori- ri ex natura intellectus, ut sic, aliter anima separata sic etiam intel- ligenter. Neque ex eo, quod sit unita corpori, quia post resurrectionem in gloria eodem modo intel- ligenter. Neque ex eo, quod anima unitus corpori mortali, quia in ita- tu innocentiae homines corpora- habebant mortalitia, & tamen absq; cali: reatu adphantasma intellectu- sent, ergo secundum est cum Sub- tribit. hoc non ex alio capite ad- qualitate: dicit, nisi in persona peccati nostrorum. Parens: iuxta, de- clarans D. Aug. 15, de Trinit. loc, cit. & hoc pro Theologis.

Alio: ea:causa pro Philosophis est naturalis ordo potentiarum, adeo n. connexis sunt intellectus, & phan- tasia pro statu isto in operationib. illis, ut superior operari non possit collectionem concurrere, sed si tam

ARTICVLVS SECUNDVS.

An Intellectus actus concurrat ad in- collectionem, & an totaliter, vel partialiter.

SCOT. lib. de An. q. 12. & in 1. d. 3. q. 7. & Quolib. 15. & fre- quenter alibi ad veramque partem articuli respondet. Non defuerunt aliqui ex Antiquioribus, qui om- nem activitatem intellectui nega- tes, autem agunt, ipsum non con- currere nisi in genere. causis mate- riali: s: ad in collectionem, atque ip- sum in le recipiunt, & sustinun- tem, pro qua sent. 2. Doct. citatur Gorredus Quolib. 6. q. 7. quae- potea securi sunt Iandun. 3. deq. An. q. 13. Vener. & Alij, imo, & Thomist: illi, qui assertūt species intellegibilem esse totam rationem agendi ipsi intellectui, ita quod si agit, non nisi virtute speciei agit, qua secundetur. Alij ex opposito, ut ibi Scot. refert, non solùm atti- marnit intellectum actiuè ad in-

totam actionem ei attribuerunt, luctare consistit, sed etiam quodque
qua opatio a Scot. Imarginatis intellectus, liberumque iudicium
Henrico adscribitur, cui deinde se subscripterunt Piccol. Zabarelli.
& Alij. Communis tamen sententia docet tam potentiam, quam obiec-
tum, vel speciem eius vicariam ef-
ficienter ad actum intelligendi
concurrere, tamquam integrum
causam intellecioneis.

Conclusio Prima.

Dicitur 1. in intellectum actionem ad in-
selectionem concurrere. Et Scot. loc.
cit. & communis. Pr. 1. authori-
zatibus, & praesertim D. Aug. qu.
de Trinit. cap. vlt. & 2. de Trinit.
cap. 3. ubi docet cognitionem, &
visionem ex potentia, & obiecto
gigni. Item Arist. 2. de An. 36. &
37. docet animam in genere cause
efficientis concurrere etiam ad ope-
rations sensitivas, & 9. Meth.
56. distinguens actionem in imma-
nentem, & transiuntrem, ad pri-
mam reducit visionem, felicitatem
anima, speculationem anima, &
sensitiva, quia ait, recipiuntur in
eodem principio, a quo producun-
tur, ergo anima, quia illa recipit, erit
etiam principium actionum, non
merè passuum. Confirmatur tan-
dem auth. Sacri Concil. Trid. sess.
6. can. 4. ubi damnatur, qui in iu-
stificatione dixerit liberum arbitrium
passiuem tantum se habere. Si
ergo per Concil. Voluntas ad suas
operations actionem concurrit, ex
paritate rationis, idem de intellectu
afferendum erit. Tum quia li-
berum arbitrium non in sola vo-

lunte consistit, sed etiam quodque
intellectus, liberumque iudicium
importat. Pr. ratione, & primò generali
ratione potentiae vitalis, qua ratione
vite dicuntur se mouere ab
intrinseco in actus suos, ut supra
dicitur est. Tum quia actus vitalis
non potest totaliter a noxa viuente
produciri, quia ut vitalis est nobis
lior, ergo potentia vitalis actionem
concurrentem debet. Tum quia esse
actus & quicunque, qualis est intellectus
& respectu speciei, esset perfectior
& fortior sua causa. Tum quia si poten-
tia vegetativa in ratione vite poten-
tiatur actionem, ergo tanto magis po-
tentia sensitiva, & intellectiva, que
ratione vite nobiliores sunt.

Objectiones.

Ob. ex 3. de An. text. 2. ubi A-
rist. manifestè ait: Intelligere est
quoddam pati, & intellectum, cui
tribuitur cognitio, vocat intellectum
possibilem, seu passibilem, &
patientem, ac si nullo modo ad in-
tellectionem concuterat, quidam pa-
tiendo, ac recipiendo. R. Doct:
q. 12. de An. ad 1. princ. & in 1.
dist. 3. q. 7. S. Ad auth. P. Philosop. &
sapissime alibi, per illa verba nol-
le Arist. afferere, quod intellectus
merè passiuem habeat ad intellec-
tionem, sed tam innuere, quod
non dicitur intellectus intelligere
ex ratione, quia producit intellectus
ipsam recipit; an autem intellige-
re sic formaliter recipere intellectu-
tionem, vel solum presuppositiū,
dice-

discretus iustus. Appellatur autem intellectus patiens, & passibilis respectu speciei intelligibilis, quam solum recipit, non efficit cum hoc sit munus intellectus agentis, non verò respectu cognitionis; sicut etiam intellectus agens non dicitur quasi illū efficiat, sed respectu speciei intelligibilis, quam efficit.

Ob. Intellectus ab obiecto, seu eius specie impressa ad hāc potius quādā ad aliām intellectionem determinatur; ergo passiuē, non acti-

Motum & quo loco & grammatica-
ler per se situr actio. non vera actio.
de praedicamentalis. de qua solum
verificator quod non debet esse per
aliam actionem, alioquin sequere-
tur processus in infinitum.

Ob. Arist. q. Mech. 16. hac ra-
tione. vocavit omnes actiones vi-
tales immanentes. quia s. non sunt
vera actiones, quae habent termi-
num a se distinctum. Argumentum
nostrum confirmat sent. ideo n.
Arist. actus vitales immanentes
appellat, ut ostendat qualitates il-
las esse actiones merè grammati-
caliter, non tamen per hoc negare
intendit propriam actionem qua-
sunt, ut in esse ponantur.

Tertiò Obijicitur contra 3. Con-
clusi. probantes Thomiste, quod
intelligere sit intellectualiter dice-
re, ac consequenter verbum produ-
ci per actionem intelligendi, & primò
Auth. D. Aug. 15. do Trinit. cap.
7. vbi ait: Cognitio apud se verbum
habet, utique cogitando habet, quia
nihil aliud est apud se dicere, quam
apud se cogitare. Rr. Scot. in 1. d.
32. q. 3. 3. Ad istam questionem &c.
SS. PP. usurpare quandoque vocabu-
lum dicendi non in proprio si-
gnificato s. pro actualiter produ-
cere notitiam, sed pro intentiona-
liter exprimere, & declarare obie-
ctum. Vel quod dicere est cogita-
re casualiter, non formaliter.

Ob. Idem D. Aug. 5. de Trinit.
cap. 13. inquit: Verbum est visio de-
visione, ergo producitur per intel-
ligere. Rr. Scotus ibi D. Aug. per

visionem. de qua Verbum proce-
dit, intelligere scientiam habitus-
lem, seu memoriam secundā sive
scipium explicat 15. de Trinit. cap.
11. ideo nihil.

Ob. Unius potentiae unicus est
actus. nam potentiae distinguuntur
per actus, ergo dicere intellectus
non distinguitur ab intelligere. sed
sunt unus, & idem omnino actus
productivus verbi. gr. antec. esse
verum in suo concepitu generalissi-
mo tantum, ceterum absolute lo-
quendo unus potentiae duplex est
actus, nempe unus de genere actione-
nis, alter de genere qualitatis, ideo
non valet, quia antec. est falsum.

Ob. Saltum non posset assignari
ratio, cur potius per actum dicendi
verbum producatur, quam per ac-
tum intelligendi, cum ambo sint ac-
tus secundi. Et ab eodem principio,
gr. neg. assumptum, siquidem bene
assignat Subtiliss. rationem dispa-
ritatis in 1. d. 2. q. 7. quia s. actus
dicendi est natura sua productivus,
quia est vera actio de genere actione-
nis; actus vero intelligendi est na-
tura sua secundum operativus, & ulti-
ma è potentiam perficiens, cum sic
simplex qualitas.

Ob. Si actus iste dicendi non est
intellectio, ergo iam non est actio
intellectualia, cum omnis actio in-
tellectus sit essentialiter intellectio,
sed hoc est falsum, ergo &c.
gr. negando sequelam maioris, cu-
sua probatione, non .n. oportet
omnem actum intellectus esse in-
tellectionem, & patet de actione
intel-

intellectus, quæ species à nobis abstrahit, quæ tamen non est intellectio in omnibus lenti, sic in proposicio, actio, productiva intellectus, spectans ad intellectum, quæ dicitur appellatur, est recte accens intellectus, non tamen intellectio, quia per eam nō denominatur intellectus formaliter intelligens, sed dicens, ita Scot. loc. cit.

Ex his sequitur ex Doct. in 1. d. 32, q. 1 F, quod dicere dicere de lo- qui mentaliter quandoq. sumatur pro declarare, representare & ex- primere obiectum, in rigore tamē & in proprio significato, denotat producere verbum, & notitiam; intellectus n. noster dicit verbum prius quam intelligat, quia ex in- digentia, ut per verbum productū intelligatur; non autem ex plenitudine perfectionis, ac facienda- tis memoriz, ut in Divinis eneat; nam Pr. Eccl. quia prius intelligit quā dicat, nos vero prius dicimus, quam intelligamus.

P. Morand. loc. cit. in 359. Cō- clus. 2. afferit, quod Verbum pro- ducat per dicere & quod. ly. Dicere denotes actionem, quia dignid dicitur, vel preferitur. Et citat Scot. & D. Thom. & respondit Vafq. qui ex- stimabat, actionem per quam ver- bum producatur, non esse dictio- nem, sed ipsum verbum productū. Probat contra Vafq. sicut se habet verbum vocale ad dicere vocali- ter, ita dicere mentaliter ad verbū mentale, sed verbum vocale vere producitur per dicere vocale, ergo

estiam mentale per dicere mentalis. Bona. Sed est ratio Scotti, quis vult ostendere distinctionem realem inter actionem de genere actionis, & intelligere, scilicet verbum mentis, quod est qualitas, si ergo intel- ligere producit verbum, ergo duas actiones producunt, una qua pro- ducitur intelligere, & dicuntur Dic- cito, alia qua producitur verbum, & dicitur intellectio. At hoc est contra Morandum, qui ex Arist. in 1. oot. aī quod intelligere est vera & realiter actio.

Dicitur in 3. Concl. dicitur. P. quod verbum in uno sensu produc- citur per intelligere, & in alio ne- quaquam explicat; & probat. Di- plicer potest considerari intelligere, primo modo in factu, secundo in facto esse. Primo modo est ipsa- met productio verbi. Secundo modo est ipsum verbum, ut intellectus informat, & reddit intelligentem. Non placet, & ratio est, quia actio productiva, & terminus productus distinguuntur realiter, ut via, & ter- minus, scilicet finis viae; quomodo er- go idem intelligere consideratum in fieri haber rationem productio- nis verbi, & in facto esse dicat ver- bum productum, ergo à parte rei idem esset terminus, & via, pro- ductio verbi, & verbum productum, i.e. medium, & finis, hoc autem est factum, ut etiam ipse facetur, quia nihil sit per se ipsum. Tum quia posset respondere Vafqu. ad Mor- and. nō habere pro inconvenien- ti, distinctionem esse ipsum verbum sed

sed dictionem in fieri si prodi-
cione verbū dictionem facit
clarissimum verbum procedere, ut
intelleximus informat. Ponderat
quod lo Docti in quo absurdā inci-
dens, qui Scotum relinquunt, oīp-
x. Baydunus notet: hic. leq. 143
līp. xliii. distinctionē procedens
combinat, intelleximus, dicit
per se & verbum. His p. 2. proba-
tione primaz Conclusionis ex. Dis-
Aug. dicit, quod dōs sunt in intel-
lexo. Primum est verbum. Secun-
dum est generatio, sc̄i. productio
idius. Ne p. 2. Si verbum prædic-
dit, media actione, seu, genera-
tio, quāmodō prius est verbum. Tercium
requiritur, non præcedit
verbo. Dicenda in probatione secundū
est. Conclusionis sit, quod Verbum
Invenimus, procedit a Parce per re-
latam intellexionem, distinctionem, &
generationem, que est vera actio
Ratiō. Ergo a fortiori verbum ex-
istit prædictis, antem non ab intellectu
nō nobis per actionem proprię
distam, i. quia, sicut dico, locutionis
quasi generatio sit.

Contra h̄i ipseleccio est actio
tantum grammaticalis, & termi-
nus verigationis etiam per ipsum
quomodo cum dictione cōfundit
qua est actio speciat. ad prædicamen-
tum actionis? Quid veri-
tateleccio, cum dictione, si vna spe-
ciat ad prædicamentum qualitatis
in eius sensu, in 3. concl. disto. xe-
rō ad prædicamentum actionis per
quam producitur vera, & forma-
lis intellexio, seu verbum infor-

matione collectione x. cap. 2. 1. 1. 1.
Mellitus discitat Thonistū Iu-
niores, qui vim argumentantur.
Scoti pleniorantes, facilius tandem
intelleximus esse in genere qua-
literis, non in genere actionis, &
quo p. 2. prædicto capite volume
intelligit, p. 2. producere verbum
teutonum ad intentionem rei, di-
centes, quod estō qualitas, ut sic
non possit productore verbum, ca-
mō poterit fari cōduciam. eq̄ui-
us est ad ipsā, & sic potest verbum
productore. Sed sic dicendo, tedi-
cūm controvēstam ad puram in-
telleximē considerationem. Bay-
dunus, qui D. Thom. cum Scoto
concordare conatur, p. 2. sc̄i. se-
parat soi dōs: reddit, & in equi-
libra laborans; intelleximē anticipat,
& inde determinat relinquit. Mori-
bus sociis, & continuis eorum
casu, qui iheres Angelicum, &
Subtilissimum patent compondere
videntur.

autem illa dicitur ip-

M.R.T.I.C.V.L.VS QUINTVS.

1. q. dicitur species intelligibiles.
2. Scotus in x. d. 3. q. 6. portavit
S. & quolib. 3. 5. respondet affir-
mativo. Pro art. Intelligentia sup-
ponit, species intelligibiles esse
qualitates spirituales per se adūtū
permanētiū, ac velut semina ob-
iectorum ad secundandum intel-
lectum pro corū cognitione, vñ-
dē dīci solent eorum imagines, nō
intessendo, sed in representando;
Se non, vñq; formales, & actuales.
Siquidem talis similitudo, su in-
go,

go. ex ipsa sola intellectio ex dictis SS. PP. &c Philosophos & pra-
 quis, sed etiam quaevis obiectum, secundum D. Aug. 12. de Triad. cap.
 doceunt rite gerentes, cognitio 2. non permittit de huiusmodi spe-
 cie ad cognoscendum per iugendam con- cies, dubitari, probatur tamen
 currunt. Et quidem de existentia, est difficultas. Baud. in libr. de An-
 nam speciem, maior adest con. disp. 12. sec. 5. Sic probat. Hunc
 tempore, quam de species sensib. sicut quod obiectum non potest fieri
 ubique, non pro istis ad manus expe- intime presentis intellectui, ne po-
 rientiam habemus, non pro illis, tali ei proportionari, est necessaria.
 hinc plures illorum, qui (probatur) rium ad intellectualem, sed. non
 les species admiscebant de intellectu. Species intelligibilibus, haec con-
 ditiones non possunt haberi, ab o-
 gibilibus negantur.

Controversia, igitur praesens in
 tre dividitur classes, Prima negat
 species intelligibilis, ita ex Princ. cum obiectu fieri ex extra intellectu
 Philos. Themist. Theophrastus. Hec non potest ex se approximari, que-
 ric. Bacon. Durand. Ocham. &c. etio. ratione praeceps, videtur. Non
 ex Recensioribus Arc. cum Alijs. etiame, nec potest ex se esse ex propria
 Secunda opinio, quae modo est co- portionatum, cum in diversis ordi-
 nibus, & magis plausibiliter admir- nis, quod non est materiale, & aliud
 tur species intelligibilis in omni periculum, ergo dari debet aliquid
 cognitione, & intellectu agenter, per quod approximari, haec videtur
 pro certam producione, ita Dux tunc per seipsum, & proportionatum
 Thym. p. p. 9. 8. ac 1. & 2. cum quodcumque potest, quod species
 suis, sicut, locis, cum scilicet, & intelligibili.

Necessarii ferre omnes.

Medio radem opinionem distinguunt
 de cognoscendo, ab intellectu & in-
 tuitu, (de quibus intra 1. & 2. docet)
 species intelligibilis esse vici, ne
 cessarias ad cognitionem abduc-
 tuam, minime vero ad intuituam,
 ita Scot. in 1. d. 3. q. 6. quem ipsi
 discipuli sequuntur, ut Lich. Barg.
 Viger. Mayr. Faber. Tatar. Vulg.
 Maistr. & Bell. & Alij.

Conclusio.

Dicitur; necessarias esse species intel-
 ligibilis ad cognitionem abstractivam.
 Et Scotti loc. cit. & communis in-

separabilibus ordinibus ratione sunt
 utrumque approximari. Ad hanc autem
 necessariam rationem, & ad probationem
 necesse est, quod materiales est diversi-
 ordinibus, quia, videntur, esse separabiles.
 aliquid principale, dicentes hoc non
 obstat, nam haec ratio valit de
 causa formali, sed quodcumque causa
 partialis est materialis, & altera
 spiritualis, & maxime si haec fuerit
 principalis, videntur est intellectus
 bene produci potest effectus spiri-
 tualis, videntur aqua ipsa intelligibilis. Tu
 quia phantasmatum iam est materialis

Ddd² & cau;

Ex auctoritate potest immediatè species impressam cum intellectu argumentari, quæ species est etiam spiritus materialis, quare ergo non etiam intellectum, & speciem expressam? Neque necessaria sunt species ex eo quia obiectum debet viri intellectui, illique intimè coniungit se secum constitutus valet aequaliter intellectum intellectionis, nam ex Subsist. in 1. d. 3. qu. 7. lit. M. non requiritur tanta unitas in causis, quanta in effectu, sed aliquando sufficit inter plures causas unitas ordinis, sicut in casu sufficit debita approximatio, & applicatio obiecti ad potentiam, hinc ait Scot. quod accidit speciei, in quantum est causa partialis intellectionis, recipiatur intellectu, cunque inhereat, nam si per se subsisteret, & intellectus subsisteret ab extrinsecis oblique informatione, cum debita applicatione, adhuc bene cum intellectu sufficeret ad causandam intellectionem, ut de phantasmatate patet, quod cum intellectu agente concurredit ad causandam speciem intelligibilem, que non nisi ab extrinseco ei coniungitur per quendam efficiendum. Per has rationes R. etiam ad P. Morandum, Mag. Brunum, & alios, qui eadem via, & medio procedunt in probatione conclusionis.

Alij hoc probant ex eo, quia obiectum in phantasmate, & alijs potentij inferioribus cum sit extensum, & materialium, non est actu intelligibile, sed potentia causum,

siquidem in toto illo progressu, sed per in ordine sensibilium manent, ac proinde oportet, ut ab intellectu agente eleverit ad ordinem intelligentiarum, & de intelligibili in potentia fiat intelligibile in actu. Quæ elevario, & translatione non sibi per abstractionem speciei intelligibilis, & in qua obiectum appetere deputatum, ac veluti à conditionibus materialibus defezata. Sed neque haec ratio valet, non nisi concludit universaliter, nam certum est obiecta quoq. spirituallia ab intellectu separato abstracti cogitandi per speciem. Neque ista doctrina de obiectis sensibilibus & materialibus, quod potentia tantum sunt intelligibilia, non autem actu, est ita irrefragabilis, q. suam impugnationem non solvit, si quidem sensitiva sunt actu entia, & actu rationem obiecti intellectus participante, quod est ens in sua communicate, ac consequenter sunt etiam intelligibilia, cum intelligibilitas sit passio entis realis, ergo sensitiva, & materialia non excluduntur ab ordine intelligibilium, & intellectus est potentia illimitata quod ad omnia entia, ut insta patet; Unde illa doctrina solum intelligenda est de sensibilibus in ordine ad intellectum coniunctum, et Lychet aduertit in 1. d. 3. q. 6. S. sed ista littera, &c. quatenus in hoc actu intellectu intellectu, quin prius fuerit in sensu, intellectus n. vitiatur sensibus tamquam ianuis, per quas obiectis datur ingressus ad analam

solam intellectus; & in hoc sensu sensibilita non dicuntur esse intelligibilia; hoc est immediate ab intellectu attingibilia, nisi prius per sensus transierint, ante quem transitu dicuntur potentia tantum intelligibilia. In quo sensu, qui negare vellet species intelligibles, dicit obiectum inphantasmate esse actu intelligibile, quia transire non debet per ulteriorem sensum, negando, quod materialis, & extensum actuall intelligentia repugnat, aliis nec Deus, nec Angelus possent obiecta materialia quatenus talia intelligere, quod falsum est, cum nulla interiora reptigilia afferri possit. & illa proportio, qua a Doctoribus desideratur inter potentiam, & obiectum sufficit quod via causa sit partialis, sicut defectio potitur intellectus agens cedula speciei intelligibilis. Vide Scot. in 2. d. 3. q. 11.

Scotista alia via incedit ex Doctori, nempe Intellectus per cognitionem abstractiuanam pricipue naturas uniuersales, & communes attingit, at talis natura apparere non potest inphantasmate, sed in specie intelligibili tantum, ergo necessario est talis species admittenda pro tali cognitione, ut eius principium, vicem getens obiecti. Major patet, quia illa praesertim dicitur cognitionis abstractiua, per quam attingitur natura non solum a materialitate, & concretione, materiis deputata, sed etiam a cognitionibus individuantibus hic, &

aduc, ita ut per speciem foli nativae communis representetur. Minor probatur, quia phantasma est materia, & extensum, ergo non nisi singulare representare potest, iuxta illud Arist. 2. de An. tez. 6. sensus est singulatum, intellectus vniuersalium.

Sed etiam in hac via non deficiunt Scopuli; nam esse extensum, & materiale, ac etiam esse singulare, & individuum non tollit inseparabilem communitem, & indifferentiam ex Subtili. in 2. d. 3. q. 1. cum determinatio illa per differentiam individualem sit ei proclus extrinseca, sicut ergo in singulare seruat adhuc natura communis, & sunt etiam in eo conditiones individuantes, sic in phantomate ipsius representatur natura communis, & singularis; & est doctrina Scotti q. 17. de An. S. Pratera ostendo &c. ubi probabilitatem defendit non dari species intelligibles. Hinc multi candidi Scotisti, cum ipso Doct. docent per species singulare representari posse vniuersale, & per minus vniuersale representari magis vniuersale, ut infra ostendemus, & in hoc sensu minor argumenti est falsa. & Autho. Arist. 2. de An. exponitur a Doct. quod potentia sensitiva non potest percipere nisi singulare, ac intellectus utrumque & singulare, & vniuersale.

At instat Faber Theor. 79. cap. 4. Natura communis in suo singulare non retinet amplius communica-

utrum lucum per indifferenciam, sed Memoria sensiva, scilicet *sc.* per cum per singularitatem sic deter, solaphantasmata intelligimus, si- minata, ergo nec inphantasmate erit aeternum beneficium tantum ren- porficit ut talis representari, scilicet cordamus, non specierum intellecti- neg. antec. ratio est, quia deter- gibiliu. Non valeat, quia iam anima- minatio est extrinseca natura; u- separata prpter eorum recordatur, de intellectus potest stramq. simul ut patet de diuine in Euangelio, & considerare. s. naturam ut per se, de alijs, & tamenphantasma non & intrinsecè commone, & per ac- habent.

cid, & extrinsecè in gularem.

Medium igitur efficacius, quo potest conclusio nostra demonstrari est illud, quo utitur Subtilis, loc. cit. in 1. d. 3. q. 6. in Corpore qua- sionis S. 14. Questionem etc. l. R. ex memoria, Intellexiva, & recordatione prpter eorum ubi Mayr. in 1. d. 3. q. 10. pucas non posse adduci validiorem rationem ad intentum probandum. Sic igitur probat Scot. Mancit species in- memoria, actu intelligendi non manente, ergo necessaria sunt pro memoria Intellexiva. probat al- sumptum ibidem sit. N. & quolib. 15. art. 1. ex Arist. 2. de An. tex. 66. ubi ponens differentiam inter sensum, & intellectum, dicit quod sensus cum sit singularium, non potest semper sentire quod vult, intellectus autem cum sit universalium, bene potest intelligere cum vult, ergo species intelligibilis conseruat post actum intelligendi in eodem intellectu. P.e. conseq. aliquid nulla est differentia ex hoc capite intellectum, & intellectu, si species intelligibilis evanescerent, sicut sensibiles.

Dices sufficit ad recordatione

Dices adhuc ex Doct. q. 17. dc. An. post unam intellectus relin- quit habitum virtute illius actus, qui, habitus habet inclivare potentiam, ad intelligendam eamdem rem, & ipsum representare, sicut potest ex species membra. Non satisfacit, ut bege adquerit Mayr. loc. cit. & ser- quatur Mayr. & Bell. & ratio est, quia representandum, obiectum in causando, non se tener ex parte, potentie, ut sicut habitus. Tu quia non ex quo habes actu generatus ha- bitus, at nos de omni actu quem- habuimus possimus recordari. Tu quis omnia actus, intellectus po- test esse obiectum recordationis, ergo oportebit ponere te habitus, quod recordabilia, quod est oblitio- dum. Tum tandem, quia ponere habitus in intellectu, qui vita ha- beant representandi obiecta, idem priorsus est, quod ponere species, & discrimen solum remaneat in mo- do loquendi, quatenus quod unus speciem appellat, alter vocat ha- bitu. Scot. loc. cit. loquebatur p. biomatice, ut etiam ibi facetus. Ca- tellus.

Est tamen aduestendum ex Spoc-

necessitas hec spicatum, non attendenda est ex parte potentie, ut Thomistae velle videntur, quasi in intellectu fine specie sic incompletas in ratione potentie vitalis, & intellectus, reuera n. intellectus nullam a specie virtutem retipie, nullamq. perfectionem illi ipsius praestantem in ratione potentie intellectus, cum in ordine suo coram habeat abstractam ad actionem intelligenti; Sed species necessitas tota accendit ex parte obiecti, ad supplendum eius concursum, ut alterius causae necessarij requiriatur ad intellectionem; Quod quidem supplementum ex tribus capitulo presestum necessarium est, Primum, quod obiectum non est esse intelligibile, sed dum ducatur potentia, qualia sunt obiecta sensibili, & materialia in ordinate ad cognitionem abstractam, ut Scot. docet in r. d. 3. q. 6. O. siquidem non sunt abstractioe acta in intelligibilia, nisi in specie praefiterentur sicut in quidam luce in scissis præsentia, cognitionem intellectuam, non abstractivam parvum; Secundum caput est, cum obiectum in se velique est actu intelligibile, sed est abiectus, sc proinde eius praesentia supponi debet per speciem, & in hoc sensu nam Angelus dicetur in digo species ad intellendum abstractiuem etiam Angelum absentes; Tertium tandem caput est, quando obiectum est intelligibile, & praesens praesentia quidem entitatis, quia non absit, non tamen praes-

titia obiectua, quatenus non ratione obiecti valde potentiam excedit, quare utrabeatur praefectio obiectua, & intellectus sit in potentia intelligibili opus est specie intellectibili, ex quo capite Scot. in r. d. 3. q. 9. patet fuisse Angelis cogitacionem in via speciem representantem abstractiuem Efficientiam Divinam.

— Ex primo capite, necessaria est species in cognitione abstractiu, de qua in presenti arte loquimur, in omnibus obiectis materialibus, & sensibilibus. Ex Secundo capite necessaria est in spiritualibus, ac mele intelligibilibus creatis. Ex tertiorum tandem capite necessaria est etiam in obiecto inacto, ut etiam abstractio ab intellectu inacto cognoscatur.

Ob. Omnes species, quæ ab obiectis imprimuntur potentiam, res praesentant obiecta à quib. imprimuntur, sed omnia talia obiecta sunt singulares, ergo species representant etiam singulares, & sic nulla erit species rerum universaliarum. Re. Scot. in r. 1. 10c. cap. d. 3. q. 6. Ad primu principale sub I. maiorē esse verā quād obiecta sunt causa totales specierum, ut in obiectis, & speciebus extenorū sensu euenir; fallit quando obiecta sunt causa tantum partiales, ut in propriebus est de speciebus intelligibilibus, quia quia producuntur ab obiectis, & ab intellectu agente, & quo habent universaliatum non solū

solum vim habent repräsentandi objecta singularia, sed etiam ut abstrahunt à singularitate, & sic etiā trivialis, quæ in singularibus sunt inclusa repräsentant. Subdit Doct. ibidem lit. L. quòd quando intellectus haberet plures species simul, non tamen sequitur quòd plures simul intellec̄tiones elic̄ret; ratio est, quia non omnes species moverent simul intellectum ad cognitionem suorum objectorum, sed illam priùs, quæ erat fortior, vel quata voluntas voluerit, potest enim voluntas imperare huic speciei, & non illi, licet fuerit debilior, ut moveat intellectum ad cognitionem sui objecti, & sic alias impedire ne in oris moueret.

Ob. Vel species intelligibiles sunt necessariae ad elicendam intellectuonem, & hoc non sufficit, n. intellectus possibilis cum ipso objecto, vel phantasmate, nam esset si materiae, potest tamen cum intellectu, ut causa partialis concurrere ad actum intelligendi, sicut concurrere ponitur ad productionem speciei intelligibilis. Vel necessaria sunt ad representandum objectum intellectui; Sed neque hoc, quia ad hoc etiam sufficit solum phantasma, sicut etiam solet objectum repräsentari potest superiori per actum potestis inferioris, ut voluntatis per intellectum, appetiti per sensum &c. & sicut doctrina Arist. in hoc 3. vbi docuit intellectum, speculari quod est in phantasmatis. Vel necessaria apparet. Exemplum de voluntate, &

consentaneus ad assimilandum intellectum objecto intentionaliter, ac neque hoc; siquidem talis assimilatio sufficiet habetur per ipsam intellectionem causatam ab objecto, & in intellectu receptam. Vel ponuntur ad determinandam potentiam, quæ de se indeterminata est ad operandum circa hoc, vel illud objectum, sed neque hoc, cū hec ex dictis sit illimitatio potestis actiū, non passiuꝝ. Tum quia solum objectum sufficit ad determinandam quamcumque intellectus indifferentiam.

rg. iam ex dictis patere ad quid species intelligibiles conducantur in necessitate pro cognitione abstractuā in rebus materialibus, ut de potentia sicut ab eo intelligibiles secundum abstractuā intellectuonem, in spirituāibus vero, ut cum objectum fuerit absens, fiat praesens per speciem, ut explicatum est. Nec ad talēm præsentiam constituendam phantasma sufficit, & probatip assumpta potius est pro nobis, sicut n. sensus interior non cognoscit per speciem existentem in exteriori, sed per propriam, quamvis eam recipiat aliquo modo à specie existente in sensu exteriori causata, sic etiam de potentia intellectuā afferendum est, quòd ei præsentetur objectum per propriam speciem, non alienam, nam quod perfectionis est potestis inferiori, non debet superiori denegari, nisi manifesta implicantia apparcat. Exemplum de volunta-

te, & appetitu nos valer, cùm hic tur; nō obiectum per ipsam repræsentat potentijs cognitivis loquamur. sentatum; neque secundum; nam Ad Arist. quod intelligens speciem obiectum in specie habet esse dilatari debet quidquid est inphantasmate resp. Scot. loc. cit. in 1. lit. N. quod intelligendus est ut supra, quatenus s. ob connexionem potentiarum intellectus nullum universale pro statu isto intelligit, cuius interim singulare phantasmum non reluceat.

Hinc notatur ex D. & q. quod Duplex est, præsentia obiectiva ad potentiam, una physicas & realis, qua quodlibet agens physicum est præsens passo; altera intentionalis, qua propriè obiectum dicitur prætens potencia in ratione cognoscibilis; quamvis igitur obiectum physicum, & reale sit prius præsentia reali, & physica; non tamen præsentia intentionali, sic n. potius species est causa præsentie obiecti in cognitione abstractiva, de qua in præsenti est sermo; quod tamē nō est ita intelligendus quod obiectum extra immediate causet in intellectu nostro speciem intelligibilem, nam propter ordinem potentiarum ita eam causare non potest, nisi in sensu exteriori, quare solum remotè speciem intelligibilem causat.

Ob. Si species necessaria est ad cognitionem saltem abstractivam, vel immediata tantu intellectionis erit ipsa species concorrens cum intellectu, vel potius obiectum ipsum in specie relucens; non primum, quia tunc species ipsa intelligere-

obiectum in specie habet esse dilatatum, & secundum quid tamē, ac consequenter non potest esse causa effetus realis, & physicii, qualis est intellectio. In hoc puncto est dissidium inter Scotillas, nam Lychet. & Barg. loc. cit. in r. volunt speciem ipsum, non obiectum in specie representatum, esse principium cum intellectu abstractiu cognitionis; Alij ē contraria, putant non speciem, sed obiectum in specie relutus esse concaulum intellectu cognitionis. Potest viraque pars problematicè defendi; ut apud Barg. patet, Probabilius tamen considerat speciem ipsam esse con principium cognitionis, non obiectum ipsum; neque inde sequitur tunc speciem ipsam intelligi, non obiectum, ut Aduersarij urgebant, species n. nō concurrit ad intellectuonem, nisi quatenus obiecti vicaria, ac loco eius substituta, veluti semen eius. Tum quia licet species sit principium intellectionis abstractiu, terminus tamen eius est obiectum in specie representatum.

Ob. Si daretur species impressa præcedens, & manens post intellectuonem, sequeretur dari memoria intellectuam ultra sensitivam, sed hoc est contra Aristi libr. de memoria, & reminiscencia cap. 1. ergo &c. Auicen. cum luis sequacib. R. negando sequelam materialis, licet. n. admittat species in intellectu, vult tamen, quod facta,

intelle^cione, statim ipsa species uam, ait enim quorumdam intel-
ligibilium nos memorari. ut quod
et a visione euangelunt. Non valet, triangulus habeat tres angulos. &c.
si n. in parte sensitiva species con- & hoc quidē, quia ita à nobis fui-
seruatur ad sentiendum obiecta. speculatus. Tum quia ibi loqueba-
jam sensata, vt experientia sit ma- tur ob cunneXionem potentiarum
piftum, & pro eius conservanda prostatu isto. in quo memoria in-
ponitur memoria sensitiva, tanto collectiva pender a sensitiva, & nō
magis dari debet intellectua. ad è contra, ita vt sensitiva sit veluti
illas in intellectu conservandas. radix intellectu, & hac ratione,
Hinc Scot. in 1. cit. lit. N. docet sensitivam quodammodo supra-
potiori ratione conservari species intelligibiles in intellectu, quam
sensibiles in organo memorizsen-
situ, quia ista saltē per lesio-
nem, ac indispositionem organi,
in quo subjectātur, corrumpti pos-
sunt, sed non illa, quae sunt immu-
neriales, & intellectui imprimun-
tur, qui nunquam marcescunt; qua
xatione ait Scot. intellectum fuisse
consultū ab Arist. 3. de An. 6. ap-
pellatum, nō subiectum, sed locum
specierum, quatenus habet poti-
ssimum loci proprietatem, quæ est
conseruare locutum, & in 4. d. 45.
q. 1. & 3. docet adeò species inde-
libiliter imprimi in intellectu, vt
etiam post mortem manescant, iux-
ta illud D. Hieron. in Prolog. Bi-
blii: Discimus in terris, quorum nobis
scientia remanebit in Cælis. licet igitur
species intelligibiles sicut natura,
sua defectibiles, conseruantur ta-
men ex perennitate subiecti, seu
loci.

Nec verba Arist. terrere debent,
nam vt Scot. aduertit loc. cit. S.
De Secundo &c. Arist. ibidem expres-
sè admittit memoriam intellecti-

de causa ait memoriam est: per se
primi sensitivi, per accidentem vero
esse partis intellectus, quatenus si
nulla recordatio pertinet ad intel-
lectum tamquam primatio, & ra-
dicaliter ad recordandū. ita Doct.
loc. cit. lit. K. Hinc bene ait May-
ton, quod tota obliuio debet re-
ferri ad sensum, & non ad intellectum,
siquidem species in sensu be-
ne possunt deleri propter altera-
tionē organi, non autem in intel-
lectu, & fuit Doctrina Sub: illis. loc.
cit. H. & L.

Ex his patet resolutio illius cō-
trouerſie inter D. Tho. & Scot. an.
s. concedenda sit etiam in parte
intellectua memoria sumpta pro
potentia conseruaciu specierum
præteritarum, quatenus præterita
sunt, quæ consequenter recordati-
va dicatur. Doct. Angel. ex Arist.
loc. in lib. de memoria, & remini-
negat p. p. q. 79. art. 7. & 3. cōtra
Gent. cap. 74. eius ratio est, quia
obiectū intellectus est vniuersale,
quod abstrahit à fuisse, & fore, er-
go non datur memoria intellecti-
ua,

te, quæ sit recordatio, sed tantum de se est animam separata nullius sensuia. An. Scop. 20. q. 25. q. 3. quæ sequitur ceterum insuffio d' Deo in Angelis tur Scotis, ut videtur est apud Reg. admittetur, nulla tamen necessitas Parisiensis lib. de memoris, & remanserit tribuendi quoque animad- minis. Cauell. 3. de An. sec. 3. Faber. Theor. 80. cap. 3. Vulp. rom. 12. p. disp. 29. art. vlt. Mistr. & Bell. sensuum, & in officiis intellectibus in lib. de An. dist. 6. q. 4. art. 1. & eas post mortem conservare. Ita etiam passim plures Recent. & presentem arguit Scot. maiorem veritatem. Quied. contra s. concil. 5. Pr. experientia, siquidem experitum habet nos recordari præteritorum concepitu- gerum, non solùm uniuersalium, quas semel cognouimus, quas memoria sensuia attingere non pos- test; Sed etiam singularium, patet de divite illo Luce 16. qui fratum sdomum, Abraham, & Lazari recordabatur, sine mysterio memoris se- stius. Ita etiam & nos de præteri- tis actibus malis, & spiritualibus, quos sensus non attingit recorda- mur, & penitentiam agimus, illos recogitando cum suis circumstan- tijs loci, & temporis, ut Scot. loc. cit. in principio quæst. & S. Dico ex- y. & arguit. Alijs sequeretur, qd' ultima separata non posset recordari eorum, quæ illi in hac vita continguntur, cuius oppositum ex relato Euangelio colligitur, unde aliqui Doctores de fide hanc veritatem astrinxunt.

Neque doctrina D. Tho. p. p. q. 89. art. 1. & q. 35. art. 2. suffra- gatur, quod nimur anima sep- rata accipiat species præteriorum recordatiuas à Deo, nam tunc se- queretur naturaliter, & quantum

casus virget tribuendi quoque animad- minis. Separatis, quia iste potuerunt illas in corpore acquirere ministeriosas p. disp. 29. art. vlt. Mistr. & Bell. sensuum, & in officiis intellectibus in lib. de An. dist. 6. q. 4. art. 1. & eas post mortem conservare. Ita etiam passim plures Recent. & presentem arguit Scot. maiorem veritatem. Quied. contra s. concil. 5. Pr. experientia, siquidem experitum habet nos recordari præteritorum concepitu- gerum, non solùm uniuersalium, quas semel cognouimus, quas memoria sensuia attingere non pos- test; Sed etiam singularium, patet de divite illo Luce 16. qui fratum sdomum, Abraham, & Lazari recordabatur, sine mysterio memoris se- stius. Ita etiam & nos de præteri- tis actibus malis, & spiritualibus, quos sensus non attingit recorda- mur, & penitentiam agimus, illos recogitando cum suis circumstan- tijs loci, & temporis, ut Scot. loc. cit. in principio quæst. & S. Dico ex- y. & arguit. Alijs sequeretur, qd' ultima separata non posset recordari eorum, quæ illi in hac vita continguntur, cuius oppositum ex relato Euangelio colligitur, unde aliqui Doctores de fide hanc veritatem astrinxunt.

Ad Fundamentum D. Tho. quod f. obiectum intellectus nostri est uniuersale, quod abstrahit è multis & fore. Respondet Subtilis. hoc esse verum, quantum ad notitiam scientificam dicimur, qualiter sola abstractiva, ceterum etiam singulariter à nobis pro statu isto con- gnoicitur, ut infra patet; licet nō ratione singularitatis ut diximus, nec scientifica cognitione:

Addit P. Quiedo: apprehendere præteritum, ut præteritum est con- gnosceri tempus, quo res mem- ratur, sed solùm intellectus cogno- scit tempus, ut mensuram prioris, & posterioris ex physi. tex. 13. ergo solùm intellectus proprietas, & strictius cognoscit præteritum, ut

præteritum, & actū memorie exerce-
cer, quām sic sensus internus.

Respondent aliqui Thomistæ,
glorando maiorem, & minorem s. l.
si præteritum, & tempus conside-
rentur in actu signato, seu in com-
muni, & etiā in particulari quō ad
rationem obiectuam eorum à lo-
lo intellectu cognoscuntur, sed si
consideretur exercitè tamquam
conditiones obiecti apprehensi-
s solo sensu interno cognoscuntur.
Sed in hac responsione iam conce-
dunt quantum in cōrrouersia pro-
ponitur, quod nēmpe intellectus
præteritum, ut præteritum cognos-
cit, & apprehendit, quod ipsi pri-
us negabant, ex allata ratione D.
Tho, quod obiectum intellectus
est vniuersale, quod abstrahit à fa-
ctis, & fore. & ita quoque fatentur
cum Scotio cognosci singulare, ut
singulare, quod ad rationem obiec-
tuam, licet nō sub ratione Singu-
laricatis. Tum quia si conditiones
obiecti apprehensi à sensu interno
cognoscuntur, quare etiam non ab
intellectu, qui est potentia perfec-
tior, & illimitatior? & si quod per-
fectionis est inferiori, tribui etiam
debet potentia superiori?

Est tamen hic sciendum, quod
quāmvis in partē intellectuā ad
mittamus memoriam à sensitua
distantiam, nō tamen ex hoc affe-
ximus esse potentiam ex natura
rei diuersam ab intellectu, sicut in-
tellectus ipse possit diuersus à
Voluntate, eadē, n. prorsus nume-

ro potētia ex diuersa habitudine.
dicitur Intellectus, Intelligentia,
& Memoria, ut clare colligitur ex
D. Tho. loc. cit. &c. Subtiliss. in 1.
d. 27. q. 1. lit. k. sc. alibi s̄epius,
contra Magis. sent. & Riccardum,
quatenus n. intellectus nude acci-
pitur pro ipsamē animz faculta-
te cognitiua, dicitur intellectus;
quatenus stat sub actuā intellec-
tione dicitur intelligentia; quatenus
candem stat sub specieb. dici-
tur memoria secunda. Nec obstat,
aliquos intelligere, & malè recor-
dari, nam hoc evenire potest ex
parte phantasiz, ex qua intellectus
potest impediti, ne ex expeditè re-
corderetur, quod arguit dumtaxat
distinctionem aquū, non potentia-
rum, etenim intellectus ipsumē
facilis est ad quādam obiecta car-
pienda, ad alia vero difficilis, & ta-
men non distinguuntur à se ipso.

Dices, Si darentur species intel-
ligibiles in intellectu, non esset ne-
cessaria eius conuersio ad phanta-
sia, quia iam sola species cum in-
tellectu sufficeret. Rr. Scot. in 1. cit.
N. negando sequelam, siquidem
ex connexione potentiarum intel-
lectus, & phantasiz pro statu isto,
non habetur usus speciei intellegi-
bilis sine usu sensibilis in phanta-
sia; vel dicendum iuxta aliam pro-
babilem sent. quod saltē in secu-
da motione, intellectus cum sola
specie operari potest sine recursu
ad phantasma, licet valde remissē.

ARTICVLVS SEX-TVS.
An species intelligibiles sint necessariae ad intuituam.

stens, intuitiuæ reduplicatiuæ, sed tantum abstractiuæ, siquidem ita percipitur, ac si non esset realiter præsens, & existens.

SCOT. tam loc. cit. in 2. d. 6. quā 2. d. 3. q. 11. D. & d. 9. q. vn. S. Contra primum articulum &c. & in 4. d. 45. q. 3. sub O. & alibi, respōdet negatū. Pro cuius intelligentia supponimus ex eodem, ciratis locis, Cognitionem intuituam, & abstractiuam ad intuituam conuenire, & differre; Conueniunt quidem, quia utraque repräsentat obiectum intellectum, & denominat intellectum intelligētem, differunt tamen, quia ad cognitionem intuituam, non solum requiritur, quod obiectum ab eadem repräsentatu, realiter existat, & sit realiter præsens vel in se, vel in eminentiori specificatiu, sed etiam ut illud realiter, quatenus realiter præsens, & existens est reduplicatiu.

Dixi, vel in eminentiori, ut est cognitio, quā habet intellectus Beati, media visione essentia Divinitatis, in qua lapis essentialiter, id est perfectiori modo, videtur quam in se continetur; Abstractionua vero expolcit, vel quod obiectum sit realiter absens, & solum intentionaliter præsens intellectui per speciem, vel si contingat etiam esse realiter præsens, & existens, illud tamen representet ac si non esset præsens, & existens. Hinc licet Deus pro hoc statu sic realiter præsens, & ubique existens, non tamen cognoscitur a nobis intuitiu, ut præsens & ex-

istens, & præsens realiter, sed intentionaliter tantum, quia rationes cum se habeant veluti differentiaz essentiales constitutivæ, ac diuisiæ, necessariæ specificam distinctionem causare debent. Insertus secundò non posse considerare notitiam intuituam, absque præsentialitate & existentia reali obiecti, his breviter suppositis.

Conclusio.

Dicimus, Ad cognitionem intuituam non esse necessarias species intelligibiles. Est Scot. loc. cit. & Scoti kariss. Pr. à Doct. in 2. d. 3. qu. 8. S. 44 Questionem &c. Species intelligibilis substituitur loco obiecti, cum s. vel obiectum non est actu intelligibile, vel est absens, vel si est præsens potentia, non tamen est præsens in ratione obiecti, ex quibus capitibus speciei necessitas pèdet, ex dictis, sed in cognitione intuituam obiectum est actu intelligibile, & debite præsens secundum propriam existentiam, & secundum ratio-

Notionem obiecti, ergo species co-
-datur sibi per se, & consequitur, ad
-convenienter in principio, cedit illud
quod loco eius substitutum erat.
Ex hoc deducit posse Angelum se-
-ipsum intuitivè absque speciei co-
-cursu cognoscere. Confirmatur. Si
posset species etiam in cognitione
intuitiva vicè obiecti supplete, si-
-cūt in abiectione, tunc sequeretur,
quod fieri posset intuitio rei absen-
-tis, sed hoc est factum, ergo &c.
Tum quia ex Subtiliss. quolib. 13.
art. 2. intuitiva habet relationem
accidentis actualē propter ob-
iectum præsens in propriā exis-
-tentia, ergo implicat dāti notitiam
non præsenti obiecto in propriā
existentia, sed ducebat in specie
consequi. Pr. relatio n. non potest
esse sine termino; ergo si intuitiva
cognitionis relationes importat ac-
-cūtalem accidentis ad obiectum
in se immediate præsens, implicat
esse sine obiecti concurso in pro-
-priā existentia.

Obiectum.

Ob. Sensitiva cognitionis exten-
-sionē est intuitiva, & tamē sit per
species; ergo sine fundamento spe-
-cies ab intuitiva cognitione elimi-
-natur. gr. neg. conseq. cognition
n. intuitiva exteriorum ideo sit
per species, quia ista pendent in-
-seri, & conservari ab influxu ac-
-cūtali obiecti præsensis, ideoque
potest species esse comp̄incipium
intuitiva notitiae, ac species intel-
ligibilis eadem permanet. Sicut præ-
-sens; sicut abente obiecto; ac pro-

inde iridifferenter illud repr̄esen-
-tat sicut præsens, sicut abentes & co-
-sequenter nequit ad intuitiuam
concurrere.

Ob. Deus futura contingentia
videt, non tamen in se, quia non
existunt, sed in aliquo repræsen-
-tatione, & tamē talis cognitione &
Theologis intuitiva appellatur.

Rt. Subtiliss. quib. 6. sic. G. dupli-
-cēm esse notitiam intuitivam vñā
immediatā, quæ est rei in propriā
sua existentia, & præsentiatitate; &
alteram mediatam, quæ est de re
in aliquo obiecto intelligibili la-
-peruenienter ipsam continentem se-
-cundum totam suam entitatem, &
cognoscibilitatem, & talis est no-
-titia, quam de rebus Deus habet in
Divina Essentia, quæ propter insuffi-
-ciatatem illam verius, & distinctias
reis, quādri in scīpsa sit repræsen-
-tāt, non remissè, & diffinitū.

Ob. Obiectum debet potentia
vñiri, ut sufficienter secundata e-
-uadat, sed obiectum materiale ne-
-quit formaliter intellectui vñiri,
lapis. n. non est in intellectu, ergo
potentia habere non potest cogni-
-tionem materialium, nisi per spe-
-cies. gr. distinguendo minorē, non
potest obiectū materiale vñiri po-
-tentia vñione quadam formalī, &
inhabita ad modū accidentis, con-
-cedimus; non potest vñiri vñione
quadam virtuali, qua vñione plu-
-res causæ ad eundem effectum co-
-munem vñiri solēt, negamus, ideo
nihil.

Ob. Materiale ut sic, non est ac-
-tu in-

et intelligibile, sed tale evadit per speciem, ergo nulla eius cognitio haberi potest nisi per speciem. *R. Doct.* in 2. d. 9. q. 2. R. maiorem esse veram in cognitione abstractiuā, qua obiectum sensibile, & materiale sit tale per speciem, quantum vero ad notitiam intuitivā obiectū materiale est actu intelligibile quantum est ex se, quamvis non ita intelligi possit ab intellectu sensibus alligato, ratione cuius alligationis nō potest intellectus immediatē attingere materialia obiecta, sed per species dumtaxat, quas ministerio sensuum cōscitur.

Ob. Obiectum debet proportionari potentiz. ac obiectum materiale est improportionatum intellectui, qui est potentia immaterialis, ergo aliqua indiget species &c. *Pet.* Subtiliss. in 4. d. 45. q. 2. maiorem esse veram de proportione inquantis ad mobile, quo sensu negatur minor, benē n. proportionantur obiectum, & potentia in ratione inquantis, & mobilis; & etiò improportionatum sit obiectum materiale intellectui pro statu isto, quia sensibus est alligatus, non tamen soluto, & ex natura potentiz.

Ob. Arist. pluribus in locis docet materialia, & sensibilia non esse actu intelligibilia, sed potentia tantum, & ficticia per speciem; ergo &c. *R.* Ideo Arist. docuit obiecta materialia non esse actu intelligibilia, quia loquebatur de-

intellectu coniuncto, & hac ratione ponit intellectum agentem, ut transferat obiecta de ordine sensibilium ad ordinem intelligibilium hoc est, immediatē ab intellectu attingibilium, modo iam supra declarato. Neque etiam ex hoc sequitur fructatorum esse intellectum agentem, nam adhuc ex alio capitulo necessarius est, *i. tamquam concusa concurrens cum obiecto materiali ad speciei intelligibilis productionem, quam speciem tale obiectum nequit totaliter producere, cum sic effectus prorsus spiritualis, qua ratione tantum, ponit Scot. intellectum agentem, in Angelis, & in anima cum sit omne actu intelligibile est sine materia, loquitur.* *n.* tunc de actu intelligibili ab intellectu coniuncto; quatenus non immediatē fertur in obiecta materialia, sed mediata dumtaxat ea attingit, medijs specibus.

Dices, omnis cognitio sit per assimilationem, ergo per speciem, & sufficere speciem expressam, quia notitia ipsa est actualis obiecti expressio, & assimilatio.

Nota tamen, quod etiam in notitia intuitiva debet species intelligibilis interuenire saltem ut effusus prævius; ratio est, quia cum V. g. unus Angelus alterum videt, seu intuitu cognoscit, imprimitur ab obiecto species in intellectu Angeli videntis, ut in eo impressa memoriam intellectuā constituantur, que necessaria conseruantur, ut quocumque

cumque intellectus vult circa obiectum cognitum actum repetere, non cogatur semper redire ad illud intuitendum. Etiam aliqui Scotisti docent ad cognitionem intuitu sensuum externorum speciem interire velut effectum praeium; sed quia in sensibus externis nondatur memoria, cum species illae sint transitoriae, & fluxibilis, ideo ex hoc capite non videtur necessari; & quia ex alio capite, sensibile possum supra sensum non facit sensationem, rationabilis diximus huiusmodi species non concurrere ut effectus praei, sed potius, ut causa immediatae sensitiohie.

ARTICVLVS SEPTIMVS.

De Necessitate Intellectus agentis.

SCor. quolib. 13. S. De Terro &c. & in 2. d. 3. q. 10. & 11. tanquam intellectum agentem tribuit, ut etiam in Angelis ad abstrahendas species a rebus materialibus immediatae, sicut in nobis eas a phantasmatibus abstrahit, & quidem de intellectu agente non est parua lis inter Doctores, nam Durand. in 3. d. 3. qu. 4. & 5. & alij, quas refert Albert. Magn. Sum. de

Homine q. de intellectu agente, negant dari intellectum agentem, neque dari intellectum agentem, in anima rationali, ut superfluum, & supervacaneum, omnia n. aiunt, quae libi attribuuntur praestari possunt per intellectum possibilem. Alij vero admittunt intellectum agentem in entibus, negant tamen

esse potentiam animae insidentem, sed esse ipsum omnium rerum Codicorem, nempe Deum: pro qua opinione citatur Aprodius in 2. de An. cap. 20. quem postea alii secuti sunt. Auic. vero lib. 6. Natural. cap. 5. p. 5. & 9. Meth. cap. 4. cum alijs condenavit utiq; quod detur intellectus agens, at non esse Deum, sed intelligentiam quamdam inferiorem, extrinsecam, lucem praeuentem intellectui possibili, ut suum valeat officium exercere. Alij vero intellectus agentes multiplicantes, tres posuerunt, quorum primus erat protus separatus, & species, & notitias vniuersalium gignebat. Secundus terram materialium; Tertiis autem semper sub actu intelligendi permanebat, & hos duos animae coniunctos faciebant. Alij tandem melius re indagantes ne dum curi Arist. intellectum possibilem admittunt, sed etiam agentem, sed adhuc non extrinsecum, sed animae insitum, ita D. Thom. p. p. q. 79. art. 3. Alensis 2. p. q. 69. membro 2. Scbr. loc. cit. & in 1. d. 3. q. 6. quos communiter Thomistae, & Scotisti sequuntur cum Recentioribus ferè omnibus.

Conclusio.

Dicimus, necessarium esse intellectum agentem ad species intelligibiles producendas, simul cum phantasmate. Est communis, & docuit Arist. 3. de An. 17. & 18. ubi non solum posuit intellectum possibilem principium specierum susceptium, cuius est esse.

effectuum illarum, cuius est omni facete, Pr. a Subtiliss. Quolibet sec. 1. volunt species produci a cit. Qualibet forma absoluta producitur ab aliquo, sed species in- Deo, cuius est defectum causatum secundarum supptere; unde cum telligibiles sunt formæ absolutæ, obiectum, vel propter distantiam, quia sunt qualitates, ad primam vel propter materialitatem nequeat speciem actiones; ergo ab aliquo species intelligibiles producere, prout debent, subluminis; sed non a sensu, nec a sensibili immediatè; neque a voluntate, neque ab intellectu possibili, ergo a sufficiëti diuisione ab intellectu agente.

Pr. subsumptu, non a sensu, aut a sensibili, quia sensus est singulare tantum ex 2. de An. tex. 60. species verò intelligibiles etiam vniuersalium. Tum quia sensibile est extra animam intellectuam, ibidem, species verò intelligibiles sunt in anima, nam intelligere possumus cum volumus, sentire autem nequaquam ex eo iē in eadē loco. Neq; a phantasmate, quia omnis causa & quiuocata totalis debet esse suo effectu perfectior ex Doct. in 4. d. 12. q. 3. lit. G. & H. sed phantasma, & quodlibet obiectum sensibile est imperfectius specie intelligibili, cum hæc sit spiritualis. Neque a voluntate, siquidem nulla causa suum effectu supponit, sed voluntas presupponit cognitionem, quæ habetur p speciem, quia nō volitum, quin præcognitum. Nec ab intellectu possibili, quia munus eius non est producere, sed recipere, ergo a primo ad ultimum specierum producio ad intellectum agentem pertinebit.

Zabarella de mente agente cap.

Deo, cuius est defectum causatum obiectum, vel propter distantiam, vel propter materialitatem nequeat species intelligibiles producere, Deus ipse supplebit. Hinc Hurtad. loc. cit. confitetur necessarium esse intellectum agentem, non tam ad productionem speciei impressiōnis, sed expressiōis, seu ipsius intellectus. Non valet, nam probabilis est talem productionem intellectui possibili conuenire, ut infra. Quod deinde huiusmodi species producatur a Deo, minus sapit, nō n. facile ad Deum revertendum, est, nisi cum causa creata assignari nequit, sed in casu bene assignatur, ergo &c.

Est tamen hic adutertium, videlicet supra quod est in intellectus sic causa efficiens specierum, intelligibilium, non tamen est causa totalis, & integra se sola, siquidem longè probabilius est, phantasma quoque, vel obiectum extra respectu intellectus separati, actiū concarrere, & in genere causæ efficientis saltem minus principalis, ex Subtiliss. in 1. d. 3. q. 8. lit. D. & Quol. cit. R. & ita probatur: In specie intelligibili reperiuntur rationes, & formalitates intellectui, & phantasmati correspondentes, & proportionatae, est n. talis species in essendo similis intellectui agenti, propter eius spiritualis

missis obiecto, vel phantasmati, et ex viusque influxu procedit, tior suo effectu. Tuu quia causa materialis non potest habere, nisi quia ex tali correspondencia formalitatum in effectu, eius dependentiam a causis principalibus inferimus; & eadem quoque ratione concludimus phantasma non concurrens, ut purum instrumentum intellectus agentis, quoniam instrumento in suo ordine causandi, non correspondet aliqua formalitas in effectu, quam propria virtute attingat, instrumentum n. non attingit effectum principalis ageris, sed hoc causa principalis tantum est munera.

Noque verum est intellectum agentem producere totaliter species per solamphantasmatum assistentiam, ut ad eorum exemplar speciem producat intelligibile, nam ex hac positione assere possemus obiectum non concurrens ad speciem expressam, sed solum eius assistentiam sufficere, ut ad eius exemplar producatur, qua etiam ratio possemus a causis secundis omnem causalitatem auferre, totamque Deo tribueret, & assere, quod ex parte caularum secundarum sola assistentia sufficeret, quod est falsum.

At instat Pr. Morand. in 3. de Ap. q. 6. vel phantasma concurrit ut causa uniuoca, vel ut causa equiuoca; non primum, quia est diversa natura, cum sit materiale, & sensibile, species vero spiritualis, & insensibilis; Neque secundum, quia causa equiuoca debet esse perfecta

eiūd ex Subtilissimo in 2. dist. 25. & hoc, eo præstum, quia actus voluntatis non est naturalis, & ex pressa similitudo sui obiecti, sicut actus intellectus, qui propter ea petit ab obiecto partialiter produci, ut proles à parente, quia de causa videtur maiorem dependentiam habete actus intellectus à suo obiecto, quād actus voluntatis ab obiecto suo; & ex hoc est, quād actus voluntatis nō tantam positionem unitatem in suo obiecto, quam tam intellectus; & actus voluntatis plura percipere potest obiecta disparata, non autem actus intellectus, diuersum. n. modum percipiendi habent, siquidem actus intellectus obiectum attingit, illud amplectendo, vel respuendo; & id possunt bene plura obiecta disparata simul amplecti, vel spuendi per eundem actum, sed uno simul exprimi, & declarari per eundem, cum n. sint diuersæ protinus nature, non possunt per eamdem imaginem representantur. Tum quia etiam si totum id concederetur, nihil nobis officit, quia non sumus in casu, nam controvèrsia est, an possit intellectus eodem tempore plures actus elicere circa plura obiecta disparata, ea distin- stè attingendo, ita ut qualibet actus integrum habeat obiectum vel uno actu illis pluribus æquivalentes; hanc autem admittatur intellectus

codem actu illa attingere ut obiecta partialia tantum & inadæqua- tè, utique non illa perciperet tota- liter, & secundum eorum totam entitatem, in quo sensu qualid examinatur.

Vrgēt Sicut non repugnat velle aliquid mediū ob duos fines V. gl deambulationē propter sanitatem & recreationem, ita non videtur repugnare aliquē assertori articulo fidei, & quia Deus dicit, & quia ei apparet per demonstrationē. p. q. si antec. esset verum, adhuc negatur partitas de actu voluntatis, & intellectus, ut modò iam diximus. p. 2. quād si concederetur posse nos assertori articulo fidei ex utroque medio fidei, & scientie, quād tamen graues Theologi negant; adhuc negamus ex eis vnu tantum elici actum, sed duos simul comp̄ possibles, veluti assertimus de motu opinione, & scientifico, si simul concurrere possunt ad assertum eiusdem conclusionis.

Instant adhuc: vider corporeas oculis eadem visione qualitatem, & colorem, quæ sunt obiecta prorsus disparata, vider etenim album quadratum, vel oblongum, ergo non est id negandum intellectui.

p. Quoniam ex dictis sensibili commune non habet propriam speciem distinctam, non inconvenit, quād eodem actu attingatur, quo sensibile proptium, cui insone sensibilis subordinetur, quare fallum est, quād quantitas, & color videatur easquam dux res, & obie-

objectione directa, nam solum color
directe videatur, & per modum
rei, quantitas vero per modum
conditionis.

Et collige ex Subtiliss. qu. 8.
de An. quod licet in corpore quae-
siti dicat sensum unica sensatione
scire contraria, hoc solum intel-
ligitur colligendo illa sub ipsa ra-
tione obiectiva, scilicet differentia, vel
contrarietas, vel similitudinis,
quo sensu non attingit illa dispa-
rate, sed potius unum cognoscit in
habitidine ad aliud; sic visus po-
test album, & nigrum cognoscere
simul secundum quod conueniunt
in quadam differentia, vel contra-
rietate, quae est una ratio obiecti-
ua cognoscendi simul utramque.
Quae doctrina est similis illi, quam
habet D. Tho. quol. 7. art. 2. ad
1. & rationes quas adducere solent
Thomistae contra nos, procedunt
contra Ariagam, & Hurt. qui vo-
lunt unica intellectio intelligere
plura, ut plura, sicuti unica sensa-
tione intelligere plura sensibilia,
quod nos hucusque respuimus.

ARTICVLVS OCTAVVS. De Triplici intellectus operatione &c.

Cot. de hoc art. differit qu. 3.
Vniuersalium, & Quolib. 15.
lit. S. & in 2. d. 1. q. 3. & alibi, &
nos iam egimus in Log. & desumi-
tur ex Arist. in hoc 3. de An. cap.
6. & 7. & primo Priorum cap. 1.
sive nominibus terminorū, ut sunt
simplex apprehensio, quae est pri-

ma intellectus operatio, iudicium
quod respicit propositionem, quae
est secunda operatio, & discursus
spectans ad Syllogismum, quae est
tertia; & quidē rationabiliter hac
diuinitus assignatur, nam intellectus
operando, & cognoscendo, vel tamen
simpliciter apprehendit, & percipi-
t, ut hominem V.g. nihil de ipso
affirmando, vel negando, & haec est
prima intellectus operatio; Vel vi-
terius progrederetur, aliquid de ho-
mino iudicando affirmatiū, vel
negatiū, quod sit V.g. rationalis,
& non lapis &c. & haec est secunda
eius operatio; Vel tandem ex una
re iudicata, seu affirmata, vel ne-
gata, alia deducit ex uno in aliud
discurrendo, ut homo est ratione-
nalis, ergo visibilis, & haec est ter-
tia operatio. Dicuntur prima, se-
cunda, & tertia operatio, quia gran-
datim se habet, & una tempore pre-
supponit aliam, discursus dicitur
supponit iudicium de aliqua pro-
positione, & iudiciū supponit sim-
pliciter apprehensione in termino-
rum ratis propositionis; & ratione
huius divisionis desumitur ex im-
perfectione nostri intellectus, pro-
cedentis de imperfecto ad perfectum,
ut de potentia ad actum.

Modò dubitatur, an attentione
dubitatio, & imperium ad has tres
intellectus operationes reducan-
tur. Et quan uero spectat ad atten-
tionem, aliqui reducunt ad volup-
tatem, assertentes esse conatu or-
bantatis, impellentis intellectum
in considerationem aliquippe obie-

C. illum retinendò ab aliorum contemplatione. Alij verò, quod sit actus intellectus, & specialis cōatus eiusdem, quo se profundat.

In cōtemplationem alicuius obiecti ipsamque attentionem ad primam operationem, seu simplicem apprehensionem reducunt; quatenus ex parte intellectus nihil est nisi firma applicatio ad rem intelligendam absque distractione. Alij verò contendunt, quod potius sit dispositio quædam omnib. & singulis operationibus deseruens, ita ut adhibeatur tam in prima, quam in secunda, & tertia operatione.

Maior difficultas est de actu dubitacionis, & quidem quod non attinet ad primam operationem, patet evidenter, dubitatio n. sequitur ceterorum apprehensione. Aliqui tam reducunt ad secundam, sed non placet, siquidem intellectus per dubitationem remanet veluti medius, & suspensus inter affirmationem, & negationem cūcūus propositionis; sed ob eamdem rationem nec ad tertiam spēstate videtur, qui n. dubitat de botitatem conseq. non infert unum ex alio, sed illationem suspendit. Attamen, quia dubitatio de cōnexione alicuius p̄dicatori cum copula, veritatur circa cōiunctiōnem etiiorum sufficit ut ad 2. redducatur. Quando vero dubitatio coextinguit circa illationem consequitur ex auctoritate, tunc ad 3. operationem spectabit, quia tunc veritatem circa consequētū invenit.

propositionis ex alia, non utique determinatè hoc ex illo deducēdō, sed dubitando, quod etiam sufficere videtur.

Imperium ab aliquibus reducitur ad secundam, vel tertiam operationem, s. n. propositione ita fotetur: tu fac hoc, tu ne facias hoc, reducitur ad 2. operationem, quæ dicitur compositio, si verò hoc patet exerceatur: bonum est hoc facere, ergo fac hoc, reducitur ad 3. operationem. Verum tamen est, quod imperium nō est aactus intellectus, sed potius voluntatis, ut suo loco patet.

Solet etiam hic dubitari an in simplici apprehensione detur veritas, & falsitas; & difficultas non est de veritate in essendo, quæ est passio estis, quæ omnibus entib. conuenit. Nec de veritate in significando, quæ propriè vocib. & signis conuenit, sed de veritate in representando, & cognoscendo, quæ propriè intellectus conceptui conuenit, quando verè exprimit, & representat rem, sicuti est, ac proinde de formaliter dicit, cōformitatē conceptus representantis ad obiectum in se, sicut falsitas dicit negationem talis cōformitatis, seu difformitatem ad obiectum. Citeas hanc difficultatem in variis entitatis dilectissimis aucthoribus, multis, & variis modos dicendi adhibentes, ut varia loca opposita in dictis Atut. reconcilient; At nos, qui breviter indigilamus, præ omnibus temporib. Subtilius schola aspiciemus.

Disput. 9. Articulus Octauus.

469

tes, dicimus veritatem cuti omni &ente super actum suum, & co-
proprietate conuenire simplici ap-
prehensioni, non sicut falsitatem. parante ipsum ad obiectum, utrum
sit ei similiis, & conformis, vel non,
Est resolutio Scotti in 6. Meth. q. 3.
vbi veritatem formalem quatenus
est conformitas conceptus ad ob-
iectum, ita tribuit conceptui sim-
plici, sicut conceptui complexo, &
illam appellat veritatem incom-
plexam, istam vero veritatem com-
plexam; Neque secundam opera-
tionem a prima distinguit, quia
secunda sit subiectum veritatis for-
malis, non prima, ita dicitur do-
cuit veritatem propriam formalis-
ter esse in veritate; sed quia in se-
cunda non solum formaliter ver-
itas reperitur, sed etiam obiectiuem,
quod non evenit in prima.
Quia in autem sic veritas obie-
ctualita exponit Scottus ex Sub-
tiliss. in Meth. loc. cit. §. Dicendum
est ad questionem disterit. Neutra
veritas cognosci potest, nisi co-
gnoscatur, & comparetur cogni-
tio cum obiecto, & cognoscatur
esse conformem, vel disformem.
Obiecto, quod sit per actum refle-
xum, sed huc reflexio fieri nequit
per primam, sed per secundam ope-
rationem, non in comparatione huc
fieri potest sine compositione, &
divisione, siquidem veritas incom-
plexa, est conformitas actus sim-
plicis ad obiectum simplicis, sicut
complexa ad obiectum comple-
xum, & utraq[ue] est formaliter in
actu, illa in simplici, h[oc] enim com-
plexo, at quis veritas h[oc] complexa
non sit, nisi in intellectu teste-

differencias inter veritatem pri-
mam, & secundam operationis; vna
est a quod veritatis prime opera-
tionis non opponitur falsitas, si-
cuius opponitur veritati secunda,
sed ignorantia tantum; Altera
est, quod primas operationes so-
lum conuenit veritas formalis, se-
cunda vero formalis, & obiectiva
similis.

Loquendo igitur de veritate for-
malis, que consistit in conformitate
actus cum obiecto, patet ex Arist.
in hoc 3. de An. tex. 26. vbi dare
concedit simplici apprehensioni
veritatem, ita semper esse veram
nunquam falsam, idemque docet
tex. 21. & 4. Meth. 24. & 9. Meth.
tex. vii. vbi negat in simplici ap-
prehensione falsitatem propriam
& concedit inesse veritatem
Pr. tripartitione: Cum conuenit
propriam conformitas, conuenit pli-
poter veritas; cum h[oc] essentialiter
consistat in conformitate signum ad
signatum, sed conceptui simplici
convenit propria conformitas e[st]

suo obiecto incompleto, non fecus ac conceprui complexo conueniat conformitas cum suo obiecto cōplexo, ergo non minus propriè illi conuenit, quidam isti. Confirmatur: Veritas est conformitas rei cuar suar regula, & quia imago instituta est ad representandum prototypū, ideo est conformitas cum suo prototypo, sed totū hoc etiam conceprui simplici competit, ergo &c. Tum tādē, quia in intellectu Diuino nulla est composicio, & divisio, & secundum aliquos neque etiam in Angelico, & si in eorum a&rib. est veritas cum omni proprietate, ergo &c.

Dices, Arist. I. Perhier. cap. I. ait: Hincocerius aliquid significat, sed nūdum verum aliquid, vel falsum, sibi esse, vel non esse addatur. Et. tunc Arist. negasse primaz operacionis veritatem complexam, cui opponitur falsitas, non illam veritatem, cui tantum opponitur ignorancia, in quo etiam sensu intelligendus est Subtiliss. in 2. sent. d. 6. q. 1. ad 3. Declarat totum hoc apertissimo exemplo Arist. hic tex. 26. cūma sensus attingit visibile, dicitur verus visus, cūm verò obiectum nos attingit neque illud percipit, non dicitur falsus visus, vel falsus sensus, sed dicitur non videre, nec seire, vnde illa sō est falsa sensatio, sed carentia visionis, & sensatio-nis, ita in proposito de simplici apprehensione, vel. n. concepit alijs obiectum, & talis conceptus, semper est verus, quia verè attingit &

representat tale obiectum, vel non illud concipit, & sic penitus ignora-
t, ideoque non dicitor falli, &
decipi, sed nescire, & ignorare,
& hic est sensus, & doctrina Philo-
sophi.

Sed contra, si quis non appre-
henderet id, quod apprehendere
intendebat, sed aliud diuersum, si V. g. intendens aurum, apprehen-
deret aurichalcum, iam falleretur,
& deciperetur, quia unum appre-
henderet pro alio. Et. negando, q.
in tali casu actua apprehensionis
est falsus, nam tunc apprehensio
non est aurum, sed aurichalchi, q.
verè apprehendit, ac proinde dictur
vera, falsitas. n. non est discon-
uenientia ad rem, quam prius con-
cipere querebat, sed ad rem, que
de facto concipiuntur; vnde talis fal-
sitas est potius quod deceptio
moralis, & practica, quam specu-
lativa; siquidem non obtinuisse in-
tentum, non reddit actum illum
speculatiū fallum. Ad falsitatem
ergo propriè dictam, ut ab ignoran-
tia, & nescientia distinguenda
requiritur, ut res concipiatur pos-
tivè aliter quam sit, id est cum pre-
dicatis repugnantib. Hinc Diuus
Aug. lib. 83. 99. q. 32. decisivit
conceptum fallum, quo quis rem
aliter quam sit, intelligit. & Arist.
4. Meth. 27. inquit, falsum esse ex
eo, quod indicatur esse quod non
est, vel non esse quod est, ex quo
colligitur, quod falsitas propriè
opponatur cognitioni complexa-

De Secunda operatione. Post Simplicem apprehensionem, ponetur adaequatè ex apprehensione iudicium, cuius multæ sive subiecti, & predicati, & c. sunt acceptio[n]es, & varia dubia. a Doctoribus excitantur, quorum vnum tantum examinandum sele-gimus. nempe an secunda intellectus operatione, quæ dicitur compo-sitio, vel divisione sit unus actus sive complexus intellectus approbantis, vel improbantis aliquid; id est an iudicium sit unius, vel negativum si simplex qualitas, an vero sit actus compositus ex pluribus, sicut ipsa voces, quibus significium mentis exprimitur sunt plures constituentes unam integrum enunciationem vocalem. Non de-sant Doctores, & alicuius ponde-ris, affirmantes iudicium esse actu compositum, & veluti integratum ex pluribus actibus partialibus, & hac ratione aiunt secundam operacionem vocari compositionem, ita Valq. Molina. Ruu. & ex nostris Vulp. træt. de Angelis disp. 13. art. 6. & alij. Quomodo autem ex pluribus actib. intellectus fiat hec compositione, vario modo exponuntur, & declarant sed minus faciliter.

Nos vero dicimus cum Scoto quod. 13. probabilius esse secundam intellectus operationem esse vnum simplicem & unum eliciti post operacionem apprehensionem terminorum. Sequuntur Bassol. Mair. & Bell. hic disp. 6. q. 10. art. 2. & ex Ex-teris Moris. Auerla. Hurt. Arriaga, & Alij. & ita probatur si iudi-

cium esset actus compositus, com-poneretur adaequatè ex apprehensione iudicium, cuius multæ sive subiecti, & predicati, & c. sunt acceptio[n]es, & varia dubia. iam copia est, sed hoc est falluum. a Doctoribus excitantur, quorum potest n. contingere, ut omnes ille apprehensiones sint in intellectu, & tamen non adhuc esse iudicium, cum s. percipimus significatio[n]em propositionis, sed non dum affirmamus aliquid, vel negamus. ex quo deducitur, quod post quemcumque actum apprehensionis, de-tur nouus actus, quo intellectus determinatè affimat, aut negat qui licet illam supponat, non can-men intrinsecè includit.

Probat hoc Bassol. ex natura actus iudicatiui, qui non est abso-lutus, sed collatiu[s], nam exrema confert ad invicem in ratione co-uenientis, vel repugnantis, affi-mando vnum de alio, aut negando, sed de ratiore actus collatiui est, quod in se manens unus, & idem individualiter attingat utrumque extremum, ergo iudicium est vni-cus, & simplex actus. Ex qua do-ctrina satis sic præcipuo fundame-nato, cui Opposita opinio innicetur, quod s. nequit intellectus no[n] ser-uum uno, & eodem actu cognoscere plura, & diuersa, ut diximus supra, ergo cum iudicium formeatur inter plura obiecta, & sepe valde diuersa, non poterit esse unus simplex actus. At hoc parum urget in proposito, aliud est n. loqui de actu absoluto, aliud de actu collatiuo, nam hic cum in plura tendat sub una quadam ratione, sub qua intel-

intellexus illa consit ad inuicem sub ratione conuenientis, vel disconuenientis, nihil obstat quin etiam, & idem ab his plura simul attingere possit, siquidem sic intelligendo, illa ad quamdam unitatem reducit, quod sensu negatius plura simul eodem actu attingi posse. Tum quia proximum, & immediatum obiectu iudicij non sunt termini illi incompleti, puta substantum, & prædicatum, sed totum illud complexum, & tota proposicio, siue categorica sit, siue hypothetica, quo casu apprehensionis operatus propositionis potest esse unus, & idem actus, qui iam illa extrema attingetur sub habitudine connexionis, sub qua habitudine habeat per modum unius.

At dices, si hæc secunda intellectus operationis est quodammodo simplex qualitas, qua ratione dicatur compositionis, & diuisio? Multi circa hoc dubium multa dicunt, quibus omnibus relictis, dicimus cum Scotistis, compositionem iudicij, ut sequent ex parte actus in eo consistere, quod ponitur in intellectu simul cum alio actu distincto apprehensionis, quem prærequisitum, non autem quod actus iudicij sit in se formaliter compotus; ita supra relati Scotisti cum alijs, quos sequitur Averla, & Alij Doctores, & hoc vnde patet, quia hoc sufficit ut cognoscere dicamus, verum complexum componentendo, & diuidendo. Tum quia hoc satis est ad distinguendum intellectum nostrum sicut posteriori iure secundæ operationis

ab intellectu diuino in modo cognoscendi verum complexum nam Diuinus non pendet ab actu praevio simplicis apprehensionis, sed per unum simplicem intuitum, prædicata, quæ etiæ conteniuunt cognoscit.

At quia compositione videatur de facto aliquid amplius importare, ne conductores, quod non solùm pereat ex parte intellectus nostræ, sed etiam ex parte obiectorum; ex parte intellectus, quia siue iudicium, sit affirmativum, siue negativum, semper fit per dependentiam ab actu præviro simplicis apprehensionis, ex parte obiectorum, quia compositione sic cum intellectus comparaturum obiectum alteri per coniunctionem, & sic iudicium affirmatum; Diuisio, quando intellectus etiæ separatur, & removetur, & dicuntur iudicium diuisuum, illa ex parte actus dicitur compositionis, & diuisio formalis; ita vero dicitur compositionis, & diuisio obiectus.

Sed adhuc dubitatur, quomodo intelligendum est illud communis dictum, quod etiam non semel profecit Arist. quod veritas, & falsitas in secunda intellectus operatione reperitur, & quidem quod ad falsitatem propriè dictam, iam diximus non reperi in prima operatione, sed solùm falsitatem superlatim pro pura ignorantia, & non attingentia obiecti, qua ratione Arist. ait: abstrahenti non est mendacium, ex quo sequitur, quod falsus potiori iure secundæ operationis

gioni conuenit. Maior igitur difficultas est de veritate, & maxime in sent. nostra, qua determinatus veritatem cum omni prioritate etiam primaz operationi conuenire. Subtilissimus hoc declarat 6.

Meth. q. 3. S. Dicendum est ad questionem &c. dicens, veritatem speciali modo reperiri in secunda operatione, aliter quam in prima, quia ergo in utraque operatione sit veritas propriè formaliter, non tamen obiectuè, sed tantum in secunda, neutrâ n. veritas est in intellectu obiectuè, nisi reflectente se super actum suum, comparando illum obiectum, quia reflexio in cognoscendo, quod talis actus est similis, vel dissimilis obiecto, non est sine compositione, & divisione, quam doctrinam Scocistæ complures sequuntur. Tum quia dumtaxat in operatione secunda insuperatur veritas, cui opponitur falsitas, hoc n. est, quando putatur esse quod non est, vel non esse quod est, veritas autem opposita, qua determinata est cognoscitur esse quod est; non esse quod non est, conuenit propriè secundaz operationi. siquidem in prima operatione est veritas, cui tantum opponitur ignorantia. Tum tandem quia perfectior est veritas, qua determinata est cognoscitur proposicio, quam illa, qua cognoscitur indeterminata, & neutraliter, nam hæc determinatio gradum aliquem perfectionis veritati addit; At per iudicium determinata proposicio co-

gnoscitur, per apprehensionem vel indeterminatè, & neutraliter, ergo veritas etiam formalis perfectiori modo secundæ operationis, quam præiù conuenit.

De Tertiis operationibus.

Post iudicium sequitur discursus, & est certa intellectus operationis, qua verū insertur ex alio, vñq. I. proposicio ex alia, vel ex alijs iudicatis, hoc est, affirmaris, vel negatis, de qua operatione plura diximus in logica, modo ad vñctiorem doctrinam meam rationem dubium tangamus, an s. hoc tertia operatio intellectus distinguatur realiter ab alijs duas operationibus. Fuit opinio quorundam Antiquorum apud Philos. libr. Prior. comm. 14. quod duas tantum operationes intellectus ab inuicem essentialiter distinguuntur. Prima scilicet & secunda, certam, verò non essentialiter distinguendā secundā, sed dumtaxat accidentiter, afferentes aliud non esse, tertiam operationem, quidam ipsam secundam duplicatam, vel triplicatam. Quæ sententia fundata videtur in Arist. autoritatem, qui in hoc 3. tex. 21. & 22. & 1: Perih. cap. primo duas tantum intellectus operationes enumerat, simpli- cem s. apprehensionem, & compositionem, vel divisionem. Siquidetur etiam ratione, nam discursus nō est, nisi quoddam iudicium de connexione diversarum propositionum ad inuicem per illationem, vñius ex alia, nec à secunda differat.

nisi quod est in secunda coniungatur plures termini per copulam verbaem, in eis consurguntur plures propositiones per copulam illatiuam ergo, sicut &c. que utique non videtur esse, nisi differentia quedam accidentalis.

Verum Pecipit de communione materiae, est, quod haec etiam operatio distinguitur realiter a duabus patet: disticta Log. disp. 17. arg. t. vbi ostendimus assertio premiarum esse distinctum ab alegiaco scilicet. Tua quia eodem obiecto, sepius habent obiecta materialia distincta, ex diversis rationibus, ergo etiam se distinctas aequaliter habent, antea. patet, nam obiectum discursus est: veritas in meditatione, et veritas conclusionis: deducitur ex alia propositione totali obiectu vero iudicij, et veritas immediata, numeri propositionis; ex ipsis remittitur, eidem habenties? ergo habentes distincta obiecta motu, et ceteris, est clara, potentia, in distinguuntur per actus, sive vero per obiecta.

Conferatur: Sicut nominatio disjunctio non intelligimus apprehensiones terminorum sam similes sumptus, sed actum quemdam distinctionis consequenter terminos apprehensor, qui propterea specie a prima operatione distinguitur, sic per actum inproposito videtur de discursu, nobis debet intelligi prout id dicuntur, sicut sive quidam distinctio pluri genicia concreta, et virtutum ex aliis deducuntur.

Ad Arist. loc. cit. se, noluisse tertioris nostri intellectus operationem negare, de qua ita sollicitus fuit, ut ad eius directionem totam suam Logicam ordinaverit, & de qua tam accurate in libris resolutionibus tractauit; neque in locis categoriarum numerum operationum nostrae intellectus assignare intendebat, sed in quibusnam esset veritas, & falsitas; Ad discursum autem proprium non spectat veritas, & falsitas, sed potius bonitas, & pravitas.

Respectatio virget, quamvis in discursu sit quoddam iudicium, & in iudicis enim secunda operatione condenatis in multis tamen differt, iudicium, n. enunciationum est de connexione, & identitate terminorum, illatiuum vero est de connectione viis, propositionis ex affectu. Item siue est de incomplexis, vel de complexis per modum incomplexi, cum sive simplex propositione assumitur, ut terminus alterius propositionis categorice, vel hypotheticè, iudicium vero illatiuum est semper necessario de complexis. Rursum iudicium entitatiuum explicatur per copulam verbatem, qua predicatum contingit subiecto, illatiuum vero per copulam illatiuam, per quam consequens inferitur ex antecedente. Multa alia possunt affigari discursu: quae reique maiorem inter ea vindicant distinctionem, quam accidentalem.

ARTICULVS NONVS.

*De Cognitione inservit, et abstrahit,
Cor, pluribus, in locis de, illo
S articulo differit, ut videtur est
io 3, d. 14 q. 3 s. ad Questionem
q. & in 4. d. 45. q. 3, ad 2. Princ.
& quo. 7. S. Secunda conclusio dicit
& in 2. q. 3. q. 9. & 4. Quod non
est, & Iepitame ambi. Contrafusia
est famola, & locu digna, sed qua-
so necessaria, ratiocinatur. Doc-
ges est contentio, & discrepantia.*

*Adhuc igitur nostra indebetus
operatio dimidiat in intuitum,
et abstractum, quae dimidiat ab
aliquibus explicari solet. Notitia,
intelligenda recipiunt per se obiectum
presentem in sua existentia, ut vix sit
per existentem, ut existens illa, ac
quod dicitur esse visio abstracta re-
xto abstrahit ab existentia abiectam,
sed loquuntur quia quidditatem recipi-
cunt, et quidditas est, quae de cau-
sa dicta soleat. Notitia, quidditatem,
et notitia est cognitio de re, non
existentia, seu ex non existente, est
notitia, nam in specie represen-
tatione, non explicatur Faber. Theor.
84 s. 28. 2. Capit. 1. p. 2. p. 2.
Antonius Andreas, ac quaerimus
scotista, & eadem modo explicat
etiam aliqui Thomistae, ut videtur
sit apud Ferrar. 2. Coqueta genitus
s. 20. q. 9. ubi autem notitiam intui-
tum esse esset, quae est de re existente
est, ut existens est, sive de particu-
lari, et particularis est, abstractum
est, est de quidditate rei ab soluere
re ad existentiam, et singularitatem,
abstrahit. 2. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.*

*Vetus hic modus, dicens in
via Subtilissimi non facile ab aliis
Scotistis recipitur, & hoc ex dupli-
ci capite, primo quia ponit noti-
tiem abstractuam, secundum respec-
tu naturae, & quidditatis, ipsam
nam vero respectu significatio, que
in quod singulariter non possit con-
tingi abstractum, nisi sensu ob-
jectum, cuius ratione, utrumque opposi-
tum ostendimus, hinc enim ratione
ratio singulariter significativa pos-
set operari in propria materia
cuiusque. ex Prop. in de 6. Trinitate
quia licet, intuitiva, scilicet scami-
nari posse ad rem, et considerare
& præsentem, et licet ratione abstrac-
ta abstrahere posse, & regulari
ter abstrahat ab existentia rei, ut
hoc ratione ponere est de ratione
abstractuam, ut sic, secundum rationem
abstractuam terminari posset ad
notitiam, & præsentiam rei, & sic
doctrine Scoti quo. 7. q. 2. 2. 1. 1.
quod cognitio abstracta posset
esse non existens, et quod ab existentia
existens, ut videtur, secundum rationem
abstractuam, ut existens est, ut ip-
sum est. 1. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.
Praetermodum, nam ex multis rationibus
quod est existens, & quod non est
ut sit, secundum rationem ab
abstractum, ut sit, secundum rationem
de ratione, hoc est, quod est, secundum rationem
9. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2. 2.
ad rationem, rationem, rationem ab-
stractuam dicitur. Divinitas re-
surgit per eius speciem, inservit
sed Divinitas efficiens, regnit dicitur
et cognoscitur, cognoscitur, et*

enitentia; quae est predicatum quidditatum ipsius Dei; & fortis, quia talis species posset etiam Angelio representare essentiam Divinam, non solum quod ad predictum quidditatum, sed etiam quod ad attributa, & modos iherinsecos, in quorum numero a Scotis reobicitur Inveniens ratione cuius compotis Dico esse omni creature praeferam, quo ea poterat Angeli per huiusmodi distinctas notitiam abstractam, ipsam Deum evaginare etiam ut sibi praesentem. Attamen quis huiusmodi notitiae non solum distinguuntur ex distinctis, & formalitatibus representatis, sed etiam ex modis representandi; Addunt aliqui Doctores ex parte obiecti terminacioni non possit has notitias distinguiri, sed voluerat totam discrimen remendare ex parte principij, quatenus s. Gordianus innoticias postularae produci ab obiecto la propria existentia transcedere, abstractas vero ab obiecto in specie, vel ab ipsa specie, que sola distinguit principiorum nullius ad distingendas diversitas specificatae inter has notitias, quibus Scottus facit presentem quod. s. g. art. 3. S. C. Respondeo dicitur quod haec notitiae species distinguunt a diversis formalibus, diversis hinc diversis notitibus, quia huiusmodi id abstracta mouet species, id inturcira vero res ipsa immobilitate. Circa quem modum dicendi multa ut et hoc scilicet factum Doctores, ad

aliqui ex opposito volunt istas notitias distingui tantum ex parte termini, quia s. vna terminatur ad obiectum in se praesens, & in propria existentia, alia vero ad obiectum praesens solido in specie, & non tamen distingui ex parte principij, patet. n. speciem est verius que principium, inde aliqui assertur eamdem omnino speciem deseruisse posse modo ad intuituum, modo ad abstractum notitiam, ita Confut. lib. 3. de Ad. cap. 3. quod. s. art. 4. de aliis communis sententia Thomist. Et retentiorum omnium,

Quae tamen sententia non aperte probatur a Scotis in eo quod habet notitiz aullo modo ex parte principij distinguuntur, nam licet species impressa posset esse principium cognitionis intuitus sensibus externis, qui de obiecto non alienant cognitionem habere possunt, quantum intuituam, non tamen in sensibus internis; & multo maius in intellectu, & ratio discriminans est alia, & directa conditio tripla specimen, siquidem species sensuam extenoriam sunt talis natura, ut non tantum id subesse, & fieri, sed etiam in conservari ab immediata obiecti presentia pendeant, ita quod obiectum destruantur, vel fiat absens, statim etiam species evanescat, vel saltus post brevissimum tempus, quod addimus ob speciem soni, que etiam ipso sono deficitate, aliquantisperdurat, ut in Echis apparent species vero scalabilitate,

eternas & tantò magis intelligibiles non percipit differentiam individu-
pendent visq. ab initio in suo esse, dualem in trinsecam, & evidenter
& fieri ab obiecto, at non amplius carà, qua ab alia albedine differe.
non conservari, sed suapte natura- tam etiam ex D. in 1. d. 1. q. 2.
mata sunt in aere & què absente, potest Beatus de potentia Dei ab-
soluta videre Diuinam essentiam, ne representatione abstrahit a praes- non vix relationibus ei realiter
entia, & absentia obiecti, ita subsi- identificatis; & è contra dari po-
t. in 2. d. 3. q. 1. s. Respondens vest visus abstractus, quis omnes
dico. d. 2. cit. ad 3. & pluribus a- formalitates in obiecto & parte rei
dīs in locis, vbi ostendit huiusmo- repetras attingat, talis siquidem
di species non posse esse principiū est notitia, quam Angeli habere,
intuitus; & quod de huiusmodi possunt per speciem essentia Diui-
species determinare loquatur, nus ab initio eis impressas.

Conclusio.

Sententia nostra est: quod huiusmodi notitia distinguuntur, sicut ex parte principiū, quod ex parte sermimi. Et Doctoris pluribus in locis, ut video-
re est in 1. d. 2. q. 2. art. 2. Vers. secundò sic dicit. & in 2. d. 3. q. 1. S. Ad questionem dicit. & pluribus alijs in locis, quae sequuntur Maste. & Bell. hic disp. 6. qu. 1 s. & quan- plures Scotistæ, quod distinguantur ex parte principiū, docet Scotus quol. 13. art. 2. S. Circa secun- dam dicit. & in 4. d. 49. q. 12. licet severa præcipua eorum dilucidio ex parte terminorum petenda sit, cuius ratio est, quia etiam si tales notitiae idem principium haberent, adhuc ad eas distinguendas, diuer- sa obiecta attингēria sufficeret. Di- stinguuntur igitur notitiae iste ex parte principiū, quoniam principiū ab abstractis est species impres- sa obiecti; intuitus vero causati potest ab obiecto in propria exten- sione immediata, scilicet res.

dissimilares, vel sicut in mediale ex parte sensationis exortas, que in mediale est species causata, quatenus in sensu & conseruari possunt ab obiecto praesente in propria existentia, specie in. sic ab obiecto pendens non est nouum abstractum idemque principium, sed intuitus idemque erit, cum ex eali dependet; ad obiectum determinatur. ad illud representandum in propria sua existentia.

Distinguuntur ergo ex parte termini, siquidem intuitus immediate terminatur ad re in propria natura sua existentem, & presentem, non in specie; abstractum vero terminatum ad obiectum in specie retinens, siue a parte rei causata, siue non, quia accidit abstractum, quod non obiectum est, ut extra actu, existens, cum in genere suo sit per representationem, quod in differenter representetur obiectum, siue existat siue non.

Dubicatur adhuc de distinctione hanc noctiariam, quomodo datur se distinguantur. Aliqui putant distinguuntur in modis, alijs in meritis cum doceant, de s. Thos Arriag. & aliis, iudic Moris addicuntur quando neque sunt difference nisi quod idem quae sunt etiam in eiusmodi obiecto renatere possunt abstractum, gloriosum & absentem, per unitatem propriam, si quis M. g. intelligenter alba amplissimam & coelestrem cognitionem intellecit, neam, persequitur cognitio & nec ipsa, nec natus est difference cognitio, & intelligenter.

sive inchoata, potest & r. inveniatur suum adum ceterum parte, abstracto, & sic secundum hunc dicendi modum, eadem numero notitia dicitor iustitiae, dum enim obiectum est presentis, abstractum vero dum est absens, subtiliter suum a. Meth. q. 3. p. 8d. 7. Meth. q. 3. vult specie, & effectu aliis determinandi notitias difforre, quare, Secundis sequuntur, cum Nominibus & ita Pr. Cognitio, ab intuitione. Deindeque a intuitione sua posse docere habetur. Scilicet etiam que ab Angelo ipse species impetrari possunt, non facit horum omnium beatum, Intuitiva vero, non simili ergo sunt notitia, distincte. Tunc quia notitia, que transformatem representandas, sive intuitiones, sive presentes, & non necessaria, distinctione specie. Sed alterius rationes habeatur que res ipsa existentia, & presentia determinante representationem abstractam, cum representaretur sive existens, & presentes, sive ratione intuitiva vero camini, non presentes, ergo sec. Huic tent. sunt tria aliqui Thomist, ne videtur est apud M. Jacob. Brun. sp. tra. act. 7.

Ad casum positum de intelligente aliquam, praesens & cognitiva, aqua pars eiusdem quae est, vel abducitur. Conducitur ergo cum eiusdem actione perficiuntur, & quidam ad ablationem obiectum, & quod eiusdem intelligentie pendebat prius cognitio intuitiva, deponitur in toto, & alia de novo incipit, quae est abstractio, & intelligenter. & Belli admitteamus quod

quod eadem notitia per se ereret, ne-
gant tamen quod dum obiectum
est praesens sensibus extorris cogni-
tiōdā vel letitiae sic intuitiū; nām
ad huc est abrāq̄ia rigoros̄. le-
quendo, reuera. n. album cernit
mediatē, & in specie impressa, non
in scipio immidiatē; vnde solūm
concomitante dicitur intuitiū,
quatenus actu intuitivo sensas co-
magitatur.

Debitarent 2. An tantum com-
passione diversarum rerum con-
stituendis sūs huiusmodi notitiae
in intellectu nostro, an etiam res-
pectu eiusdem obiecti & relatio
ahorū placet; dicimus: cum Sub-
st. q. 13. lit. L. & in 3. d. 3.
q. 10. G. quod respectu eiusdem
obiecti versat̄ notitia constitui po-
testat̄ possumus de aliqua quid-
ditate scientiam habere, præcīa-
derioribz̄ eius existentia, qualis est
scientia; quod cū sit semper eterna
veritatis, & immutabilis abstrahit
ab actuali existentia, pñnes quam
rectificationem respiciunt. Posso-
mus enim eamē attingere quid-
dācē, ut à parte relin singulati-
bus existit, si vi scientiis praæten-
it certe obiecti cognoscibilis;
quo casu erit cognitio intuitiū.
Item amplius addimus posse huius-
modi notitias fieri, & sc̄ne habe-
ri respectu eiusdem obiecti ex Dōct.
iud. d. 3. q. 10. vbi docet Angelus
lum posse scipium simul cognoscē-
re intuitiū, & abstractiū per spe-
ciem impressam; quod etiam assi-
st̄ in 3. dist. 14. de Beatissima

Christi anima, quō sequitur Huius
dispt. rō. de An. lēc. 2. & est doc-
trina coafotris Thologis omnibus
admittentibus in Beatis simul
cognitionem maturinam, & ve-
sp̄tinam respectu coramdem obiec-
torum, illa est intuitiū, & clarifi-
cans, quz sit in Verbo, haec autem
abstractiū, & subscura, quz sit
per species. Quo similes adiuncta
respectu eiusdem obiecti negari non
potest, siquidem cognoscere rem
diuerso modo à priori, & à poste-
riori, in se, & in alio nullam dicit in
obiecto repugnantiam.

Dices, ex hac sententia sequitur
q̄dā notitia ponit, altera tollit;
intuitiū n. ponit obiectum esse
præsens, & existens; abstractiū
vero illud ponit absens, & ab exis-
tentia præscindens; at hoc est im-
possible, non n. potest idem ob-
iectum simul cognosci ut præsens, &
absens; qz. neg. allum, falso est. n.
q̄dā notitia ponit, altera tollit,
sicuti sūt assensus, & disensus eius-
dem rei, nam etiā notitia intuitiū
sit rei præsentis, & existentis, ut sic
reduplicatiū, non tamen abstrac-
tiū sit rei absens, & non existen-
tis ut sic determinatē, sed indiffe-
renter se habet ad verumlibet, ac
proinde nulla sequitur contradic-
tio.

Ob. per notitiam intuitiū
atingitur obiectum perfectē, cle-
rē, & distinctē, at per abstractiū
imperfectē, obscurē, & confusē;
sed isti sunt modi cognitionis si-
mul repugnantes respectu eiusdem
obiec-

objeci, ergo &c. sc. secundo im-
plicato idem obiectum perfecte, &
emperfecte cognoscit simul, & se-
meli per aquis alterius, & alterius
rationis, & patet de Beatis, qui ea-
dem obiecta cognoscunt clarissime,
utique & perfecte in Verbo. Discri-
mo, imperfecte verò, & subfuscant
in genere proprio. Neque ex hoc
sequitur, quod iste notitia non ex-
sistat distincte specie, sicut in circa-
jedem obiectum, licet n. sint eis
dem obiecti, diuerso modo tamen
ad illud, potentia condit, & rem di-
uerlo modo cognoscere à priori,
& à posteriori, per speciem, & non
per speciem sufficit ad distinctionē
potiuarum astruendam.

hōne, & fruitione. Divisa atq[ue]
picabant, unde & Beatos appellare
cōsueverunt comprehenſores, ut mo-
ta illud D. Pauli 1. ad Corinthios
Sic currit, ut comprehendaris, quo
sentu comprehēſor opponitur via-
tori, in qua acceptiōne non insti-
tuitur controvēſia. Alio modo
accipitur pro adequata rei cogni-
tiōne, cum, i. rea attingit unā ab in-
tellectu secundum omnes eius for-
malitates, tam abſolutas, quam
reſpectivas, & secundum omnes
gradus cognoscibilitatis eius, & in
hoc ſcītu à Scholasticis diſputatur
quam ſupponunt debere eſſe co-
gnitiōnem evidēntiam, certam in-
tuitiōnem, & perfec̄tissimam, qua
de obiecto haberi poſſit.

Adoptamus t. naturam iatec-
tionalis, & intellectus comprehenſionis
translatam eſſe à com-
prehensione reali, & corporis, qua-
diciimus tunc unum corpus ab al-
tero comprehendēti, cum ita ade-
quatè ab eo continetur, & circum-
ſcribitur, ut nihil contenti, sit ex-
tra contentum. V. g. si pomum ita,
manū claudimus, ut nihil eius sit
extra manū, tunc dicimus pomū
manū comprehendere, ubi ē con-
tra, si illud ex una parte tantum ca-
ginus, & tenemus; non dicimus
illud comprehendere, iuxta quam
analogiam explicanda venit com-
prehensio, & apprehensio intelle-
ctus, ita ut tunc dicatur cognitiō-
ne apprehendi obiectum, quando
attingit secundum aliquas for-
malitates, & prædicata, sed non
omnia,

A R T I C U L U S D E C I M U S.
De Cognitione comprehensiva.
Sicut in 3. sent. d. 14. q. 1, ut
naturam comprehensionis ex-
placet, duas afferit auctoritas D. Aug.
vnam lib. 12. de Ciuit. Dei
c. 18. vbi ait: Illud scientia comprehen-
ditur, quod scientia cognitione finitur.
Altera in Epistola 112. cap. 8. vbi
inquit: Res comprehenditur, cuius id
videtur, ut nihil eius latet videntem.
quib. meritis Subtiliss. optimè, &
ad eequalē presentem articulata
resoluit. Ad cuius intellectum no-
tamus t. nomē comprehensionis in
plures sensus à Doctorib. distracti,
scapud Nominales patet, quae ta-
men non videntur ad rem pertine-
re. Sancti Patres, qui ut plurimum
terminos non in tanto rigore acci-
picabant, comprehensionem pro vi-

omnia, vel si secundum omnia, non tamen secundum omnes gradus agnoscibilatatis earum, tunc verò dicitur comprehendendi, cum ita cognoscitur, ut omnes formalitates, quæ sunt in obiecto à parte rei attingantur, & secundum omnes gradus cognoscibilatatis earum, & ita proprie à Doctoribus accipitor iuxta relatas D. Augustin. authoritates, si n. obiectum per cognitionem comprehensum ita penetratur, ut nihil eius videncem lateat, necessariò sequitur obiectū formalitates eius, nulla præremissa; & iterum si per talē cognitionem ita obiectum exprimitur, ut scientia cognitione finiatur, & tota eius intelligibilitas exauriatur, tunc sequitur attingi secundū omnes grados cognoscibilatatis eius, ita ut non solum obiectum, sed etiam totaliter ita ut cognoscatur secundum omnes gradus cognoscibilatatis eius, & aquaque eius intelligibilitas exauriatur, iuxta dictum D. Aug. Illud scientia comprehenditur, quod scientia cognitione finitur.

Verum circa primam conditionem contendit, num ad rationē comprehensionis sufficiat, ut in objecto attingatur formalitates omnes in ipso à parte rei reporta, siue sint predicatae interiorē, siue exteriorē, an verò ultra requirantur quæ eminenter, & virtualiter in eo continetur, sicut effectus in causa, & creature in Deo, & credidit modi inveniuntur, duo extremi, & unus medius. Primus est Thomistarum, afferentium ad comprehensionem requiri, ut obiectum cognoscatur non solum secundū eas, quæ illi formaliter, & ex natura rei insunt, sed ea quoque quæ eminenter, & virtualiter in eo continentur, & consequenter affirmant ad comprehensionem Dei requiri, quod omnes eius habitudines ad creaturas, & creature in ipso intelligentur, & universaliter ad comprehendendam causam requiri, ut attingantur omnes effectus ab eo possibles. Qua ratione Thomista ex D. Thoma voluit Verbum in Divinis signis à Patre ex cognitione creaturarum, quam senti, plures ex Naturaicis sequuntur, ut S. Iac. Vals. Hurt. Arriag. & alii. Alter modus dicendi extremus,

Est corum, qui dicunt ad rationem comprehensionis nō solum superfluere cognitionem omnium, quæ in obiecto continentur eminenter, & virtualiter, sed negant etiam necessariam esse cognitionem eorum, quæ identicē, sed formaliter distin-
ctæ in ipso continentur, afferentes sufficere, quod accingantur solum prædicata quidditatis int̄secc̄ rem constituentia, dōmmodo hęc cognoscantur secundum omnes gradus cognoscibilitatis eorum, ita Rada p. p. Controuer. 11. No-
tans & communiquer Scotistæ illi, qui tenent Verbum Divinum produci ex sola cogitatione Divinæ es-
senție præcisè sumpt̄, non Diuinarum Personarum, & adhuc sufficien-
tes cognitionem illam esse co-
prehensionam. Tertius dicendi mo-
dus utramque negat, neque .n. iste modus Scotistarum est sufficiens,
neque modus Thomistarum est ne-
cessarius, ita Petrus Lorca p. 2. disp.
33. sec. 1. Vulp. tom. p. part. t. di-
sp. 24. art. 3. Maſtr. & Bell. hic di-
sp. 6. q. 12. & omnes Scotistæ, qui defendunt Verbum produci ex co-
gnitione omnium, quæ sunt in Deo
a parte rei, sive essentialia, sive no-
tionalia, & talem cognitionem esse comprehensionem, etiam si non
accingat pro eo signo creaturas possibiles, & hęc est nostra senten-
cia.

Conclusio:

Dicimus igitur, comprehensionem
in eo cōfīdere, quod tota obiecti intelligi-
bilitas est hęc in tersecundum omnia,

que in illo formaliter, ex natura rei re-
periuntur, sive sine prædicata primi, se-
ue secundi modi, sive essentialia, sive
notionalia, minime autem necessariam
esse cognitionem eorum, quæ eminenter,
& virtualiter in obiecto continētur.
Et quod ad primam partem, quæ est
contra multis Scotistis, deducitur
ex prima conditione comprehen-
sionis, quæ est ut res comprehensa
ita videatur, vnihil eius vident ē
lateat, at lateret aliquid eius vidē-
tem, si aliquod eius prædicatum,
primi, vel secundi modi, sive essen-
tialis, sive notionalis non attinge-
retur, licet .n. ita distinguantur
formaliter, tamen à parte rei, &
identicē sunt omnia vniqa res. Ra-
tio à priori est, quia comprehensio
non est qualiscumq. rei cognitio,
nec sola quidditatis, vel qualita-
tiā, sed ampla quedam, & vniuer-
salis rei cognitio, & adæquata quod
ad omnis prædicata ad ipsum quo-
modocumq. spectantia, sive quid-
ditatiē, sive qualitatū, & totum
hoc deducitur per analogiam ad
comprehensionē realem, ubi si con-
tentum in corporis concavo non
ambitur ab eo ex omni parte, non
dicitur propriè comprehendendi, sed
potius apprehendendi, ita in proposi-
to, si res non esset cognita ex omni
parte, nempe quod ad omnia prædi-
cata ad ipsum ex natura rei perti-
nentia, sed tantum quod ad aliqua-

At respōdent aliqui ex Scotistis,
duplicem esse adæquationem co-
gnitionis ad obiectum; Vnam in-
t̄eficiam, alteram extensum; Co-
gnitio

gnitio obiecti quod ad praedicata, ne creaturatum. & Pr. primit ex quidditativa, & essentialia est ade- Diuis D. Aug. loc. cit. quod scilicet quata intensiuè, quamvis non ex- tunc res comprehenditur, cum ita extensiùè, & talem adæquationem adæquate videtur, ut nihil eius vi- sufficere ad rationem comprehen- dementi lateat, sed quod solùm vir- sionis. Sic etiam distinguere solent continetur, non potest propriè, & de dupli comprehensione, una dicitur intensiva, altera extensiva; vero dico dicens D. Aug. in comprehen- Quodò obiectum cognoscitur quod ad omnia praedicata quidditativa, quantum cognoscibile est in serie natura rei, & formaliter in obiecto quantum cognoscibile est in serie extensiva; quando vero virtus praedicata essentialia, & in- trinseca attingatur etiam exten- seca, & accidentalia, est compre- hensione extensiva;

Non valet, nam ad comprehen- sionem propriè sumptum, utrumque requiritur, tam intensio, quidam extensio; ex relatis conditionibus, à Divo Aug. insinuatis; quatenus n. petit, ut nihil obiecti lateas videantur, postulat extensionem ad omnes, & singulas rei formalita- tes; quatenus obiectum attingi debet secundum omnes gradus cognoscibilitatis, expostulat inten- sionem, ideoque neque intensio si- ne extensione sufficit, neque è cor- tra, quia ratione per comprehen- sionem dici solet obiectum exponi totum, & totaliter; totum significat extensione cognitionis, totaliter innuit intensionem.

Quòd ad aliam partem, quæ est contra Thomistas, patet ex Doct. in 3. d. 2. q. 2. ubi docet Verbum Diuinum producere cognitionem, Diuinæ Efficientiæ, non ex cognitio-

qualiter continentur in causa, sufficit cognoscere causam, quod ad omnes suas formalitates, quae ex natura rei in ea continentur. Pr. tandem q. si n. ad comprehensionem causae attinagi deberet omnes effectus ab ea producibilis, cognoscere etiam deberet, qui produci possunt per potentiam obedientalem media elevatione, quod tamen non conceditur, neque ab Adversariis siquidem potest Angelus secundum ipsos animam nostram comprehendere, & tamen non cognoscere effectus supernaturales ab ea producibilis mediante auxilio gratiae patet: conseq. licet n. ad effectus supernaturales creatura non habeat virtutem completam in genere suo, habet tamen in complete- tam, & inchoatam partem secundum ipsas, qui eam appellant potentiam obedientalem actionis, ergo si Angelus non attingeret effectus ab ea producibilis secundum hauc potentiam non erit virtus animae rei taliter exhausta in corpore ergo animam comprehendit.

Ob. quod ad comprehensionem obiecti requiritur cognitione coru, quae in eo virtualiter, & eminenter continetur: Tunc perfectius, & magis adaequatae percipiuntur obiectu, sicutiam secundum ea, quae virtus ad comprehensionem necessaria, litter, & eminenter continet, cognoscatur, sed comprehensionis est perfectissima cognitionis, quae de rebus haberi potest, ergo etiam secundum cates cognosci debet, quae eminenter continentur.

ceritate continentur. qd. quamvis perfectius cognoscatur obiectum, si etiam secundum ea, quae in eo continentur, eminenter, attingatur, non est tamen ad cognitionem comprehensionis necessarium, sed ad eam sufficiet, si perfecte attingatur quod ad omnia ex natura rei in ipso reperta. Sic etiam perfectius, & magis adaequatae attingentur anima rationalis, si attingeretur omnes partes effectus ab eo producibilis, non solum per virtutem naturalem, sed etiam per potentiam obedientalem eiusdem, & ita tamen in Adversariis concedunt hanc cognitionis perfectionem ad comprehensionem non requiri. Sic quoque magis adaequatae Essentia Divina cognoscetur a Patrem in productione Verbi, si in ea attingatur, ne dum creature possibilis, sed etiam futura, siquidem futuris additum nouam formalitatem supra possibilitem creature, & tamen ipsi fatentur Verbum Diuinum non produci ex cognitione suorum, sed quantum possibiliu, & tamen adhuc fatentur tales.

Ob. cognitionem in intellectu patet non esse comprehensionem Essentia Divinae, non igitur qualibet perfectio, & adaequatio cognitionis, quae ex parte obiecti est, sicutiam secundum ea, quae virtus ad comprehensionem necessaria, sed tantum illa, quae ex D. Aug. deducitur, quae solutio valde in hac materia notanda est pro solutione argumentorum.

Ob. Obiectum habet ex natura rei

rei ordinem trascendentalem ad lo qui bene animant nostram cō-
omnes effectus ab eo producibles, prehendit, & tamē non potest om-
qui ordo clare, & distincte percipi nes eius effectus possibiles in parti-
ēbet, ut obiectum comprehenda- culari attingere, cūm per totam s-
tur, sed talis ordo cognosci nequit ternetatem possit diuisiū infini-
distincte, nisi sic quoque eius ter- tos actus cognitionis, & amoris
minis cognoscantur, perfecta. n. co- elicere, quos Angelus ut eam dom-
gnitio relationis pendet ex perfec- prehenderet, deberet omnes illos
ta, vel imperfecta cognitione ex- actus simul, & semel distincte per-
tremorum. qz. in Diuinis argum. cipere, quod impossibile censem.
non vrgere, quia Omnipotens a parte rei non dicit ordinē, & ha-
bitudinem trascendentalem ad crea-
turam, sed respectum dumcazar ra-
tionis, hinc vt Deus suam compre-
hendat omnipotentiam, sufficit ut
suum attingat perfectionem abso-
lutam, ad quam dependentia crea-
turarum natura est terminari. Sed ar-
gumentum magis vrgit in causa
creata, que ad effectus ab ipsa pro-
ducibiles dicit habitudinem realē, oportere, ut talis comprehensio
& apud illos Doctores tantam, qui sit simpliciter, & absolutē in gene-
volunt ad distinctam cognitionem. re tentis, vt s. ramens perfectum
respectus requiri distinctam termi sit cognitionis comprehensiva; quād-
ni cognitionem, qui autem confu- obiectum comprehendens, & clare-
sam lūscere defendunt, facile dif- deducitur ex analogia ad compre-
ficultatem euadunt.

At tenendo quod etiam requi- ad quam non requiritur commen-
ratur cognitionis distincta termino suratio in entitate, parum n. re-
rum, dicendum est, quod talis or- fert, ut aureus numerus in arca au-
do cause ad omnes effectus ab ea rea claudatur; vel indignea; Neq;
producibiles, etiam specie diuer- eriam ex natura ipsius cognitionis,
sos, est unicus, & singulos respicit, quia non potest esse in eodem or-
vt terminos inadæquatos, sicut di- dine phisico cum obiecto, liquidē
cimus de potentia materiz erga in nobis cognitionis substantia, non
omnes formas, ac proinde ad exac- est substantia, sed accidentis. Tum
tam eius cognitionem non opor- tandem quia sequeretur intellectu
re, & assertur exemplum de Ange- tum Diuinum nō comprehendens
creaturas, relictis igitur alijs mo-
dis

dis dicendi, qui ad rem non faciunt, dicimus cum Subtilissimo in 3. cit. d. 14. q. 1. ad 2. commensurationem actus cum obiecto comprehenso in eo considerare, quod actus in genere suo tantam habeat virtutem in representando, quanta est representabilitas, ac intelligibilitas obiecti.

Pater ex analogia ad comprehensionem corporalem, ad quam non requiritur similitudo corporum in essendo, & in specifica perfectione, sed sola commensuratio continetis, & contenti, ut nequaque tanta sit capacitas corporis continetis, quanta est moles corporis contenti, ergo pariter in comprehensione spirituali, non requiritur inter obiectum, & intellectum equalitas, & similitudo in essendo, neque inter actum, & obiectum, sed sola commensuratio in ratione intellectui, & intelligibilis, representatiui, & representabilis, ut s. intellectus ejus obiectum talem actu posse elicere, qualis sufficit ad exprimendam, & exauriendam eorum eius cognoscibilitatem. Non negamus tamen quod maior, vel minor specificè perfectior intellectus, & cognitionis, valde ad rem comprehendendam conducat, quare idem obiectum, & sub eadem ratione perfectius penetratur, & attingitur per actum scientie, quam opinionis; & perfectius per cognitionem intuitivam, quam abstractivam, ut bene obseruerunt Bell. & Mair. ex Smisinch, tract. 2. de Deo vero di-

spat. 7. qu. 1. num. v. 8.

At Dices, si totum sic videtur, ve nulla res, nulla realitas, nulla formalitas, nullusque modus latet videntem, ergo totaliter videtur, quando totum videtur. Respondet Thomista, quod si obiectum videtur secundum omnia, que in ipso continentur, tam formaliter, quam eminenter, eo ipso actus commensuratur obiecto tam extensiù, quam intensiù, & videtur totum, & totaliter totum quidem cum attinguntur omnia in eo formaliter contenta, totaliter vero cum viserius attinguntur etiam que in eo continentur eminenter, ita Suar. Velq. Hora. & Alij.

Sed hic modus dicendi non placet Subtilissimo in 3. d. 14. ubi scribit per visionem fidei posse videri quemcumq. sunt in Deo formaliter, & eminenter, & illa de fidei videre animam Christi, & rationem Deus per talom visionem non comprehenditur; quod etiam adiuvat Aerag. disip. 6. de An. n. 136. Confirmatur, & declaratur magis sententia nostra quonodo possit totum obiectum cognosci, non tamen totaliter, exemplo opinionis, fidei humanae, & scientie; opinio n. & fides humana representat totum obiectum, quod scientia representat, & tamen obiecti cognoscibilitas magis adaequatè exprimitur per actum scientie, quam opinionis, & fidei. Adduci etiam solet exemplum de cognitione intuitivius, & abstractius, totum n.

quod per intuitiōam repraſen- nitatem; deberet tunc intellectus tur, poeſt etiam per abſtractiūam creatus totam illam collectionem repraſentari, & tamen clariū diſtinctiūs, & magis adēquatē p in- ſimul concipere, quod imposſibi- intuitiōam repraſentatur, quām per le videtur, ad hoc n.o pus eſſet at- abſtractiūam; & hec eſt perfectio tentiōe infinita. Verum tamen, intensiōs, & totalitas, quam com- eſt, quod iſi Doctores magis co- prehensiō addit ſupra extenſiōam ſequarē loquuntur, quām illi, q commenſurationem viſionis cum hoc eſte neceſſariō affirmat ad rationem comprehenſionis, & poſten obiecto. Declarator etiam exem- concedant poſſe intellectum crea- plo oculi exercientis, qui poſt turam comprehendens craturam, ſiō videre omnes partes V. g. albedi- n. in manifestam incidunt contradi- nis, pomis &c. nulla poortiū excep- ditionem; in noſtra autem ſententia, ta, qua negat ad comprehenſionem obiecto eminenter contineatur, requiri cognitionem eorum, que in obiecto inveniuntur, nullum ardorem, & difficile appau- ret, ut creatura poſſit ab intellectu erato penetrati, & comprehendendi, ut hominem V. g. ab Angelō, qui non tenetur tunc intellectus infinitus ſimul extēnuē attingere, ſicuti n. o. quacumque in obiecto continet. qualibet Creatura finita eſt enti- tatis, ita quoque finita intelligi- ter, vnde cum Creatura rationalis bilitatis, & hec de potentia intel- habeat in virtute iuſtiitios effectus lectiuā lufficiat, ne nimium longe, ab ea producibilis per totam eſter- & tediola protendatur oratio.

DISPUTATIO X.

DE VOLVNTATE HOMINIS, EIVSQVE LIBERTATE.

Meritò quidem poſt Disp. de Intellectu, aliquid de Volvntate, qua eft Regia ſpecie, non potenciarum inueſtiſare aggrediemur; non utique ut ad eſſe morale, trahumanis actibus exercentio quo ſenſu ad moralem actionis ſcientiam, ſed quo ad eſſe Phyſicum, & naturale, quo tunc ipſa, quanto rite actus animalifico conſiderationi ſubjeſtetur.

ARTICVLVS PRIMVS.

*An datur voluntas, & num ipsa sola
sit libera.*

Scotus pluribus in locis de hoc art. differit, ut videre est in 2. sent. d. 5. q. 2. & d. 37. & quolib. 16. & alibi s̄pē, & quantum ātinet ad primum p̄nctum, est res in Philosophia euidētissima, cui libet, n. for̄mæ suus appetitus proportionatus, correspondet, hinc D. Thom. 1. p. 19. art. 4. aiebat: Sicut ad formam naturalem sequitur inclinatio naturalis, & ad formam per sensum apprehensionem, sequitur appetitus elicitus sensitivus, ita ad bonum apprehensum per intellectum, seu per formam intelligibilem, sequitur appetitus intelligibilis, qui dicitur volūtas. Imò videtur exp̄r̄sè dogma fidei iuxta illud Luce 2. In terra pax hominibus bona voluntatis. Et ad Romanos 7. Video aliam legem in membris meis, repugnatē legi mentis meae. Quibus verbis ostenditur, ne dum dari in homine appetitum sensitivum, & rationale; sed etiam ad inuicem opponi, & contrariari, si quidem ex una parte ab objec̄to sensitibili allecti, circa illud afficiunt, ex alia verò melius consulti, affectum reprimere conamur. sollet autem voluntas, seu appetitus rationalis sic communiter describi cum Mag. sent. D. Thom. Subtiliss. in 3. d. 17. & alibi. Est appetitus cum ratione liber. Dicitur appetitus loco generis, quo cum appetitu naturali, & sensitivo conuenit;

Dicitur cum ratione, loco differenter, per quam particulam à se. sensitivo, & naturam distinguitur, qui in obiectum sine ratione feruntur; Dicitur tandem liber, vt ostendatur distinctio inter intellectum, & voluntatem, h̄c n. est potentia libera, ille naturalis. Distinguitur etiam ab appetitu sensitivo, quia hic ducitur, non dicit, appetitus verò rationalis dicit, non ducitur, ex quo colligitur, libertatem esse de essentia voluntatis, cùm sit eius differentia essentialis, posita in defitione à Doctoribus citatis.

Non est igitur voluntas, potētiā, mērē p̄ssiuē se hebēs, sed actiūē in ordine ad suos iactus, vt Subtiliss. docet in 2. d. 25. q. vn. lit. A. ratio est, quia naturale, & liberum sunt primæ differentiæ principijs actiūi, ergo si voluntas est principium liberū, vt ex eius defitione constat erit potentia actiua non mērē passiva, & est doctrina communissima apud SS. PP. & Concilia, nam Africānum cap. 23. ad nostram libertatem aſtruendam, docet, homines facere posse aliquando voluntatem suam, non Dei, aliquando suam, & Dei. Et Concil. Trid. sess. 6. can. 4. damnat asserentes librum arbitrium in nostra iustificatione passiuē tantū se habere, & can. 6. ad eamdem libertatem declarandam respectu op̄eris peccatorum, ait: Si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere Gc. & Eccl. is. Deus relinquit hominem in manu consilij sui, appo-
sus

suit aquam, & ignem &c. & ibidem
31. Qui posuit transgredi, & non est
transgressus, facere mala, & non fecit.
Ex quibus locis euidenter demon-
stratum remanet, voluntatem no-
stram liberam esse, & actiue ad ac-
tus suos se habere.

Vrgt Ouid. sic se habet potē-
tia intellectua ad volitiam, sicut
intellectio ad volitionem, sed po-
test dari intellectio, quam nulla
possit sequi volitio, ergo potest
dari intellectus, quem nullus sub-
sequatur appetitus, seu voluntas.
Solvant argum. Thomistæ, qui di-
stinctionem realen ponunt inter
intellectum, & voluntatem, nobis
autem nihil officit, quia cum ponam
nous intellectum, & voluntatem
realiter identificari, non potest da-
ri una potentia. Sive alia, inde ne-
gamus maiorem; Neque dicitur
tantam distinctionem esse in princi-
pijs, sicut in principiatis. Probat
ipse mi. in casu, quo bonum cogni-
tum, & sibi conueniens, esset per
se occitatum appetitus, & Deus
suelaberet alicui. sive non daturum
concursum ad actum amoris illius
boni, & sic daretur intellectio abs-
que appetitu. Non valet, nam fit
transitus de his, quæ eueniunt per
se, ad eas, quæ eueniunt per accidēs,
& ab extrinsecō.

Deducitur ex his, voluntatem
esse potentiam libertam, non natu-
ralem, ut Scot. docet in 2.d. 14.q.
3. ad 2. vbi ait: Circumscripsi omni
libero arbitrio, humano, Angelico, &
Divino, omnia eueniunt de necessitate,

& nihil contingenter eueniret. Idemq.
habet quo. 14. M. & alibi, & col-
ligitur ex plurib. locis Sacre Scrip-
turae, quibus ostenditur indifferentia
operandi, & non operandi, in qua
libertas voluntatis consistit. Ieuit. 22.
Bouem, & ouem voluntarie quis offerre
poteſt, & psal. 57. Voluntarie ſacri-
ficabo tibi, & pluries alibi, quod etiā
colligitur ex Concilijs, & praeter-
tim ex Tridentino leſſ. 6. cap. 6. &
ex SS. PP. communiter. Confirma-
tur apud Perip. aut. Arist. 9. Meth.
cap. 2. & 4. vbi principium natu-
rale a libero per hoc distinguit, &
naturale ad agendum ex se natura-
liter inclinatur, id est determinatē
ad unum, liberum verò se ad agen-
dum determinat.

Solet hæc veritas probari à pri-
ori, sed non desunt sp̄mæ. Aliqui
sic probant: Obiectum voluntatis
est bonum, at idem obiectum sub
diuersis rationib. potest esse simul
bonum, & malum, seu conueniens
& disconueniens, ergo potest vo-
luntas illud prosequi, & respuere,
& consequenter respectu illius in-
differentiam, & libertatem serua-
re. Non valet, voluntas n. creata
non solum indifferens est, si com-
paretur ad obiectum, quod simul
habet rationem boni, & mali, sed
etiam si comparetur ad illud sub-
determinata ratione boni, quia
etiam vt sic potest illud amare, &
non amare sua libertate. Alij aliter
probare conantur, sed insufficien-
ter, & semper potius principium
potentes, reuera, p. res est difficultis.

Quare non est melius iudicium, & resolutio adequatior illa Doctoris quol. 16. lit. V. vbi sic ait: Breuiter igitur posset dici, quod esse forme, & modus essendi, agere, & modus agendi sunt immediata, ideo sicuti non das alia ratio, quare hoc habet tale modum essendi, nisi quia est tale es, sic non est aliqua ratio, quare hoc habet talerum modum agendi, putat liberum, vel naturaliter, nisi qui est tale principiu*m* actuum. scilicet liberum, vel naturale. Hunc q. Meth. q. vii. Scot. determinat, libertatem voluntatis nostrae non posse nisi experientia, & a posteriori demonstrari. Nullus o. n. est, qui non experiatur posse omittere quod facit, & oppositum facere, & si quis hoc neget, ait Subtiliss. in r. d. 8. q. 5. fuisse experientias est, & vapulare tandem, quo usque fateatur percussorem posse a verbis desistere.

Deducitur tandem voluntatem nedium esse potentiam liberam, sed solum ipsam formaliter liberam esse, alias vero, non nisi participativa, & ab ipso voluntatis imperio dependentem; ita docet Scot. quol. 18. lit. M. vbi ait: Voluntas sola habet indifferentiam ad contradictiones, & talem, quod ipsa est sui determinatio, ad alteram eorum ex q. Meth. cap. 4. com. sex. 18. Scilicet de omnibus potentias probare potest, appetitus o. n. sensitiu*m* ducitur, & non dicit, ait S. Damasc. lib. 2. cap. 22. & 23. Intellectus ipse ducitur etiam veritate, & falsitate ad assensum, vel dissensum ex Subtiliss. in 2. d. 25. S. Dico ergo ad questionem Or. 89.

potest. n. mouente phantasmate aliud obiectum intelligere, nisi q. ab illo representatur, nec actu s. suspendere, neq. alia potentia habet actu s. suum in homine per se, & immediatè liberum, nisi sola voluntas. ergo ipsa sola est essentialiter, & formaliter libera.

Neque audiendus est Caietan. 1. 2. q. 74. art. 4. vbi concedit appetitu*m* sensitiu*m* nativam libertatem, saltem ad peccatum veniale sufficiemt, non inquam audiendus est, nam tunc sequeretur motus appetitus praevenientes omnem voluntatis concordum, esse peccata, quod est contra Concil. Trid. sess. 5. Decreto de Originali, vbi definit, concupiscentiam, vel somniem non nocere dissentientibus. Sequeretur etiam posse peccare voluntate repugnante contra idem Concil. ibidem. Si o. n. appetitus sensitiu*m* haberet propriam libertatem, exire posset in actu prohibitum, velit, nonlib. voluntas. Sequeretur tandem quod parvuli saltem venialiter peccare posse, sive usum rationis, immo & animalia, bruta; Unde maritò hæc doctrina Caiet. ab omnibus respuitur, ut contraria Patribus, & Concilijs assertentibus, peccatum esse voluntarium, quod si voluntarium non esset, peccatum non esset, ita Diu. Aug. 1. Retract. cap. 9. & libr. 3. de libero arbitrio cap. 18 Chrysost. humil. 13. in Epist. ad Romanos, & alij PP.

Caudl. disp. 2. de An. sec. 5. redens

Dens rationem, cum libertas appetitum sensitiuo non conueniat, ait, esse, quia cognitio sensitiva non est discursiva, nec inquisitiva mediorum, nec uniuersalis. Non placet, libertas, non oritur ex indifferentiia iudicij praeuij, ut infra patebit, & sic iudicium determinatū præcederet, adhuc posset voluntas pro libito obiectum propositum acceptare, & respuere, sed sufficit voluntati simplex obiecti apprehensio, ut in suum actum exeat. Quare si ex parte appetitus sensitiui aliqua ratio congrua reddi potest (licet non præcisa, & prima, quia esse non potest nisi quod hoc est hoc) erit, quia appetitus sensitivus est organicus, & materialis, siquidem omnis talis determinatur ad certum genus appetibilium sibi conueniens, ex parte autem voluntatis nulla talis conuenientia reddi potest, nisi sua natura. Vnde Subtiliss. in 4. d. 43. q. 2. lit. H. post quam ea ratione probavit appetitum humorum esse determinatum, & non liberum, quia est materialis, rationabiliter non intulit ex immaterialitate voluntatis libertatem, quia sic etiam intellectus esset liber, quod ipse negat; sed potius ex libertate colligit immaterialitatem, nisi non voluntas immaterialis esset, libera nequam esset. Addimus etiam quod non ex eo, quod sensus potest rationi non obediens, sequitur ipsum esse liberum, sed solum non obediens dispositio, sed tantum politicè, ut infra.

Contra hanc doctrinam oritur quædam concertatio inter Scot. & aliquos Doctores, nolentes intellectum esse puram potentiam naturalem. & controversia incipit ab Alexandro Aprod. de An. cap de Phantasia, Auerroe 2. phys. com. 48. & alijs, totam libertatem tribuent intellectui, non voluntati, quos sequitur Mirandul. lib. 3. § 51 evers. sec. 8. Durandus quamvis voluntari libertatem concedat, principalius tamen tribuit intellectui. Arriag. disp. 8. de An. subsec. 3. esto concedat de facto ita rem se habere, assentit tamen de possibili posse intellectum esse formaliter liberum, quatenus in obiectis sibi propositis per actum præcedente, posset independenter ab actu voluntatis (e) determinare ad assensum, vel dissensum. Scotus est ad oppositum in 2. sent. d. 25. §. Dico ergo ad questionem &c. & q. 15. Meth. & 9. Meth. in expōsit. tex. 10. vbi sic ait: *Intellectus ut distinguatur a voluntate, est potentia mere naturalis, nec habet per consequens dominium sibi actus praesente passo, ideo oportet quod determinetur per voluntatem ad actum, cum de se indeterminata possit in opposita, quia determinatione facta, necessariò exit in actum, quantum est de se, nisi forsitan per voluntatem refrenetur, voluntas n. per suum imperium potest sibi spendere non solum actum proprium, sed etiam intellectus. hec Subtiliss.*

Conclusio.

Dicimus igitur, intellectum de facto nullam prorsus libertatem habere indepen-

p̄denter à voluntate. Patet experientia, si etenim ei proponitur obiectum evidenter, tunc certè assensum cohibere non potest, & fuit doctrina Scoti in 1. d. 1. qu. 4. §. *Ad argumenta pro opinione tyc.* vbi loquens de assensu intellectus, & voluntatis, ait: Non est assensus similis hinc indē; quia necessitas est in intellectu ex evidentiā obiecti necessariō causante istum assensum in intellectu, nō aut̄ bonitas aliqua obiecti causat necessariō assensum voluntatis, sed voluntas liberē assensit cuilibet bono, & ita liberē alsēdit maiori bono, sicut minori. & Quol. 16. ait: *Ratio differentię est quia intellectus mouetur ab obiecto naturali necessitate, voluntas autem liberē se mouet.* Si solū probabiliter obiectū intellectui proponitur, non potest non opinari, & necessariō illi parti assentiri, quæ probabilior proponebitur; vel neutri, si vtrāq; æqualiter proponitur, nec à voluntate applicetur ad alteram. Si argumēta sunt temeraria, & sine probabili fundamento, nequit non dubitare, quia ratione Fides catholica cognoscēs naturam intellectus nostri, docet ad alsētiendum his, quæ sunt fidei, necessarium esse pium voluntatis affectum. Tum quia ad oppositam opinionem sequeretur hominem posse peccare ante voluntatis assensum, ut contra Caiet, inferebamus; & quod ignorantia in voluntaria non excusat a peccato. Itē quod in eodem genere peccati bis peccabit, si semel cùm iudicaret, &

iterum cùm voluntas idipsum eligeret, & horum ratio est, quia ad peccandum sufficit libertas, transgressio n. legis peccatum est. Ad illud de possibili, vt Arriag. contendit, parum curamus, nos n. in casu loqui aur de facto. Et si concedatur quod possit Deus sua potentia absoluta facere intellectum liberum, negandum tamen esset, q̄ intellectus esset tūc eiudē rationis, sicuti modō est, potius n. attributa voluntatis subiret.

Obiectiones.

Ob. Liberum arbitrium definitur a Patribus, quod sic facultas rationis, & voluntatis, ergo libertas extenditur quoque ad intellectum. Pr. liberum arbitrium dici facultatem rationis, quia cùm voluntas sic cæca potentia, nihil operatur sine propositione rationis, nihil n. volitum, quin præcognitum. Indē negatur consequentia.

Ob. Arist. 2. Phyl. 65. distinguit intellectum contra naturam, seu agens naturale, & 9. Meth. tex. 10. potentias naturales appellat liberas, inter quas non solū voluntas, sed etiam intellectus connumeratur, ergo &c. Argumentum est Scoti in 2. d. 25. q. vn. §. Dico ergo ad questionem &c. lit. S. ad quod ita responderet: Dico, quod intellectus potest accipi vel per se, secundum quod est quædam potentia operativa tali operatione distincta contra operationem voluntatis, & sic quantum est de se naturaliter agit; vel secundū quod est potentia pra-

prædicta respetu agibilis extra, potest voluntas suum actum suspen-
 & sic pro codē habet Philosophus artem, intellectum, propositum,
 electionem, & appetitum, & ito modo accipiendo intellectum, distinguit agēs per intellectum contra agens per naturam, & dicuntur potentia rationales, quia illis vtimur quando volumus, non sic est de natura, non est n. in potestate mea cibum digerere quando volo; Ad illud ex 9. Meth. explicat, quo sensu dicatur potentia rationalis, putat oppositorū, quatenus, s. voluntas auctus ipsius intellectus dirigit, secundum se autem consideratus intellectus est natura, seu potentia determinata ad unum, quam Arist. appellat irrationalem, ideo nil contra nos.

Ob. Voluntas non potest aliquid eligere, quam quod intellectus eligendum iudicat, ergo si intellectus non est liber in iudicando, nec Voluntas erit libera in eligendo. Rg. distinguendo antec. si n. ita intellegitur, quod Voluntas non potest aliquid eligere, quod prius sibi ab intellectu non proponatur, concedimus, nam nihil volitum, quin præcognitum, sed tunc conseq. eit nulla; Si verò antec. intelligatur, quod voluntas determinatur à ipdicio intellectus ad illud præcisè eligendū, quod ipse ita iudicauit, negatur omnino; Siquidem voluntas ex duobus bonis propositis, potest minus bonum eligere, maiori reliquo, quod intellectus iudicauit esse præferendam, vel saltem

ARTICVLVS SECUNDVS. De Libertatis essentia, & quidditate.

SCot. de hoc art. presē discurrit in 1. d. 2. q. 7. N. & in 4. d. 43. q. 4. & Quol. 16. lit. M. & T. & alibi. Supposito igitur ex præcedenti art. quod voluntas sit libera, queritur in præsenti, in quo eius libertas consistat, abstrahendo modo difficultates illas tangere, quæ ex concursu Dei cum voluntate, creata emergunt, tam ad auctus naturales, quam supernaturales, sed de ea solùm prout ad Animisticum spectat intra sphæram physicæ considerationis, eam speculanter, & in ea acceptione de qua locutus fuit Arist. 2. Phys. text. 45. & Subtiliss. in 1. citat. vbi principium auctiuum per liberum, & naturale dividunt, tamquam per differentias essentiales, & intrinsecas, ita ut in præsenti agere liberè, non accipiatur pro agere sponte, vel non coacte; neque accipitur pro agere complacenter, ita quod libertas significet complacentiam, siquidem in hoc sensu libertas non opponitur naturalitati, nam etiam Brutus iuxta inclinationem appetitus sui operantur, nec coacte agunt, sed valde complacenter, sed sumunt propriè prout excludit intrinsecam determinationem ad unum, Sicut Arist. accipit 9. Meth. cap. 2. & 4. sèpè cit.

Pto quæsi. i decisione, quæ non est pars

Et parvū momenti, nō oramus eti pli-
ce: nō esse indeterminationem ad a-
gendum, sicut & oppositam deter-
minationem; Prima est indeter-
minatio dominij tantum, cūm s. l.
agens habet sūz actionis dominiū,
& ad agendum se determinat, quā-
uis actionem cohibere non possit;
vt Dōct. aduertit Quol. 16. lit. V.
& lit. N. vbi sic ait: Sed semper est du-
biū, in quo stat per se ratio libertatis, si-
ue. n. dicatur, quod libertas stat n inde-
terminatione ad agēdā, siue in dominio
sui actus &c. Secunda est indetermi-
natio ad utrālibet partē cōtradic-
tionis, quatenus agens liber facul-
tatem habet agendi, & actionem
suspendendi, vt sibi liber, & dicitur
libertas contradictionis. Tertia
tandem est indeterminatio pluriū
effectuum; cūm s. causa est illimitata
ad plures effectus producen-
dos, aut cōtrarios, aut disparatos,
& dicitur libertas specificationis,
qua tamē libertas non distinguit
sufficienter causam liberam à na-
turali, licet. n. naturale agens vni-
vocum hanc indeterminationem
non habeat ad plures effectus, qua-
tenus est ad unum specie determinatum,
agens tamē ex quo oculum
ad plures effectus illimitatam ha-
bet virtutem, vt paret de Sōle &c.
Quare indeterminatio, & libertas
Secunda, quę dicitur contradictionis
est propriè, & rigorosè libertas,
per quam causa libera à naturali
secernitur; & de qua Aris. loquitur
9. Meth. cit. vt ibi Subtiliss. expo-
nit, & q. 15. eiusdem libri, & Quol.

18. § De Secundo &c. Prima quodque
indeterminatio sufficit ad liberta-
tem aſtruendam, licet Thomistæ
reclament, etl. n. talis indetermi-
natio annexam habere possit ne-
cessitatem agendi, illa tamen ne-
cessitas non satis est ad omnimo-
dam libertatem excludendam, sed
eam tantum, quę consistit in inde-
terminatione, vt est libertas con-
tradictionis, & reddit rationem
Scot. Quol. 16. art. 2. vbi notat,
quod duplex est necessitas, vna
prævia ad actum, vt egrediens ab
ipsa potentia, ipsam quoquę sibi
subiiciens, & ad agendum determi-
nans; Alia est concomitans, & ab
ipsa potentia proueniens, vt qui-
dam effectus eius, quatenus s. sibi
ipsi hanc necessitatem imponit in
operando. Primā necessitas certè
libertatem tollit, & dominium ac-
tus aufert, cūm. n. sit prævia ad ac-
tionem, potentia cadit sub neces-
itate, vt eam impellente ad aactum
suum; Secunda vero necessitas li-
bertatem non aufert, quia cūm sit
concomitans, & consequens, non
potentia sub necessitate cadit, sed
necessitas sub potentia; est. n. ne-
cessitas quam sibi ipsi imponit po-
tentia ob eius maximam reditu-
dinem. qua libertate ait Subtiliss.
Quol. cit. & in i. d. 10. q. vn. Deus
se ipsum liberè diligit, & Spiritum
Sanctum liberè spirat, quam liber-
tatem Scotistæ essentialem appellat.
nō solum' ex eo, q. a. óni volun-
tarī cōuenit tam increase, quā cre-
at, & respectu cuiuscumq. obiecit, sed
etiam

etiam quia est prorsus impedi-
bilis, libertas autem ex indetermi-
natione ad utrumlibet impediri po-
test saltem quod ad ipsum, ut in Bea-
zis patet, qui non possunt non
amare Deum &c. Tum quia essen-
tialis libertas est ceterarum funda-
mentum.

Ex allata doctrina apparet dis-
fidium inter Thomistas, & Scoti-
tas de libertatis quidditate, Tho-
mista n. solam indeterminationem
ad utrumlibet agnoscunt, nempe
ad agendum, vel non agendum,
vel sic agendum, & non sic agen-
dum, & dicitur libertas contradic-
tionis, quia respicit extrema con-
tradictorie opposita, ut velle, &
non velle; nolle, & non nolle, quae
etiam dici solet libertas exercitij,
quia ordinatur ad exercendum,
vel non exercendum actum; Alte-
ra dicitur libertas contrarietas,
quia respicit contrariem opposita,
ut velle, & nolle, & dicitur liber-
tas specificationis, quatenus per
eam potest potentia elicere actum
vnius, & alterius speciei opposi-
tos, & nullam aliam libertatis spe-
ciem admittunt, & in hoc precise
dicunt consistere dominium, quod
habet potentia libera super actum
suum, negantes libertatem cum
necessitate cohaere posse.

At Scotistae ultra has duas liber-
tatis species, quae semper cum co-
tingentia reperiuntur, aliam etiam
agnoscunt, quae essentialis dici-
tur, & consistit in simplici domi-
nio, quod voluntas supra suum,

actum habet, quae libertas indiffe-
rente se habet ad contingentiam,
& necessitatem, & cum utraque
compossibilis est, & rationabiliter
quidem, necessitas n. non oppo-
nitur libero, sed contingenti, ut
colligitur ex 2. per hinc. cap. 3.
de modalibus, & 9. Meth. tex. 10.
vbi Scotti expositio videri potest;
quare necessitas tunc collit do-
minium potentiae super actuū suū,
quando intelligitur præcedere ac-
tum, & potentiam determinare,
non quando subsequitur. Hinc D.
Ansel. de lib. arbit. cap. 1. ait: Vo-
luntas illam esse liberiorem, que à
rectitudine declinare non potest, & quod
peccare non est libertas, sed servitus.
Licet libertas nostra quantum est
de le respectu cuiuscumq; obiecti
semper sit libera libertate contra-
dictionis, & hoc est communis om-
nium Scotistarum sent. receptissi-
ma, quicquid Vulpes autem tō.
p. part. 2. disp. 5. art. 6.

Sistendum est igitur, quod tres
libertatis gradus in voluntate crea-
ta reperiuntur, Primus dominij;
Secundus contradictionis, seu exer-
citij; Tertius contrarietas, seu
specificationis, & manifestè colli-
gitur ex Sac. tex. Ecclesial. 15. vbi
sic legitur: Deus ab initio constituis ho-
minem, & relinquit illum in manu con-
silij sui: adiecit mandata, & precepta
sua si volueris mandata seruare, con-
seruabunt te, apposuit tibi aquam, &
cognoscunt, quae essentialis dici-
gnem, ad quod volueris porrige manus
tuam. qui textus citatur à Subtili-
tate. Ideo merito &c.
lit. N.

M. N. & per illa verba; *Dens restringit hominem in manu consilij sui*, Denotatur prius gradus libertatis essentialis, seu dominij, quæ est fundamentum cæterorum, omni necessitate seclusa. Per illa: *Si voluntarii mandata seruare*, Significatur inditam esse homini libertatem contradictionis, & exercitij, ad quam spectat seruare, & non seruare præcepta. Per alia verba: *Apposuit aquam, & ignem, ad quod voluntaris porrige manum tuam &c.* Explicatur libertas contrarietatis, & specificationis, quorum elec^{tio} cum sit contrariorum, ad libertatem contrarietatis spectat.

Atamen licet omnes tres isti gradus libertatis, pro hoc statu homini conueniant, sola tamen indifferentia contradictionis magis propriè, & adæquatè libertatem noltram exprimit, ut ex Arist. colligitur 9. Meth. cap. 2. vbi potestis rationales, & irrationales definitiuit, quod irrationales, idest naturales sūt ex se determinate ad unum cœtriorum; rationales vero, idest libera sunt contrariorum effectrices, & statim rationem reddens in eodem tex. mihi 3. subdit: *Ratio autem eadem manifestat, & rem, & primationem, non eodem modo.* Quibus verbis induxit per contraria intellectissime priuativè opposita, quæ in potentia inferunt contradictionem, ut Scot. inteligit 9. Meth. q. 15. & alibi.

Quod deinde libertas contradictionis sit magis propria voluntati

ti creatæ, ita probatur: Illa libertas, seu indifferētia est magis propria voluntati creatæ, quæ magis adæquatè eius libertatem exprimit, & respectu omnium obiectorū ei omni, soli, & semper conuenientium, sed talis est sola indifferētia contradictionis, non dominij, vel contrarietatis, ergo &c. Major patet, minor probatur, siquidē indifferētia dominij communis est voluntati creatæ, & increatæ, & quantum est de se comprensibilis est cum contingentia, & necessitate. Indifferētia quoque contrarietatis ne conuenit voluntati creatæ in ordine ad quemcumque obiecta, si enim comparetur ad bonum in communis, vel ad bonum infinitum, in quo nulla est ratio mali, vel defectus boni veri, vel apparentis non potest circa illud obiectum habere, actus oppositos amoris, vel odij, sed tantum amare; vel non amare, ut fuisus infra, quæ est indifferētia contradictionis, ergo magis exactè, & adæquatè libertas nostra explicatur per indifferētiam contradictionis, quam per alias.

Probatur etiam per illam definitionem communem ab omnibus receperam, quod f. potentia libera est illa, quæ positis omnibus pre requisitis ad operandum, potest non operari, ut videre est apud D. Tho. 1. 2. q. 5. tex. 2. ad 2, & ali bi. & Scot. in 2. d. 25. in fine, Ocham cum Nominalibus, Henric. Suar. tom. 1. de gratia prol. 1. cap. 3. & apud alios, quos ipse ibidem citat.

Patet

Pater tandem ex opposita defini-
tione, quam habet causa natu-
ralis, quæ ita definitur, Causa na-
turalis est illa, quæ positio omnib.
requisitis ad agendum, non potest
non agere, ut ignis approximatus
communisibilis, &c. cum ergo per
hanc definitionem causa libera præ-
cisè à naturali distinguatur, quæ
sit per indifferentiam contradictionis,
per ly agere, & non agere, posi-
tis omnibus requisitis ad agendum,
non poterit melius, & adequatius
explicari. Magist. Iacob. Brunus
lib. de An. qu. 13. art. 5. sic liber-
tatem arbitrii definivit: Est facultas,
s. u. indifferentia activa voluntatis, qua
positis omnibus ad agendum prærequisi-
tis potest operari, & non operari in sen-
su diviso. Ponit illam particulam
in sensu diviso, cum multis Thomis-
tis lib. 3. de An. ad illudenda ar-
gumenta, quæ contra illos urgente
in illa famosa controversia de pre-
determinatione physica, quod ad
operationes nostras cum naturales,
cum liberas. Sed bona pace. Si per
hoc differunt causa libera, & natu-
ralis, quod positis omnibus requi-
sitis ad agendum, vna potest ope-
rari, seu necessariò operatur, alte-
ra verò minimè, quomodo hoc in
sepsi diviso accipi debeat? etiam
causa naturalis non habens omnia
requisita ad agendum potest non
operari. Deinde quantum hæc di-
stinctio valebit ad propositum de
illa physica qualitate, & Decreto
antecedenti, suo loco presè paten-
tib[us].

ARTICVLVS TERTIUS.
De libertati usq[ue] & quomodo voluntas
sit libera in eis instanti, quo operatur.
Secund. de hoc art. differit in 4. d.
39. h[ab]it. H. & K. & 9. Meth. q. 5.
in corpore, & in solut. Princip. ad.
2. & t[em]p[or]e alibi. Ad cuius intelli-
genciam præmittimus, usum liber-
tatis alium non esse, quam exerci-
tum ipsum libertatis, ac proinde
spectare ad auctum secundum volu-
tatis. Sicut ergo usus cuiuslibet po-
tentiz actioni yniuersaliter necel-
larior supponit nō solum virtutem
suam in ordine suo completam, &
perfectam (non verò inchoatam,
& diminutam) sed omnia necessa-
riò requisita etiā ab extrinseco ad
effectum ipsum attingendum, ve-
sunt passi approximatio, cuiuslibet
impedimenti remotio, & aliarum
concausarum concursus, sic in pro-
posito, usus facultatis liberæ non
solum præsupponit actuam indis-
ferentiam nude potentie, sed etiā
omnia necessariò requisita, & ad
agendum proximè disposita, ve in
actum suum prodire possit. Sicut
igitur causa naturalis cum sit sub
requisitis ad operandam, non so-
lum non potest non agere, sed cum
illis repugnat negatio actionis, ita
è contra cum causa libera sit sub
requisitis, non solum potest non
agere, sed neque cum illis repu-
gnat carentia actionis. Quia igitur
in via libertatem habemus non
remotam tantum, ut in Beatis, sed
proximam, & expeditam, requiri-

R[es] p[ro]cur

etur, ut possit etiam cum prærequisitiis agere, & non agero.

Dices, repugnari etiā voluntati separationem actus, cùm est sub prærequisitis ad agendum, quia nam hæc illam determinant. Non valet, ut n. Subtiliss. dicit in 2. d. 1. qu. 3. ad 2. causa libera per solam eius operationem determinatur, dicens: In liberis causam esse determinatam, est ipsam habere voluntatem respectu volubilis. Non igitur per aliquid præiuia ad operandum determinatar, nam hoc solū causa naturali est proprium.

Hoc modo communissima sententia libertatis explicat, nō solum Scotistarum, sed Recentiorum fere omnium, ut videre est apud Suar. de Actib. lib. 1. de concurso cap. 3. & rom. p. de Gratia, prol. primo cap. 3. num. 8. Vsq. & Catech. Doctores Societ. contra Thomistas, qui explicando libertatis usum diuidazat in sensu diuiso à prærequisitis ad operandum, nimis libertatem nostram restringere videntur. Ut igitur completere in quo vius libertatis consistat percipiamus, triplex status cause liberæ distingui debet; Primus, cùm in actu primo consideratur sub sola ratione virtutis actiuz ad utrumlibet, & tunc dicitur in potentia remota ad operandum; Secundus status, cùm consideratur sub omnibus prærequisitis necessariis ad agendum, & tunc dicitur in potentia proxima; Tertius est, cùm voluntas acta operatur, & de actu pri-

mo tranfit ad secundum.

Maior difficultas est, quomodo voluntas in eo instanti, quo operatur, sit libera, tunc n. per ipsam operationem elicitem ad unam partem iam determinata reportur. Hac de causa Ocham cum seis negat in illo instanti posse in voluntate usum libertatis assignare, sed potius tunc necessariò operari. Nec nobis suffragatur, si dicatur voluntatem actu operatam adhuc libertè operari, quatenus licet amplius nō sit indifferens ad positionem illius actus, vel ad parentiam, quia iam illum elicuit, remanet tamen abhuc indifferens ad eum continuandum, vel non continuandum. Non suffragatur, nam licet hoc valeret casu, quo voluntas in sua operatione distaret plusquam per instantes, si tamē supponatur durare in sua operatione unico tantum instanti, adhuc urget difficultas.

Attamen Subtiliss. in 2. d. 5. q. 2. S. Respondeo &c. lit. C. & d. 25. q. vn. S. Dico ergo ad Questionem &c. & in 1. d. 39. art. 2. S. De Secundo dico &c. & alibi, docet voluntate in pro quocumque instanti temporis libertè operari, & ita facile probatur: Si illo instanti, in quo voluntas operatur, non esset libera, nunquam esset libera, nec unquam datur effectus aliquis liber, & contingens, sed hoc est falsum, ergo &c. Pr. sequela, quod ad primam partem. Si voluntas esset ante actu suum libera, hoc præsertim esset tempore immediatè præcedenti-

pera

peratione, si hoc non saluat, quia ~~actum~~ radici liberè actum elicere antequam voluntas dicitur, libera in quia tunc nō est causa in actu, sed tantum in potentia, neque postquam elicuit, quia quod praecedit necessarium factum est, ergo dicere oportet, quod pro ea instanti, quia illum elicuit, liberè elicuit. Tonus cū discursus Subtil. in 2. d. 5. q. 2. S. Respondeo. Ex fol. mibi 99. supra C. vbi sic ait: *Omnis libertas arbitrij colleretur, & natus voluntas in ista instanti nā elicet actum libere, & non elicet liberè antequam eliciat.* Si ergo quaevis elicit de necessitate, per se, quia pro ratiōne non potest non elicere, ergo nunquam liberè elicet. Ipsu[m] sequuntur Recensiones fere omnes, ut videre est apud Suar. disp. 19. Meth. sec. 9. nu. 3. Hoc. d. 15. de An. sec. 15. Mor. & Alij. Ratio 2. priori est, quā Doctor assignat pluribus in locis, præterim in 1. d. 39. F. quia l. voluntas & quilibet alia causa cum actu operatur, semper intelligitur prius natura habere, non sicut modus entis in potentiam ad actum, & posterius ad actum, & pro illo tunc pro quo est, natura illum elicere, qua ratione dicitur, dicitur in Phys. prioritatem natura illius in actu, Nec etiam valēt si dicatur dicitur ad rationem causæ sufficeret, ergo voluntas etiā in instanti temporis, quo operatur, dicitur latenter prioritate naturæ actu suum prædurare, quæ fuit ratio Subtil. 9. cedere, in eo autem priori habet indifferentiam, seu potentiam ad elicendum, & non elicendum, nō est causa, nisi quando actu causat, utique coniunctim, sed divisiō, ex Dic. ergo causa libera quando operatur, liberè operatur, quo modo igitur agens libetur dicitur, negari in ea instanti voluntatem, si unquam nullam rationem indifferētiam habere, quia cum liberam habuit? Non potest voluntate, immēdiatē ante illud instantem habuc-

habuerit, adhuc in eo instanti tem- instanti, in quo operatur, est op- poris, & durationis eam retinet, citu, ergo pro eodem requiecedere est prior natura ipso actu elicito, quod n. alicui per se conuenit, utibique reperitur, & quo cumque instanti existit, semper talis erit, sed illa indifferentia, seu liberae per se voluntati competit, ergo semper, & ubique talis erit, ut dicebamus de natura respectu hactenutatis &c.

Probat hoc Scot. loc. cit. in 2. lit. C. de actu voluntatis Diuinæ circa decretum suum, quo Petrus prædestinavit, vel mundum esse voluit, qui actus in Deo liber fuit, non quod in aliquo instanti temporis priori erat potens actum illum deinceps eligere, quia ante instantis volitionis mundi nullus instantis durationis præcessit, & post quam statutum est decretum de Mundi creatione, vel de Petri prædestinatione non potest amplius non esse, cum Deus sit immutabilis, ergo actus Diuinus dicitur liber præcisè ratione illius indifferentia ad opposita pro eodem instanti disiunctim, cum ordine solius prioritatis naturæ.

Objectiones.

Ob. Ocham: Voluntas in eo instanti, quo operatur, iam se ipsam determinat ad alteram partem, ergo tunc non operatur liberè, quia non amplius indifferentia, sed determinata ad actu elicitorum remanet.

Secundo: Impossibile est, causam pro eodem instanti habere actionem elicitorum, & suspensam, sed pro co-

Tertio: Actio in instanti, quo est, non potest non esse, nam ut Arist. docet. Perhinc, omne quod est quando est, necessariò est, ergo tunc est libera, quia vel poterat non esse tempore antecedenti, vel potest non esse in instanti sequenti, quibus argumentis territus Valp.

disp. cit. art. 10. concedit voluntatem actuali operatione non esse liberam, & ait esse de mente Doct. in aliquibus locis, que pse affert. Pro horum argumentorum solutio Notandum est, quod usus libertatis in voluntate spectat ad actum secundum, voluntas vero quocumq. modo consideretur actum anteventus, siue prius tempore, siue natura semper habet rationem actus primi, ex quo sequitur, falsum omnino esse, quod per positionem actus secundi voluntas nostra libertatem amittat, immo potius in talia acto usus libertatis apparet, cu sit actuale exercitiu potentie libera. Determinatur igitur voluntas in actu secundo per suammet operationem elicitorum, sed talis determinatio eius libertatem non tollit, si quidem indeterminatio, in qua libertas consistit non est indeterminatio actus secundi, sed actus primi, nam causa libera ut sic est, indifferentia in actu primo, quia indifferentia tolli non potest per eas, quia ad actum secundum continent, qualis est actio, sed per eam dum taxat,

erat, que pertinet ad actum pri-
mum, ut sunt necessariò prærequi-
sita ad agendum, esse verò poten-
tiam in differentem in actu primo,
& determinatam tantù in actu se-
cundo per actionem, non solum
non dicit repugnariam, sed pori'
necessitatem pro exercitio poten-
tia ad utrumlibet indifferentis; hinc
sicut potentia ad legendū, vel feri-
bendum per actuali scriptio[n]es,
vel lectio[n]em non deperditur, sed
talis potentia exercetur, & persi-
citur; ita potentia voluntatis ad
utrumq[ue] indifferentis non tollitur p[er]
actionem, sed potius perficitur, &
exercetur, & hac ratione S. Q. o. in
3. d. 15. q. vn. supra E. ait, volunta-
tem ut voluntas est, esse liberam,
non verò ut volentem, quia i. e. eius
libertas attendi debet respectu in-
differentie actus primi, quod i. f.
omnia requirita habeat ad operan-
dum, non autem respectu secundi.

Ez. modò ad argumenta Och. ad
1. neg. conseq. ad probationem
dicimus, quod est voluntas cum
actu operatur, sit in actu secundo
determinata, adhuc tamen indif-
ferens manet in actu primo, & ac-
tu operatur ex potestate indifferenti,
quam adhuc rerinet; nec actus
secundi determinatio tollit inde-
terminacionem actus primi, ut n. a.
logici dicunt, indeterminatio de
possibili stat cum determinatione
de i. a. esse. afferrur exemplum de
potentia indifference materiæ pri-
me ad plures formas, qua licet sit
sub determinata forma, nō tamen

suam iprætrinsecam, & essentiam
indifferentiam, & potentiam a[di]m-
ittit; Sicut etiam in nostra sent.
diximus plures de natura cōmūna
sub haecceitate sub qua non adhuc
illam indifferentiam, & communia
tatem ad aliam, & alia disiunctim
admitit; licet sit ab extrinseco sub
vna haecceitate determinata.

Ad 2. Ez. per idem, concedimus
i. o. non posse rationem esse eliciti
& suspensum pro eodem instanti
sicut, & coniunctim, sed bene dis-
iunctim, quod tantum sequitur ex
vi libertatis potentia iam explicata,
vnde bene dicebat Doctor: Li-
beritas non dicit potentiam simultatis ad
opposita, sed simulacra potestia.

Ad 3. ex illa propositione: omne
quod est necessariò est, solum e[st]
cluditur actionem voluntatis dum
existat esse necessariam ex supposi-
tione, non simpliciter, & absolute,
ut Subtiliss. docet in 3. d. 39. It.
sequide[m] secundum se, & quiddi-
tatem suam considerata, & in or-
dine ad sua principia effictua est
contingens, & liber.

Ex his colligitur, ab i. esse idem
libertatem, & utrum libertatis, sed
distingui, sic ut potentia ab exerce-
tio sui distinguatur. Distinguendu[m]
est etiam inter libertatem re-
motam, & proximam, nam hac
vlera nativam virtutem potentia,
connotat etiam prærequisita ad a-
gendum, remota verò dicit solum
audam virtutem agendi, hinc cum
Doctor dicit libertate esse volen-
tia essentialem, & causam natura-
lalem.

ratem, & liberam distinguui per na-
turalitatem, & liberae causa quā
per differentias essentiales non lo-
quitur de libertate in aqua secura-
do, seu de vīo libertatis, nam hic
potest impediri, & de facto impe-
dicitur in Beatis rūquia non possum
ad fruitione cessare, ut Scot docet
in q.d.49. q.6. Dico ergo &c. Neq.
etiam intelligendum est de liber-
tate proxima, quia etiam hęc ius-
pediri potest ab extrinseco, si v.g.
aliquid ex necessarijs requisitis ad
agendum desit, remaneat ergo in-
telligendam de libertate remata,
& intrinseca, quatenus s: est iusta-
ta, & intrinseca virtus potentia eū
dominio fui & dūs, & indifference
ad virtutem libet.

Potes, An sicut voluntas potest
impediri, sōa necessitati per impe-
dimentum vīo libertatis, ita pos-
sit etiam violentari, & cogi &c. cū
distincțione, nam alij sunt actus o-
liciti ab ipsa immediatè proceden-
tes, vt amor, & odior, & alij ab ip-
sa tantū imperati, sed ex alia cau-
sa eius imperio, eliciti, vt ledio,
locutio, abulatio &c. quād ad istos
actus coadūcent omnes voluntas
rem posse vim pati, siquidem con-
tra eius imperium possunt poterit
inferiores per violentiam agentis
extrinseci actus suos exercere, &
cūm in hanc, vel illam partem sō-
tra nostrā voluntatem erat imur.
Neq. hoc Doct. negere voluit in
q.d.29. q.vn. S. de primo &c. afferēs
voluntatem non posse simpliciter
cogi ad actionem imperatam, sed

solum docere, voluit nos posse, & nō
lunatē cogi ad imperatos aqua
aliarum potentiarum. Quare y ren-
tō ad actus elicitos, quibus utrūq. est
sakest a Dōc. possit voluntas cogi
& violentiam pati. Vulp. qm. I.
par.2. disp.6. art.7. & qm.2. ciu-
dem partis disp.5.8. art.4. cū qui-
quibūdam alijs afferat,

Bell. & Mast. in Dc. An. disp.7.
q.3. art.3. negant, & afferunt pro
ipsis Doct. in 4. cit. vbi aperiē sit
contradiccionē esse voluntatem
simpliciter cogi quād ad aquum vo-
lendi, quād istā Subtiliss. probat:
Si voluntas posset a Dōc simpliciter
cogi, vel hoc fieret immittē-
do ipsi voluntati aliquem actum
merē passiuē se habenti, vel immittē-
tendo illi actum resistenti, & no-
lexi illum habere, sed neutrō mo-
do potest simpliciter cogi. ergo
&c. Pater ma. ex sufficiēti diuisio-
ne, minorem probat, non potest
primo modo fieri coadūto, quia
licet si Deus actum immitteret vo-
luntati merē passiuē se habenti, tūc
quidem actus ille fieret ab excip-
tore, adhuc ramen non fieret resi-
stante passo, quia supponimus in-
 eo calu. voluntasq. merē passiuē
se habere, violentum autem est,
quād sit ab extrinseco cum tenet-
ia passi. Nec etiam secundo mo-
do violentari potest, quia tunc in-
fert Subtiliss. voluntas voleas nol-
les, vel nolens relles, quod impli-
cas. Scio responsionem Vulp. ad
argumentum, sed non valeret, & cū
Scot. sensiunt D. Th. p.2. q.6. art.

4. D. Bonatent. in 2. d. 25. art. 2. sequatur violentia simpliciter in voluntate ex acto, vel in suspensione actus debet hanc, vel ille ne dum est contra affectum interpretationem, sed etiam contra eius innatam inclinationem, sicut in naturalibus; si in materia v. g. disposita ad formam aqua introduceretur forma ignis, talis mutatio adhuc esset naturalis simpliciter propter inclinationem viuens aucto materiae ad quamlibet formam, & dicere ut violentia secundum quid, ratione s. dispositionum contrariarum.

Valq. 1. 2. disp. 26. nu. 27. affirmat posse voluntatem vim pati, latem negatiuē in cessatione, vel omissione actus, & ita probat: Si voluntas esset congrua cogitatione, excitata ad amorem alicuius obiectū, & prompta ad operandum, si Deus tunc denegaret concursum, talis cessatio, & negatio actus esset contra imperium innatum effigieis potentiarum, iam ex se inclinata ad operandum; quo argumento concludi potest voluntatem positiuē quoq. posse vim pati in operando, casu quo voluntas suspendere vellet actu suum circa aliquod obiectū, & nihilominus Deus actu illum continuaret, neq; in his articulis ait, sequi componi simul voluntatem, & nolitionem, quia non supponitur voluntas nolens, vel volens formaliter, sed tantum in interpretatione. Respondent Maff. &c Bell. loc. cit. & bene, quod etiam in his casibus nulla sequitur violentia in voluntate simpliciter, sed solum secundum quid, & ratio est, quia voluntas est potentia suscepientia in determinata violentiam ab subiecto tollit à Doct. in 1. d. 1. q. 1. in fine, vbi se exemplificat de materia prima natura hacten indeterminata, dicens: Materiali primam propter inde terminatam inclinationem ad quamcūq; R. & d. 2. q. 2. S. Offenso esse de prout quacunque forma quesit, ut autem prius ibi

Vrgobis, potest Deus benedictus voluntatem creatam simpliciter ad aliquem actum necessitare, ergo & simpliciter cogere. Et cum relatis Scotistis negando conseq. plus n. est voluntatem cogi, quā in necessitari, nam voluntatem necessitari est ita ab extrinseco determinari ad aliquem actu, vt proxime non possit ad oppositum, vt modò in Beatis contingit in ordine ad gloriam, & in damnatis in ordine ad peccatum, cogi verò est in aliquo actu propelli suo innato appetitui, prorsus differentaneum, quod voluntati repugnat, cum sit potentia naturae sua indifferens ad quemcūq; actu, & eius suspensionem.

ARTICVLVS QVARTVS.

De Radice extrinsecā libertatis creatae.
S. Coe. questionem hanc pluribus in locis examinat, vt videre est in 1. d. 8. q. 5. S. Contra igitur &c. lit. s. in locis examinat, vt videre est in 1. d. 8. q. 5. S. Contra igitur &c. lit. R. & d. 2. q. 2. S. Offenso esse de prout quacunque forma quesit, ut autem prius ibi

In 4. defrequebitur alibi. Dux sunt celeberrime sententiae. Prima est Thomistorum, assertentium extrinsecam libertatis creatae radicem esse omnipotentiam voluntatis Divinam, quæ ob infinitam eius efficaciam formaliter, vel eminenter, continet omnem modum causalitatis causarum secundarum, ita Caiet. p. p. q. 19. art. 8. & qu. 2. art. 13. & sequuntur communiter Thomistæ et Ferrat. Ioann. de S. Thoma, & Alij. Subtiliss. vero est totus ad oppositum, defendens primam radicem libertatis creatæ, & cuiuscumq; contingentię in rebus creatis non esse omnipotentiam, vel efficaciam voluntatis Divinae sed eius libertatem, ita locis citatis.

Pro intelligentia statim controverteret, doberemus in voluntate Divina duas has formalitates distinguere, scilicet efficaciam infinitam, & libertatis, siue ex natura ei cum Scottistis, sicut faciunt cum attribuis, siue saltem virtualiter, ac ratione, ratiocinata cum Thomistis; & quod saltem prefatis modis distingui debant, inde patet quia etiam ambo sunt perfectiones, & rationes voluntatem diuinam concernentes, scilicet principium est agendi, diversitate modorum ei, conuenienter, nam libertas ei conuenit per modum differentiationis eam distinguenter a principio actio naturali; Infinita vero, efficacia, seu omnipotentia eam distinguunt a principio agendi sueto, & limitato, confirmatur: Si Deus pro extra necessario ageret, libertas

in eo deficit, non tamen infinita eius efficacia, unde Aristoteles apud Subtiliss. & Multos Philos. posuit Deum necessariò agentem ad extra, non liberè, adhuc tamen esse infiniti vigoris, ergo aliquo modo distinguuntur tales perfectiones in voluntate Divina. hoc supposito,

Conclusio.

Dicimus, possibiliter esse purā, & simplicem omissionem liberaū, ita quod voluntas ex sua libertate omissione independenter ab omni actu positivo, qui sit causa directa. vel indirecta talis omissionis. est Scoti locis cit. & in 3. d. 13. q. vn. sub. D. quem sequuntur Lych. Cauell. Bassi. Gaudius. Nicolaius de Nissa. Angles. Vulp. rō. 3. p. 2. disp. 57. art. 3. Mast. & Bell. hic disp. 7. q. 3. art. 2. & alij. Religio igitur aliorum rationibus, ut parum urgentibus, ita a Scottis: Pr. ex Subtiliss. præsertim in 3. d. 32. 6. ad argumenta Questionum q̄r. & quol. 18. in fine: Illud est liberum, quod est in potestate voluntatis, ut sit, & non sit, sed caro & actus, quā cīas suspensio est in potestate, & dominio voluntatis. ergo non minus unus, quā alter est liber. Maior patet, mi. Prob. voluntas n. proposito obiecto per libertatem exercitiū potest velle, & non velle. Resp. aduersarij neg. min. nam actu est in potestate voluntatis immediatē, suspensio vero illi^ū immediatē, id est mediante velle, quo voluntas vult omittere. vel aliquod aliud obiectum incompositile.

Sed Contra, per hoc (ait sub: eihis quol. 18. lit. O.) supposito ac-

tus interioris, seu voluntatis differt. à suspensione actus alienū potesticiā, quod h̄c sunt libertate mediate tantum ex voluntatis imperio, illa vero immediate, ergo si omissionē etiam ipsius voluntatis nequit esse libera, nisi per aliū actu naturae distincția inter libertatem omissionis extorris, & interioris, vel sicut h̄c omissionē non erit magis in potestate voluntatis, quidē illa. Tum quia voluntas non minus dominum habet suam naturam super actum, quam super suspcionem actus, ergo sicut voluntas velle potest immediate independenter ab omni alio actu, ita etiam poterit immediatē non velle, & quocumq; alia actu praeterea dēdo. Tum quia sicut libertas contrarietatis exerceri potest immēdiatē à Voluntate per actus contrariae libertas contradictionis p̄ actū contradictionis, seu per actū, & carētiā actus. Pater tandem ex definitione libertatis contradictionis supra assignarē, quod l. s. ut indifferētia ad operandum, & non operandum. Ratio est, quia libertas exercitiū versari debet inter exercitū contradictionis, sed duo actū positivi non sunt extrema contradictionis, ergo libertas exercitiū, seu contradictionis, nē cum libertate contrarietatis cōfundatur, cadere debet inter velle, & non velle, non inter velle, & nolle, aut inter velle, & velle non velle.

Confirmatur: Si Petrus elicisse amorem circa aliquid obiectum,

huc ē

liberè illum continuabit, licet ei denegetur cōcursus ad actum op- positiū, vel alium quemcumque in cōpositibiliū, solum per hoc q̄ potest illum omittere, ergo dari potest pura omissio libera ab illo actu positivo amero, qui dicitur, vel inderet eius causa existat. Conseq. est evidens, assumptum pr. ad eliciendum a. actum liberum circa aliquod obiectum, base ria sufficiat s. potestas indiffe- sens ad agendum, & non ad agen- dum ipsius voluntatis, sufficiens cognitio bonitatis obiecti, & cu- tuerus Dei pacatus ad utrumlibet, neceps ad actum, & carentiam ac- tus, nec vicerius requiritur pro- tribus oppositis; quia igitur illa- tria in calu posito intencione. Petrus liber continuabit amorem, quia in manu eius est perseverare, & non perseverare in tali actu.

Objectiones.

Ob. Voluntarien est quod a vo- luntate procedit sicut a principio, sed omissio, & carentia actus non procedit, quia nihil est, ergo non potest voluntaria, & libera esse. pr. ad mi. concedendo illud omissio- nem non procedere a voluntate, ut ab agente, procedit tamen ab ea sicut a non agente cum agere possit, primus modus procedendi conuenit voluntario positio, vt ei actus, sicut priuaciu, qualis est eius omissio, sic etiam tenetur di- cunctur esse a sole quartenus sol dum est in altero Hemisferio, lacun- tua producit in nostro.

Dices, omne voluntariū est exer- ciū potest vitalis liberz, ve- cīus actus secundus, sed pura omis- sio non est exercitium potentia vi- talis volentis, nec eius actus secun- dus, sed potius est carentia exerci- tū cuiuslibet actus secundi, ergo ge. quod sicut voluntarium positi- um est exercitium positivum vo- luntaria, ita voluntarium priuaci- uum est exercitium priuaciuum, & potentia a. libera, ut libera est re- luti duplex potentia, ad operandū & ad non operandū, & sic omissio dicitur ad ipsa secundus voluntar- ius, non positivus, sed priuaciuus, quia negatio compreget si in illo bi- gno, in quo voluntas posset habere & positiū, & nō habet ideo nihil.

Dices adhuc, pura omissio com- paratur ad voluntatem, sicut ca- rentia intellectionis ad intellectu, & cum, sed hac carentia non est exercitij potentie intellectu, ex- go nec illa potentia volentis, per- curu Bell. & Mair. negando absu- ptem paritatem, & ratio est, quia intellexus est causa necessaria ex cui non tribuitur negatio operationis, non est. n. oculus V. g. causa non videndi obiectum absens, quia o- culus non habet potentiam ad vidē- dum obiectum, absens, ac causa libera habet potentiam operandū & non operandi, & potentiam ad utrumque pro exercitio sua po- tentias.

Ob. Non potest voluntas suam libertatem exercere, nisi moe- tur aliquo motu boni amabilis,

vel mali odib[us], sed voluntatis in i. d. 3. q. 3. Si ad rationes in op[eris] aduersa[m] motio b[on]is, ut habere possum[us] ex sic procedit: si voluntas secundum amoris per quae prosequitur ponatur habere actum circa omne intellectum bonum; & in modis a modis maiori ligibile, ponatur idem esse obiectum tam voluntatis, quam intellectus, & subratione eadem formalis; si vero non, sed quod voluntas tantum habent actum circa intelligib[us] que sunt finis, vel entia ad finem, & non circa mere specieb[us], tunc ponetur obiectum voluntatis aliquo modo particolare respectu obiecti intellectus. Deinde in 2. d. 6. q. 1. manifeste docet Subtiliss. q[uaestio]n[is] in toca sua latitudine sic obiectum voluntatis, sicut est intellectus; alijs vero in locis tenet cum communis quod sit bonitas, & sic semper dicitur, & problematicè differit, modo in unam, modo in aliam partem inclinando, ut bene aduertunt Faber; disp. 9. de Panit. n. 137. & Mastr. & Bell. hic disp. 7. q. 5. eodem modo nos etiā procedemus, problematicè verumq. defendendo, & ad mentem etiam Doctoris.

Conclusio.

Dicimus, utrunque esse probabilem & quod obiectum voluntatis sit omnis actus, sicut est intellectus; & quod sit bonum, quod habeat rationes finis, & modum ad finem. Pr. quod ad primā partem, satis n. rationabile est, quod qualibet potentia appetitiva sive cognitiva adqueratur in sphera obiecti, sed potentia intellectiva habet pro obiecto omnes ens. ergo & voluntas, quae est appetitiva ei correspondens debet circa idem obiectum versari. Tum quia res sent, nostra voluntas est absolute per-

ARTICVLVS OCTAVVS.

De Obiecto voluntatis.

Secundum. in hac re videretur anceps, & problematicè discutiri, hinc

perfectior intellectu, ergo non debet ad minorem sphaeram obiectum, quam coartari, eique tribuisse in perfectius obiectum; ens. n. perfectius est quam bonum, cum hoc sit passio; illud subiectum. Tum tandem, quia ut ens dicatur voluntatis obiectum proportionatum, sufficit ut sit bonum, & appetibile factem radicaliter, & virtualiter, sicut rationalitas dicitur radicaliter risibilitas, quae est passio ab ipsa rationalitate emanans.

Pr. quod ad aliam partem, quod si. non ens in sua latitudine, sed bonitas sit obiectum voluntatis, Tum quia est sententia communis omnium Philoso. & Theolog. Tū quia actus abstractior, quē voluntas circa aliquod obiectum possit elicere, est actus ille neuter, cuius Scot. meminit in 1. d. 1. q. 3. sed obiectum talis actus ex Doct. ibidem non praefindit a ratione boni in communi, sed a ratione boni propter se, & propter aliud, ita quod auct' ad illud terminatus, nec sit fructus, nec vs, ergo. Tū ga nulla ratio virget, ut potest appetitiva adequare debeat cū sua cognitiva quo ad obiecti latitudinem, sed satis erit, quod obiectū appetitivę sit subordinatū obiecto cognitiu, ex Subtiliss. in 1. d. 3. q. 3. vbi etiā docuit, quod res mere speculabilis, non videtur obiectum aptum voluntatis, quae suapte natura circa obiecta operabilia versatur.

Ex allata tamen doctrina, non sequitur intellectum absoluē per-

fectiorem esse voluntate, quamvis in potentijs eiusdem generis possit ex maiori, vel minori obiecti latitudine argui maior, vel minor potentiarum perfectio, & excellētia, ut patet de sensitiva, cognitiva, & intellectu, non tamen hæc ratio virget in potentijs diuersi generis, quales sunt cognitiva, & appetitiva, etenim earum perfectio, & excellētia ex alijs capitibus attendi debet, ut infra. Neq. si bonum, obiectum voluntatis statuimus, sequitur ipsam imperfectius obiectum habere, quā intellectus, quia hoc non est intelligendum de bonitate pro formalis supra, quomodo est passio entis, sic n. in quædā relatione conuenientiaz sita est, videtur ex Doct. in 3. d. 1. §. Alter potest dici &c. B. relatio autem est de genere steriliū, & cōsequēter non potest esse ratio obiectua, & motiva voluntatis, sed hæc erit forma ipsa absoluta entis. mouentis potentiam, super quam relatio cōvenientiaz fundatur, sicut obiectū fugè in voluntate est forma illa absolute super quam fundatur relatio disconvenientiaz, ex quo colligitur, quod voluntas non habet obiectum minus amplum, quam intellectus. cū nō accipiatur bonū pro passione entis, sed pro bonitate absoluta, quae est fundamentum talis passionis. Ex his satisfic Scot. filii, Lych. Bargio. Cauell. Vulp. tom. 2. p. 2. disp. 53. art. 3. & alijs, qui volunt, voluntatem esse potentiam trinuercalem, sicut

Et intellectus, & posse velite ens sub ratione entis, sine expressa relatione bonitatis.

D V B I V M .

An voluntas fit tantum possibilium.

SOlet hic dubitari, An voluntas fit tantum possibilium, an etiam impossibilia ab intellectu presentata appetere possit. Scot. in 2. d. 6. q. 1. & in 3. d. 32. q. 1. B. & alibi docet duplicem esse volitionem, unam efficacem per ordinata media ad illum consequendum; Aliam simplicem, & in efficacem respectu alii cuius finis absque imperio mediorum ad illum consequendū, quae proinde dici solet Velleitas. Dubiū non est de prima volitione, quia ut ait Subtiliss. in 2. cit Ad 1. Princ. nihil vuln̄ voluntas efficaciter, nisi ad quod disponit media, per quaenam acquiri potest, & talis volitio efficax nunquam est alicuius impossibilis, nullus n. de impossibiliis consiliatur, nec voluntas precipit intellectui pratico ad inquidendum media ad illud; Sed dubitatio solum est de volitione simpli, & ineffaci, qua aliquando est actus absolorutus, ut complacencia, quam aliquis habet rei possesso, aliquando vero est actus conditionatus, qui explicatur per verbum vellem, vnde & velleitas sicci solet.

Item impossibile est duplex, vnu ab solute, & simpliciter, ut creaturam esse Deum, aliud ex suppositione, ut quod factum est, non sit factum. Dubium non est de impos-

sibili secundi generis, siquidem experientia docet, impossibile ex suppositione, & ut tale ab intellectu iudicatum, terminare posse adū ineffacē voluntatis, nā peccator contritus vellet nos peccasse, cuius objectum est negatio peccati, quę absolute possibilis est, sicut etiam antequam patraretur erat, vnde scilicet redditur impossibile ex suppositione, quod sic commissum. Scilicet igitur difficultas agitat de impossibili simpliciter, & ut tale ab intellectu voluntati presentatu, si n. representaretur ut possibile, concedunt omnes, quod potest voluntas illud amare.

D. Tho. Ad hoc dubium respondet negetiū, quę sequuntur Caius, Alvarez, Valerius, & Alij in tractatu de Angelis, vbi queritur an Angelis appetierint aequalitatem Dei culpabiliter. Scot. in 2. cit. d. 6. cū suis alumnis est ad oppositum, quę pr̄ter illos, sequuntur Nominales, Vasq. & alij, & colligitur ex 3. Eth. cap. 2. vbi ait Arist. Voluntatem esse impossibilium vbi per voluntatem intelligit velleitatem, & simplicem complacentiam, sicuti per electionem, quam ibi dicit esse tantum possibilium, intelligebat volitionē efficacem. Pr. Angelus concupinat inordinatę equalitatem Dei in natura, quadam ineffaci volitione, procedente ex simplici, vel ab soluta apprehensione illius, ergo. Respondent Thomistæ duplicitet intelligi potest, Luciferum concupisse aequalitatem Dei, vel. s. per se qui.

et quiparantiam, vel per similitudinem; prium nos potuit appetere s. l. esse aequalia Deo, naturaliter sciens hoc esse impossibile; secundum adhuc duplicitate intelligi posset, vel quod ad id, in quo aliquod Deo natum est assimilari per imitationem, quo sensu nullus sic peccare appetentes similitudinem Dei, vel quod ad id in quo nullus actus est assimilari, sicut appetere Celum, vel Terram creare, quod est Dei proprium, & in hoc sensu peccatum est. Et ita appetit Diabolus Dei similitudinem, & peccavit.

Sed Contra, concipiuit Celum, & Terram creare, quod est proprium Dei, & spectat ad Divinam omnipotentiā, ergo non per solam unitationem petiit esse similem Deo, sed etiam per similitudinem, & potentiam aequalitatem, aequalitas in potentia nequit sine aequalitate in natura concipi, cum sit infinita, & realiter identificata cum natura Divina; & maxime in sent. Thomist. qui nec distinctionem formalem inter essentiam Divinam, & attributa cognoscunt. Confirmatur expressis Sacerz Scip. testimonijs. Ila. 14. Ascendam in Celum, similes ero altissimo. & Ezech. 28. Elegiam, si cor tuum, & dixisti, Deus ego sum. qua propter Angelus primus illi obfultens ait; Quis ut Deus? hinc D. Aug. lib. de questionibus veteris testamenti, ait; elatione in gloriam, voluit dici Deus.

Pr. ratione bonum ut sic in sua latitudine est obiectum ad quacumque

voluntatis, etiam per Thomistam, secundum & cum amicitia, vel co-capientia, sed aequalitas Dei est bonum quoddam amabile, & delectabile, ergo &c. Respondent alii qui Thomistam, ens incompletum, et sic non esse concupisibile, Non valet, nam omne ens etiam incompletum est realiter bonum, ergo omne ens est amabile, vel concupisibile propter se, vel propter aliud explicitè, vel implicitè, aequalitas Dei potuit apprehendi ab Angelo absolute ut quoddam bonum amabile, vel concupisibile, ergo voluntas eius potuit illam concupiscere per modum delectabilis. Respondent alii. Creaturam esse Deo aequalem, nullum est ens, cum implicet contradictionem, ideoque nec est obiectum intellectus, nec voluntaris. Contra, D. Aug. ait; Si ego esses Deus, mallem te, quem me esse Deum. Hicactus simpliciter cōplacentia, & velletatis fuit circa impossibile, & implicantius, & meritarius, quomodo ergo non potest apprehendi, & appeti impossibile? sola voluntio efficax est respectu verè possibiliū, inefficax autem potest esse etiam impossibilium. Pr. 2. ex paritate deducta de impossibili ex suppositione, si n. hoc impossibile potest esse obiectum velletatis, ut iam dicitur, poterit etiam impossibile simpliciter, & absolute esse quoque obiectum velletatis, tam n. ex uno, quam ex altero à parte rei contradictione sequuntur, si dantur; patet hoc alium;

desumptum, quando m. peccator dolet de peccatis commissis, & vel let ipsa non suisse ab eo patrata. Et commissa, iam hoc includit contradictionem, quia ad præteritam non datur potentia. Ratio huius est, quia sicur malum offensum ab intellectu sub ratione malorum adhuc est potest obiectum voluntatis, & amoris, quare et ex sua libertate voluntas applicando tali obiecto bonitatem aliiunde desumpta, potest illud præstituere sibi tanquam finem, & appetiari veluti bonum. Ut cum subtiliss. diximus in Phys. disp. 10. art. 2. ita in proposito potest voluntas ex sua libertate tendere in impossibile offensum ab intellectu sub ratione impossibilis præstituendo illud sibi sub ratione possibilis, illudque appetiendo & ut possibiliter, applicando ei possibiliteratem aliiunde desumptam.

Ob. præcipuum fundamentum Thomistarum: Impossibile cognitum ut tale, nec est ens reale in se, neque patet tale, ergo non est bonum, nec reale, nec apparet, ac proxime nec volitabile, cum sit extra sphaeram primi obiecti voluntatis. Rz. neg. conseq. siquidem præter bonum retum, vel apparet, continentendum est bonum a voluntate præfixum; atque id est non tenet voluntas omnino extra sphaeram sui obiecti &c. Neque equalitas Dei sunt impossibile cognitus, cum revera detur litter personas Diuinis &c.

Dubitatur adhuc an bonum, quod est formale, & adequatum obiectu-

voluntatis sit idem cum fine affectu, manifestum Thomista cum D. Tho. 1. 3. q. p. art. 1. quodrum fundamentum est, quia putant nullum intermedio propriam bonitatem distinctam a bonitate suis repetiri, sed voluntate media præcisus dicitur bona, per dicti nominationem extrinsecum a bonitate suis, & quia bonitatem medietur, ac proxime medium, ut tamen non comprehendendi sub obiecto formalis voluntatis, sed esse obiectum ducentur materialiter, ac patet, ceterum tantum amoris in virtute finis cui opinioni ex nostris aliqui Scotisti adherent, & præseptim Cauchellus disp. 3. de An. sec. 12. nro. 8.

Subtiliss. autem est contraria sententia in 1. d. 1. q. 3. art. 1. clare docet voluntate veritatem circa finem, quam circa media ad ipsum ordinata; & quolib. 8. 5. art. 11. T. media attribuit propria distincta bonitatem a bonitate finis, quauis ab eo participata, ac dependentem. & in 3. sent. 4. 3. 4. q. vn. S. His suppositis Scotisti. I. assertur quod bonum vale, que est bonitas mediiorum, sic aliquod modo voluntatis motuum, et non primi, & principaliter, ut suis bonum honestum, & delectabile, quod est proprium finis, ergo insent. Scotti non solum finis, sed etiam media sub obiecto formalis voluntatis continentur, quem sequuntur Scotisti ut videtur est apud Fabri disp. 9. de punit. cap. 8. Vulp. tom. 2. p. 2. Mast., & Bull. & alios, quibus etiam complures ex Neutencis adharent, ut Hunc. disp. 1. 3. de

de An. sec. 4. Arriag. disp. 8. Phys. nū. 49. Valq. Salas, & Alij. qui trahunt medijs bonitatem intrinsecam distinctam à bonitate finis. Attamen si Thomistæ cùm dicunt, media non esse obiecta voluntatis, nisi materialia, terminativa, & per accidens, per hoc innuere voluntate mediorū nō esse bonitatē ppter se, & ultimā intentam, sed ad aliud ordinatam, & a fine dependentem tanquam à primario motu, & principaliter intento, cessat his inter Thomistas, & Scotistæ, nos. n. etiam hoc fatemur; Si verò à medijs excludere intendunt omnem protulū bonitatem, & solum eis competere pet solam extrinsecā denominationē bonitatis à bonitate finis deriuatam, ut sensus Thomitarum videtur, sic controversia est de re, & acquiscere nolumus, sed contendimus media habere utilitatem eis intrinsecam ad finis consecutionem, & à propria eorum natura, non ab extrinseco à finis bonitate; & ita facile probatur.

Deambulatio dicitur utilis ad excitandum calorem, at talē utilitate non mendicatur à calore ipso, sed hanc habet ex ipsa membrorum agitatione. Medicina est utilis ad sanitatem, sed non constituitur talis per sanitatem ipsam, sed virtute simplicium, & rerum ingredientium, & sic de alijs. Ratio huius est, quia utilitas mediorum est velutī virtus causatiua talis effectus v.g. caloris, sanitatis ducitur.

et: virtus autem causatiua non mendicatur ab ipso effectu in causa, sed potius ipsum effectum antecedit; Si ergo utilitas mediorum est virtus causatiua finis in esse reali ex propria natura, & conditione, talis erit etiam bona. Tum quia experimur ad consecutionē alieuius finis magis unum mediū, quam aliud conducere, & potius hoc eligi nūs, quā illud, ergo eorum utilitas non desumitur totaliter à fine, quia cùm hic sit unus, & idem, & immutatus, eadem quoque utilitas in media redundaret. Remaneat igitur statuendum reperire etiam in medijs aliquam intrinsecam bonitatem, ratione cuius amantur, quamvis in ordine ad finem, ac consequenter non tantum finem, sed etiam media ad formale obiectum voluntatis pertinere, licet obiectum formale principale, ac primò motiuū sit solus finis.

Dices, cessante amore finis, cessat amor mediorum, hoc autem non esset, si haberent aliam bonitatem distinctam à bonitate finis.

Ex. quod media sunt in utilia sublatō fine, non quia inobatam efficitur, & sanitatem amittant, mens, & sanitatem amittant, medicina n. eamdem retinet virtutē sanitatis operatiuam ante, & post infirmitatem, sed solum in eo lenitudo inutilia, quia non amplius amantur, cum eorum amor penitus ab amore finis pendeat, sed quia non amantur propriam bonitatem, ideo nihil contra nos debet.

Dubitatur tandem, an adēquatum voluntatis obiectum sic bonū, quod rationem habeat finis, vel medijs, an etiam versari possit circa bonum à ratione veriusq. præscindens actu quodam neutrò, & veluti medio inter intentionem, & electionem. Negant aliqui cum Caet. p. 2. q. 8. Medina, Valsq. Salas, & alij, aurumātes omnem voluntatis actū esse bonū, aut propter se, aut propter aliud appetibile, ac proinde vel finis, vel mediorum.

Scot. in 1. d. 1. q. 3. §. Quantum ad primum &c. est ad oppositū, quē sequuntur Scotistæ, Faber in 1. sent. disp. 12. cap. 2. Vulp. tom 2. p. 2. disp. 59. art. 3., Mast. & Bell. hic, & alij cui etiā adhærent Ochā cum suis, & quamplures Recen- tiores, & reliquæ aliorum rationibus præstat potius cūm Subtiliss. discurrens, qui loc. cit. probat volūtatem posse amare aliquod obiectum præscindendo non solum à rationibus finis, & medijs, vt alii qui volunt, sed etiam à rationibus propter se, & propter aliud. Pr. potest volūtas tendere in obiectū, vt sibi proponitur ab intellectu, sed intellectus potest ei ostendere aliquod bonum apprehensum sub ratione boni præcisè, præscinden- do à ratione appetibili propter se, & propter aliud, ergo volūtas potest ferri in tale obiectum sub tali præcīta ratione boni, & sic actus hic erit neuter, quia nec est finis, nec medijs, nec obiecti appetibilis

propter se, nec propter aliud. Ma- est euidens, appetitus .n. sequitur obiectum apprehensum à potētiā cognitiua. Mi. probari potest ea- dem ratione, qua Doct. in 1. d. 3. q. 2. probat vniuocationem entis, potest .n. intellectus esse certus de aliquo obiecto, quod sic bonum, & dubitate an sit bonum propter se, vel propter aliud, ergo volūtas poterit in tale obiectum ferti sub tali præcīta ratione boni, ac proinde actus ille erit neuter, quia nec est finis, nec medijs, nec obiecti appetibilis propter se, vel propter aliud.

Caiet. resp. argumentum pro- bate solum posse dari in volunta- te actum neutrum, qui nec sit fi- nis, nec medijs in actu signato, non tamen in actu exercito; cuius ra- tio est, quia sicut potest intellectus reprezentare aliquod bonum ab- solutè abstrahendo à propter se, & propter aliud, ita voluntas potest obiectum illud acceptare sub tali ratione, non elicitiè attingendo rationem propter se, & propter aliud; sed sicut per intellectum re- prezentari non potest aliq. obie- ctum, quod à parte rei, & in esse exercito non sit aut propter se, aut propter aliud appetibile, ita né- quid à voluntate amari. Sed hac solutio non est ad rem, quia nos etiam concedimus non poss: dati actum in volūtate, qui non ver- setur circa finem, vel circa media saltem materialiter, si quidem om- ne bonum à parte rei, vel sit prop- ter

per se, vel propter aliud; si propter nestum, vel delectabile; si vele per-
ter se, potest habere ratione finis, tunc ad mediā, si honestum, & de-
si propter aliud, potest habere ra-
lestable ad finem, ac proinde oal-
tionem mediū, & sic in actu exer-
nis voluntatis affectus vel est finis,
cito concedimus in hoc sensu nol-
lum dari actum neutrūm; dissimilat-
vel mediorum ad finem. sc. ad 1.
an. l. dari possit actus voluntatis affectus vel est finis,
qui aliquid obiectū attingat sub actus neuter. Ad alium cum ratio-
ratione præcisè, non descendendo ne annexom, concedimus non dari
ad particulares rationes finis, & medium inter bonum propter se,
medij, sed ab eis prossus præscin-
dendo, vel ob suam libertatem, vel
ob inadæquatā intellectus appre-
hensionem, quod Subtiliss. conce-
dit esse possibile. Caet. verò se-
gat. Probat vicerius Doct. posse
voluntatem actum neutrūm habe-
re, ne dum ex inadæquata intelle-
ctus apprehensione, ut præcedēt rei;
argumentum probabat, sed etiam test, siquidem omne ens, vel ex
sua libertate, casu quo ab intel-
lectu ostenderetur obiectum etiā
sub rationibus specialibus amabi-
lis propter se, vel propter aliud; aliquo istorum cadit, & tamen ons
& ratio est, quia præsertim in via in communī apud intellectum in-
voluntas à nullo obiecto necessi-
tatur, vndē sicut in eius potestate bus his præscindit. Aliud est igitur
est velle, & non velle bonum, ita loqui de obiectis ut sive à parte rei,
in eius potestate est sic, vel non sic: aliud ut sunt in intellectu, & volu-
telle, referendo, vel non referen-
do vount ad aliud, ergo ex sua li-
bertate potest ab illis rationibus
præscindere.

Dices, Arist. 3. Eth. cap. 1. & 1. rei talia sunt, non autem formaliter.
Ethic. cap. 7. bona tantum admittit, que vel propter se amantur, Ob. Intellectus assentitur obie-
ctui, que vel propter se amantur, vel propter aliud, cui etiam fauet & vero, vel propter se, cuiusmodi
ratio. siquidem omne bonū, quod est principium, vel propter aliud,
appetit voluntas, vel est virtus, vel res, sicut est conclusio, ergo pariter vo-

luntas amando obiectum, vel amat, quia sent. citantur D. Bonav. tom. illud propter se irreferibiliter ad 2. opusc. tract. de mystica Theolo. aliud, vel amat illud propter aliud. q. vn. in fine, & in Itinerario. & negando paritatem, & ratio est, anima cap. 7. Carthusianus lib. de qua intellectus est potentia naturae laudibus vita solitaris art. 36. Falso, & ab obiecto necessitatibus ad alterum disp. 9. de Penit. nu. 371. Gess. etiam assensum praestandum, quia & alij, qui voluerunt in via vnitatis, ex propria natura sua possit, voluntate per amorem ardere in Deum, at voluntas est potentia libera, quae absq. cognitione, licet ab initio proinde amare potest, & non amat, indigent voluntas praevia obiectum, non quantum possit, cognitione, ut excitetur, & operari amari, sed ad libitum, quantum incipiat. Media tandem sent. affir- vult ipsa amare, in cuius a. potest naturaliter loquendo semper, state est amare, est etiam & modus voluntatem praevia obiecti cogni- tione indigere, supernaturaliter, tamen posse oppositum fieri, ita ex

ARTICVLVS NONVS.

An vs voluntas operetur, necessaria-
rio præquiras, cogni-
tionem.

SCor. dubium hoc resolutum in 1. hærent sent. docentes, nec natura-
lit, nec supernaturaliter posse
sit. Dicendum est quod nescire est ad a-
thum amandi, amatum esse propaginatum. obiecti cognitione, & propositione
hoc dicit Beatus Aug. 15. de Trinitate, ne, quibus ego bona pace non sub-
cap. 37. Idemque asserit d. 12. §. scribo, immo puto, eamdem esse sen-
tientiam ad istum articulum &c. Tres tentiam cum illa D. Bonav. & se-
sent circa hanc contraversiam sen-
tientie, due extrema, & una media. nio non negat absolute posse volu-
Prima extrema, & valde communis tatem sine prævia obiecti proposi-
tio, quod nec etiam per potentiam tione operari, sed solum post præ-
Dei absolutam fieri potest, ut volu- uiam obiecti cognitionem, qua-
tas in incognitum feratur, ita D. vnluntas excitatur, & iam opera-
Tho. 1. a. q. 9. art. 1. Aversa qu. ri incepit, non amplius actuali co-
58. sec. 7. Arriag. disp. 7. de An. gnitione indigere, quæ sent. miki sec. 4. subsec. 1. Valsq. Hurt. & Alij. videtur rationabilissima, & vera;
Alia extrema asserit quod nedum Nec rationes, quæ pro prima opi-
per potentiam supernaturalem po- nione afferuntur plus conuincere-
cessit oppositum fieri, sed naturali- videntur, nisi quod voluntas, &
ter quod aliquando evenerit, pro qualibet potentia appetitiva ope-

ari nos potest sine prævia cognitione, quod verum est, & nos etiam faciemur non tamē probant, quod habita iam de obiecto cognitione, non possit voluntas circa idem obiectum suam operationem exercere; & continuare sine actuali cognitione, & Pr. eodem medio, quo relati DD. suam probat opinionem. Ideo cognitionis est necessaria voluntati, ut ea mediante fiat obiectum ei vitaliter præsens, ergo cum nulla potentia vitalis sine obiecto sufficienter præsenti valeat operari, sequitur evidenter voluntari operari non posse absque tali prævia obiecti cognitione indespensabiliter etiam per potentiam Dei absolutam. Hoc argumentum potius confirmat, quam secundam intrigit sententia, quia hæc iam supponit obiectum debitè vitaliter præsentatum per præviā cognitionem, qua voluntas excitatur, & operari incipit, & hoc sufficere videtur ad voluntatem, ut suas operationes, & functiones continueret absque advertētia ad intellectum, & cognitionem.

Pr. 2. auth. D. Dionisij 7. de diuinis nominibus, & cap. 1. de Misticā Theologia, vbi docet, tunc p̄f̄ & illimē hominē coniugi Deo, quando relata cognitione corporalium, & spiritualium ei vniuersit. Respondent Doctores pro prima sententia, quod in quavis excessu extasi interuenient cognitionis Dei, alioquin nescirent viri Sancti an-

bona venia raptorum Doctorum, Vnde hæc sequela? Si in illa extasi, & amore Dei excitati fuerunt ab intellectu ad amandum Deum, & operari circa Deum cœperunt, quomodo nesciunt an Deum, vel lapidem amant? Subdunt, videntur Sancti sibi illa cognitione carere, quia eam tune non animaduertunt, magis occupati in Dei amore, quem in eius contemplatione. bene, Sed si Sancti in amore Dei occupati illum cognitionem non aduertunt, vnde ipsi sciunt, tunc voluntatem in actuali notitia permanere? Id est videtur in casu non aduertere ad cognitionem, ac eam actualiter non habere, sed solam in habitu, quantum obiectum iam præcognitum fuit, & ab intellectu ostensum.

Ob. ex Doct. loc. cit. vbi ex intrinseco, & essentiali ordine harum potentiarum ad inuicem docet voluntatem non posse circa aliquod obiectum exire in actu secundū, nisi prius circa illud idem obiectum intellectus in actu exierit. Et hoc iam nos admittere, non posse voluntatem operari, nisi prius ab intellectu illustretur, & excitetur ad obiectum amandum, sed facta deinde tali excitatione, & voluntas iam amare incipit, quid obstat quoniam amare profequatur absq. cœtinuata actuali cognitione?

Ob. Auth. D. Aug. pluries à Subtiliſ. citat. expressius lib. 8. de Trinit. cap. 4. & lib. 3. de lib. arb. cap. 25. à quo ad agium illud inolevum Nihil volitum, quin præcognitum.

Nec

Nec dicas (siunt) initio amoris necessarium esse obiecti cognitionem, non autem in eiusdem amoris continuatione, quia eadem ratione, qua amor infieri indigeret prævia obiecti cognitione, indigeret quoq. in conseruari. *P. neg. cōseq.* nec aliud colligitur ex adagio D. Aug. nisi quod cum voluntas sit potentia circa indigeret necessarium illa prævia cognitione ad operandum, non autem perenni continuacione, quæ ex nullo capite deducit potest; nec rationes ibi adductæ aliud probant, quād voluntas ferre nō potest in incogitatum, quod sent. nostræ non aduersatur, & dependentia illa amoris à notitia intellectus bene saluatur per illum, quam ab initio recepit, & permanet in habito, vel ad summum confuso modo.

Ob. Producio, & conseruatio ex diis in Phisi. eamdem dicunt dependentiam ad agens, & nō differunt, nisi penes cognoscendam. *P. quādo actio permanet, & conseruat, est eadem realiter, at non sequitur, quod illa actio nō possit corrūpi, & appetitus, q. vt distincta potentia nō possit suū exercitium sequi, & operationē, quæ realiter à cognitione distinguitur; & hoc evidenter ostenditur in casu, quo voluntas imperat intellectui, vt ad aliud obiectum representandum diuertatur, tunc n. non est a. Quod is notitia talis obiecti, quia si ad esser, q. non esset necessarium, tali imperium, & tamen voluntas.*

ad tale obiectum habet affectum. Ob. Quantò aliqd attentius cogitatur, tantò magis amatur, & quantò magis intellectus distractetur, tanto amor minuitur. Signum quod voluntas non potest sine actuali cognitione ferri in obiectu. *P. neg. assumptum, & maximè ex nostris principijs, si. n. voluntas potest ex obiectis representatis minus bonum eligere, relictio meliori ex illo dicto Ouidij: Videa maliora, pro, boque deteriora sequor, ergo fallitur regula illa, quod aliquid quod attentius cogitatur, vel representatur, tantò magis amatur; neq. voluntas per nos necessarij regulatur à iudicio pratico, sed potest illud nō sequi; inde bene colligunt contemplati in Dei amore, & vehementi extasi, intellectus speculatione potius impedire, quam adiuuare, & exercitium amoris circa obiectum amabile iuxta illud agagium: Pluribus intentus, minor est ad singula sensus. Patet etiam hoc experientia, multi. n. sunt viri doctissimi, & Philosophi, & Theologi, qui bene, & optimè sentiunt, & discurrunt de Deo, & de eius amabilitate, qui tamen potest in exercitio, & affectu amoris à multis indoctis, idiotis, & simplicibus superantur, ergo non semper est vera illa regula, q. quādo aliquid attentius cogitatur, & cognoscitur, tantò magis amatur &c. & ita etiam sentire viderur D. Dionis. 7. de Diuinis Nominib. & cap. 1. de misticâ Theologia. Dices, Voluntas est potentia circa,*

cæcā, ergo non potest amare actū, nisi actū intelligat. *gr. neg. cōseq.* de cognitione aequali, & distincta sed sufficiet habitualis, & p̄ preceſſerit, & probari etiam posset crāſa mineraꝝ de Berta *cæca*, quæ li- cēt ad edendum, aliquo indigeat, qui ei panem porrigit, cūm tamen nō manibus habet, & iam possideret, nō alio pro exercitio edendi indiget. Tum quia cognitionē obiectū respectu voluntatis interuenit tan- tum ut conditio applicans obiectū potētiæ, ut se habet in causis phy- ſici approximatio, & probabilitus Bell. & Maltr. defendant, aſseren- tes voluntatem esse causam totalē sui actū, cognitionē verò obiectū non concurrere, niſi ut conditio- nem necessariam, at iam per pri- mā notitiam fuit debitè obiectū voluntati applicatum, & approxi- matum, ut in exercitium suū pro- deat, nihil igitur aliquid requiri- tur cūm iam in potestate sua sit il- lud obiectū amare, vel respurre.

Dubitari hic solet de causalita- te, quam obiectū cognitum, vel eius cognitionē exerceat ad actū voluntatis. & tres referuntur opi- niones, duę extrema, & una media. Prima extrema affirmat obiectū cognitum, vel eius cognitionem concurrere ad actū voluntatis in genere causæ efficientis, eumque totaliter pr̄ducere, ita quod volun- tas met̄e passiuē se habeat. quæ o- pinio apud Subtiliss. in 2 d 25. tri- buitur Gotsredo, & quibusdā alijs. Alia extrema docet folūm volun-

tatem esse causam totalē sui actū; obiectum verò cognitum, vel eius cognitionem non cōcurrere in ge- nere causæ efficientis, sed in ge- nere causæ finalis, vel formalis, quā Scot. loc. innuit, & communitec Scotistæ sequuntur, ut videre est ap- pud Regentes Parisi. Cauell. Fabr. & alios, & ex exteris amplectūtis exīa Valsq. Hurt. Averro. Onophe. & alij. Media sententia aſſerit, auctū voluntatis produci in genere cause efficientis partim ab obiecto co- gnito, partim ab ipsa voluntate, ita ut ex utroq. constituatur integra causa actū voluntatis, pro qua citantur Ocham, Greg. Durandus, & alij.

Et quidem quod ad primam par- tem esse fallam evidenter ostendit Scot. loc. cit. in corpore, & in 4.d. 49. lit. M. & iam probatum rema- net ex diſcis, anoth. tūm script. tū SS. PP. tam rationibus, fallum no- est voluntatem passiuē se habere &c. Valde tamen probabile esse, quod ipsa obiectū cognitionē cōcur- rat ad actū voluntatis in genere causæ efficientis minus principi- alis, voluntas verò ut causa principi- alior, quia sic loquendo maior seruatur proportio inter intelle- ctū, & voluntatem circa propriū obiectū, & in hanc partē Doct. inclinare videtur in 2. cit. vbi solū probat, quod obiectū, vel eius cognitionē non sic causa totalis volun- tas, nunquam autem negat, q̄ si causa partialis; imo in 4.d. 49. q. 4. M. id aſſerit expreſſe, qua- ratiō-

ratione id etiam tenet. Vulp. tom. 2. p. 2. disp. 6. art. 1. de mente Subtiliss. cū Hiribar. & aliquibus Scotistis. Satis etiam probabile est voluntatem esse causam totalem efficientem suorum actuum, & obiectum cognitum, vel eius cognitionē non cōcurrere, nisi in genere cause finalis, vel formalis extrinsecas, & ratio deducitur ex Arist. 3. de An. § 4. vbi ait: appetibile, seu bonum, apprehensum mouere appetitum per modum finis, motio autem finis non est physica, & realis, sed metaphorica, & intentionalis; vt Scot. docet in 2. d. 25. cit. ad p. Princ. & nos attulimus in Phys. Tum quia bonum non est obiectū voluntatis secundum esse quod habet à parte rei, sed secundum esse cognitum, & apprehensum, quod est esse secundum quid, & intentionale, non physican, & reale, quale deberet esse, vt causa volitionis esse in genere cause efficientis. Tum quia cognitio obiecti respectu voluntatis interuenit tantum, vt cōditio applicans obiectum poterit, & se habet vt in causis physicis approximatio cause ad passum, quae est pura conditio, ac preinde non bene videtur ipsam ponit formalē rationē motiuam, & causam physicam in effectum influentem. Probabilius ergo determinandum videtur, φ voluntas sic totalis causa sui actus efficienter, obiectum vero apprehensum non concurrere, nisi in genere cause finalis, quare

sam, voluntas ad actum mouetur, & cognitionem obiecti cōcurrere, velut conditionem, ita Mastr. & Bell. loc. cit. qui benè, & eruditè hoc dubium problematicè examinant.

Vltimum dubium in hac materia est, an possit obiectum ita ab intellectu proponi, vt necessariò voluntatem moueat; & Thomist. omnes cum D. Tho. p. 2. q. 82. art. 2. & Scotistæ cum Doct. in t. d. 1. q. 4. & in 4. d. 29. §. 43 questionem. &c. & quolib. 16. atr. 1. affirmant nullum obiectū in via quomodo, cūq. proponatur posse necessitare voluntatem quod ad exercitiū, bene, tamen quod ad specificationem. Pr. de primo, quia nullum bonum pro statu isto ita proponitur, vt intellectus nequeat in eo aliquam rationem mali invenire, vel saltem in exercitiō amoris eius, molestiæ V. g. fatigationis &c. qua ratione potest voluntas ab eius amore cessare, vel abstinere absolute ab eo eliciendo, sed hęc ratio mihi non placet, nam positis illis casibus non proponitur obiectum undequaq. bonum, & ideo mirum nō est si voluntas illud respuat. Melius ergo dicendum est, quod quando etiam in obiecto nulla ostenderetur malitia, adhuc posset voluntas suspēdere actum, sicut n. bonum non necessitat ad amorem eliciendum, ita neque ad eum continuandum, eadem que est ratio de malo, quia sicut obiectum malum voluntatem non necessitat ad eliciendum actū, odij,

odij, ita nēque ad continuandum, & sic potest voluntas ad libitum cessare ab amore boni, & odio malii, cuius ratio pendet ex supradictis in explicacione libertatis exercitij.

Quā ad aliam partem de libertate specificationis est etiam sententia communis, & patet quoque ex dictis, determinauimus .n. obiectū voluntatis quōd ad actum amoris, & prosecutionis esse bonum sub ratione boni, quōd verò ad actum odij, & auersionis esse malū sub ratione mali, vndè si voluntas circa bonum sic ostensum aliquem actu elicere velit, & nō prorsus ostiari, elicere tenetur actu amoris, nec potest actu odij habere, quōd est necessitari quōd ad specificationem. Sicut è contra, si vult operari circa malum ut sic ostensum nequit, nisi actu odij, & fuge exercere.

Sed maior difficultas est de obiecto beatifico, & ultimo fine in patria clarè viso, au etiā quōd ad exercitium voluntatem ad amorē necessitatē, affirmat D.Tho. cum suis, quibus etiam ex nostris adharet Faber in 1. disp. 14. q. 4. cap. 3. vbi amori Beatorum libertatem etiam contradictionis aufert, & solam libertatem essentialem indulgens. Non placet Scotistis quos sequuntur Nominales, ex Subtiliss. loc. cit. Fundamentum est, quia Deus ad extra contingenter agit, ac proinde nec in ratione obiecti beatifici voluntatem necessitatē patet, & ad amorē rapere, & eius

intrinseca indifferentia priuare, quam ad agendum, & non agendum habet circa quodcumque obiectū. Quod si dicas, estò Deus ad extra agat contingenter physicè, moraliter tamen, & metaphorice per operem bonitatis sue infinitam accessus, sicut voluntatem mouet, quando est clarè visus. Non valet, obiectū .n. beatificum non tantum moraliter, sed etiam physicè ad fructuonem beatam concurrit. Neq. etiā valet aliquorum responsio, voluntatem ex parte obiecti beatificè necessitari, eo quia ad illud obiectum est sumē inclinata, circa quod tanto impetu complacentiz in illo rapiatur, ut omnem libertatem admittat. Non placet nam quāvis voluntas ut natura est, sic suam est ad bonum summum propensa, ut tamen potentia libera est, liberè ad quodcumque obiectum tendit libertate saltē exercitij, & patet ex dictis, licet .n. libertas specificationis ita pendeat ab obiecto, quā si est conueniens, terminare nec querat, nisi actu amoris, & si est disconueniens, non nisi actu odij, & consequenter voluntas quōd ad hanc libertatem possit ab obiecto sic, vel sic proposito, necessitari, libertas tamē exercitij se teneret totaliter ex parte principi operantis praescindendo ab eo, quōd obiectū sit bonum, vel malum. & hoc citius innuere voluit Caiet. p.p q. 82. art. 2. Bannez ibidem, Ioan. de S. Tho. 3. de An. q. 12. art. 4. & patet, & ad amorē rapere, & eius

voluntas beata in patria necessitate quae ad exercitiorum, talis tamē necessitas non probemus fortissitor ab obiecto, ut obiectum est, sed ex ipsius dispositione potentis circa rebus obiectum. Sed qualis deiadeficitate dispositio, scid. Thomista expounit, sed nullus nichil. Subtilissimo, qui in q. d. 49. q. 8. docet esse, quia Divina voluntas concurreat cum creata ad fruitionem concursum determinato ad agendum, non habens conculum paratum ad oppositionem, in quo potius denegatam; et proinde talis necessitas prouedit ab extrinseco. Et ex defectu eius cursus parati, & indifferentis ad verum liber, qui non voluit intrinsecam voluntatis libertatem, que est ab eo omnino inseparabilis, sed solum libertatis usus, & consequenter Beatus frater necessario eti- mo fine clare vult, necessitate proueniente ab extrinseco. Et haec latitudo pro quanto spectant ad Physicū, optera potius ad Moralem spectant, & ex nostris videri poterant, Hinc bar tract. de scib. humanis disp. 4. sec. 5. & Mastr. tom. 2. sent. disp. 5.

ARTICULUS DECIMVS.

De intentione, & electione.

SCOT. in 2. d. 6. q. 2. §. in ista que-
stione Et. lit. A. doceat, duplice esse ultimum voluntatis. s. vult, & volles, nolle. n. est actus positius voluntatis, quo fugit disconueniens, sicut reficit ab obiecto disconveniente, velle est actus, quo acceptat obiectum aliquod conueniens, Et est ulterius duplex velle, quod potest dominari amicitie, & concupiscentie,

Et dictatur velle amicitie effrisitus. obiecto, cui velo bonum; & velle concupiscentiae effrisitus obiecto, quod velo aliud alij amaro &c. Item quod bonum sic triplex. s. honestum, delectabile, & utile; in prima, & secunda accepione habet ratione finis, intentia re- & habet ratione modi, quia conser- datur ut bonum idoneum per con- & in eodem 2. d. 38. sistere, quodd intentio, & electio sunt actus voluntatis. Sed his est, an intentio finis, & electio mediorum sim distinguuntur actus voluntatis, an potius sint unus, & idem actus, ita ut quadam tendit ad finem dicatur intentio, quartam vero tendit ad media dicatur electio, & tres recensentur opiniones, duas extre- mas, & una media. Prima excedens assertit intentionem, & electionem esse diuersos actus realiter distin- gulos tendentes ad obiecta diversa, ita Gregor. Marsil. Vasq. & ex no- stris Vulp. tom. 2. p. 2. disp. 39. art. 2. vlt., & alij. Alia extrema affirmit esse tantum unum, & eundem actu, qui dicatur intentio in ordine ad finem, electio vero in ordine ad media, pro qua canticur D. Bonav. D. Tho. Ricard. Ocham. Caiet. & ex nostris Cauell. disp. 3. de An. sec. 1. 2. num 9. & alij. Media sent. docet intentionem, & electionem aliquando esse unum, & eundem actum realiter, & formaliter, quā- dumque vero diuersos, & realiter di- fuscatos, & hanc ut probabilitatem amplectuntur hic Mastr. & Bell. quidus erit ego adhuc & col- ligi-

igitur ex dicti loc. p. i. in a. d. 282
in corpore quesiti, ubi versuq; pro-
babile patet, & ecclie posse cuncte ac-
tuos, & disertum, quæ dicendi mo-
da consequuntur. Bostol. in s. d. 28. q.
vo. art. 3. Hirib. disp. 17. de astribus
manis sec. 3. Gabriel. Bocan. & alijs.
Quæ intentionis ita p. & declaran-
tes. Potest intentionem finem respic-
te tripliciter. Primo in ratione ob-
iecti, & boni per se, & propter se
amabilis, non autem ut est ratio
volendi media, & prout causalita-
tem finali eire ea exercet; Secun-
do finē respicere potest, ut acqui-
rendum per huc, & illa media in-
determinatè tamen accepta, & ve-
luti sub disiunctione, ut si quis di-
cat, volo Romanos pergere, vel na-
vigando, vel equirando, vel pedi-
tando; Tertio tandem potest respi-
cere finem, ut per media decreta-
ta acquirendum, ut si dicatur, volo
Romano ire peditando. Si inten-
tio primo modo contingat, realiter
ab electione distinguitur, quia ra-
lis actus elicitoria medijs prorsus
persecindens, ita addunt Bell., &
Magir. talis actus non est propriè
intentio, nam hæc necessariò vo-
luntatem continet inediorem, sal-
tem virtualiter, sed potius est sim-
plex quadam complacentia finis
absolutè considerata, ut bonū quod
dam est per se amabile, & propter
se volibile. Si vero intentione secun-
do modo tenuerit, ut i. respicit fi-
nem acquirendum per huc, vel alia
media indeterminatè, sic quoq; di-
stinguitur ab electione, per quam

postea vult media determinatè, q.
ut in actua loquuntur facta consulta-
tione de modijs. Si denique voluntas
velit finem per media determina-
tara, tunc nullo modo videtur ne-
cessarium ad finem intentionis diuersū
esse ab actu electionis; Raret, duar.
a. in calu calu ait, volo Romā ire
pedester, non videtur nisi unicus
actus intervenire tendens in obie-
ctum intentionis, ac etiam simul
electionis, nec ex aliquo capite se
pugnantia assignari potest. Quod,
si dicant, repugnare, quia unicus
actus non potest plura attingere
objecta, sed in calu esset plura ob-
jecta, nam unum esset finis, aliosq;
medium ad finem, non valeat; Si
quidem hoc solus verū est de ob-
iectis disparatis, non autem de in-
viciem subordinatis, ut sunt i. pro-
posito finis, & medium. Tuor quia
est ad usum i. dico, tenderet ob-
iecta, hæc tamen non essent amba
primaria, sed unum primarium i.
finis; alerum vero secundarium de-
pendit, iuxta igitur varios casus
potest; presentio ab electione distin-
guiri, & non distinguiri.

Dices, Intentio finis est causa
electionis mediorum, ergo tempore
distinguuntur realiter, conseq. pat-
ter, quia idem non potest, ut ipsius
causare, assumptum p. hoja, nec
ratio, ut media amittatur, ergo ut
maxima scilicet causa mortis medi-
orum, & consequence intentione elec-
tionem causatur, assumptum esse
se rerum, quando intentione condic-
io finem, scilicet mortis, esse, tri-

solutum, & de obiectis disparatis, non de obiectis subordinatis, ut sicut in proposito finis, & medium, & de actibus collatiis, de quorum numero est hic actus, quo sit comparatio unius ad alterum, immo de ratione actus collatiui est, quod ab extrema attingat per ipsum actum collata; vel verum est, quando finis acquirendus est per media indeterminata, quia tunc talis intentio præcedens est causa electionis medij determinati, facta consultaione; at quando intentio finis respicit etiam medium determinatum, enoc appetitio finis non est causa appetitionis medij, sed bonitas finis mouet, & medium eundem actu terminat. Ad probationem negatur consequentia, & ratio est, quia aliud est finis motere voluntate ad volendum media; aliud, quod media sic volita à volitate per distinctum actum ab amore finis sine volita, primum semper est verum, non tamen semper secundum.

Ob. adhuc aliquando electione est bona, & intentio mala, ut cù quis vult dare elemosinam ob vanam gloriam, ergo non possunt esse venus, & idem actus. p. cum Morab. quod in eo casu veraq. mala est. L. tam intentio, quam electione, intentio n. mala ex genere suo electionem bonam vicit, & detur pat. Instabili tandem finis, & media sunt diversa obiecta formalia, ergo & distincti actus, patet conseq. actus n. distinguuntur per obiecta, p. cum Bonol. negando ab-

solite assumptum, licet in finis, & medium propriam, & iactu secundum bonitatem in suo ordine habeant, adhuc tamen solus finis est obiectum primarium, medium vero secundarium, bonitas n. istius est omnino bonitati illius subordinata, & siue finis motione impossibile est in nobis amorem excitari, qua ratione dicitur motuum formale, & specificativum, medium vero dicitur materiale, & terminativum. Quando etiam dicitur, quod idem actus non potest esse dependens, & independens, relatus, & non relatus, sed actus electionis est dependens ab actu intentionis, & ad finem relatus, ergo &c. p. quod licet actus electionis semper sit dependens, & relatus, non tamen semper oportet, ut referatur, & dependeat ab actu intentionis, sed satis erit, quod immediatè ad ipsam bonitatem finis referatur, & ab ipsa depedeat, absq. multiplicatione noui actus.

ARTICVLVS VNDECIMVS.

De Imperio.

Sed de hac nobilissima operatione plures differit, ut videre est in 2.d.6.q.1. & d. 38. & in 3.d. 30.art. 2. & quol. 17.art. 2. & clarior in 4.d. 14.q.2.art. 1. & d. 49.q. 4. S. Tertiū medium &c. quæ ut exadius explicetur in duo dubia resoluere statuimus, quorum primū est, an Imperium sit actus intellectus, an potius actus voluntatis? Diuus Tho. est pro intellectu, ita 1.2.q. 17.art. 1. quem eius discipuli sequuntur, Caiet. Medina, &

ex Re:

ex Recentioribus Valsq; Lorca, & teatariis, quia omnes alias mouet secundum imperium suum. Pr. alij. Scot. verò ex opposito stat pro voluntate, quem sui sequitur: Faber disp. 9. de penit. cap. 9. Vulp. ratione: Illa potentia imperat, cui ceteræ potentias obediunt, sed voluntati ceteræ potentias obediunt, etiam intellectus, ergo &c. major est certa, mi. Pr. experientia, ex totis actibus, & certaminib; quæ in oratione, & recitatione D. officij patimur, vbi ex varia intellectus distinctione ad plura, & diversa objecta discurrant, tedio affecta voluntas, illum reprimere conatur, imperans, ut illis inutilib. representationibus dimittat, ad rem presentem, quæ magis urget, attingat, denotiora, & serua obiecta, tunc representando. Tum quia act' imperij habere debet vim obligandi ad mandata exequenda, sed nullus actus intellectus, præcisus voluntatis actu, talen vim obligativam habet, ergo, patet manabili ab imperio ratione præcepti, & obligationis, non erit amplius imperium, cuius munus est præcipere, & obligare. Mi. est evidens, quia nō est intellectus superioris, qui obligat subdikum, sed eius voluntas intimata subdito per intellectum. Tum quia imperium ex vi vocabuli significat decretum, cui subditus obtemperare tenetur, sed decretum est actus voluntatis, nō ipsa est, quæ primò mouet, & determinat alias potentias ad operandum. Tum tandem, quia ille actus dicitur imperium, à quo certi actus denominantur imperati, sed tales ab actu voluntatis discutuntur.

non est actus intellectus, ergo dicitur.

Respondent Thomistæ concedentes quod voluntas alij potentij imperet, immo & ipsi quoque intellectui quatenus eas aetopum applicat, sed talis applicatio non potest propriè dici imperium, quia eas non applicat intimando, insinuando, & segendo, sed soluta monendo quod ad exercitium, quod ad imperium non sufficit, aditer in appetitu naturali daretur etiam imperium cum ad eius actum facultas motrix mouatur. Non valeret, si n. imperare formaliter esset insinuare, & intimare voluntatem superioris subditis. Preco legem denuncians, & intimans verè imperaret, nō Princeps, & Legislator. Verum est igitur leges non obligant nisi media insinuatione, & intimatione, sed haec ad summum non sunt, nisi conditione, sine qualitate obligari, ratio autem imperij consistit in cōdere leges, & decetra formare, inferiores obligans ad eius observationem. Tum quid est imperium unius oppositi respectu alterius nō obligat, nisi media insinuatione, ad imperium tamen potenciae superioris respectu subditi in eodem supposito, hoc non militat; siquidem postea voluntatis imperio, potest inferior escedere quadaam sympathia statim obediunt, & ad eum imperium exequuntur absque alio actu necessario.

Nec illa iustitia de appetitus sensitivo, siquid vegetalis, n. appetit, ne mouet, nec ducit, sed po-

tius mouetur, & ducitur ab appetibili, vt iam plures diximus. Neq. èz valet illa de Angelo mouente lapide, que ab aliquib. adducitur, inferteibus, quod si imperium consistit in mouendo quod ad exercitium, tunc Angelus mouendo lapide, imperatur lapidi, & lapis obediret, nō valeret, nam ut unum suppositum dicatur alteri imperare, requiritur insinuatio, & intimatio decreti, quae solū creaturæ rationali fieri potest.

Ob. Arist. 1. Ethic. cap. vii. docuit, quod ratio præcipit, & appetitus obtemperat, & rationem comparat pedagogo, & appetitus puer, idemque habet in 3. de An. 46. & 6. Ethic. cap. 8. assertit ad prudentiam pertinere actus virtutum præcipere, sed prudentia ad intellectum pertinet, non ad voluntatem, ergo, &c. Et ex Dodec. in 3. d. 33, A. per appetitum accipere, ibi Arist. appetitum sensituum, nō rationalem, per rationem verò tam naturam rationalem, quatenus verā, que partem complectitur tam intellectuam, quam voluntuam, cui sensitum subditur; Vel per imperium ibi intelligit iudicium prædicum, quod dici potest imperium morale, quatenus se habet per modum regule, & dictaminis ad recte agendum, non tam imperium physicum dici potest cū reali dominio, quod propriè, & rigorè imperium est. Eodem modo pr. ad illud ex 6. Ethic. prudentia n. imperare dicitur, & præcipere directuè, moraliter, & ostensuè, non tam enphy-

physicè, formaliter, & denominare. Secundò potest intellectui im-
tua, siquidem posito esti iudicio, perare saltem quò ad exercitium
ad directione, adhuc potest voluntas ratione apprehensionis, & iudicij
oppositum imperare.

Ob. ordinare est actus intellec-
tus, sed imperium consistit in ordi-
natione, ratiō leges, & decreta su-
periorum appellatur ordinatio-
nes, & cum distinctione, si per or-
dinare intelligunt decernere. Scim-
perare, ut communiter sumitur in
præceptis, & ordinatōibus lupe-
riorum, sic spectat ad voluntatem:
Si verò per ordinare intelligatur
regulare, & diriger, sic spectat ad
intellectum, quia est actus pruden-
tia, si tandem per ordinare intelli-
gatur vō ad aliud referre, est utri-
que commune, cum utraq. poten-
tia sit collativa.

Dubium: 2. est in quibus poten-
tias Voluntas suam imperium exer-
cere potest. & qz. possuum imperium
excedi ad omnes hominis potestias, est per
ipsa, vel per se, & proximā, vel per ac-
cid. Ex remota Docuit Scot: in 4. d. 14.
q. 2. art. 2. quidquid dicat Valq. &
ita Pr. Voluntas est potentia resis-
tioris cū sit immaterialis, ergo po-
test efficaciter velle se habere talē,
& talem actuū. consiq. probatur,
si n. potest efficaciter velle, & im-
perare actuū externū aliamū.
potentiarū, quia est in eius pote-
state, quod omnes fatentur, ergo
multò magis suum actuū internū,
qui magis est in sua potestate. Tū
quia per actuū efficacem finis im-
perat sibi electionem mediorū,
ad finem conloquendū, ergo &c. actus sensitivos dupliciter cōside-
rari,

tari, uno modo ut naturaliter pti-
ores intellectione, quomodo pri-
mò excitantur à solis obiectis pre-
sentibus, quo sensu sunt nobis
communes cum bratis, & hoc mo-
do, (ait) non cadere sub imperio
voluntatis, alio modo ut posterio-
res sunt intellectione, quando si
iolorum iam iam præteritorum in
nobis remanet memoria; vel quan-
do insunt tanti durant, donec in-
tellectus, & voluntas circa eorum
obiecta operantur, quo sensu sub
voluntatis imperio continentur.

Quod si dicas, appetitum sensi-
tuum esse nobis cum bratis com-
munem, ac proinde prorsus liber-
tatis incapacem. Rr. Doct. sensiti-
uum appetitum, in quo cum bratis
conuenimus, reperiri in nobis li-
berum per participationem, qua-
tenus subest voluntati, cui suppo-
stulicet vnitur, & in eadem natura
cum ipsa radicatur.

Quarto imperat perse, & pro-
ximè potentie loco motu, illi s.
que voluntarios motus exerceat,
qualis est potencia progressiva, &
membrorum inflexiva, dantur eti-
mè aliqui motus naturales, ut cor-
dis, pulmonis, & arteriarum, qui
propter peculiares rationes, volu-
tatis imperio non subduntur. Ad-
uertit tamen Arist. 1. Polit. cap. 3.
& Subtiliss. in 2. cit. d. 42. §. Ad
Questionem &c. quod voluntas im-
perat prefata potentie locomoti-
ue, progressivæ, & inflexivæ im-
perio, & principatu dispositivo, quo
modo Dominus regit seruos, qui

necessitate obediunt, non voluntati.
Sunt tamen ex D. Th. 1. 2. que-
17. art. 9. quædam corporis par-
tes, quæ ex forti imaginatione co-
tra voluntatis imperium mouen-
tur, ex qua Doctrina etiam sequi-
tur, quod operationes sensituarū
potentiarum ex ea parte, qua in-
earum exercitio pendent à poten-
tia motu dispositivæ à voluntate
imperatur, ut visio in quatuor pèdet
à clausura palpebrarū &c. Quod
si queras, cur voluntas vni poten-
tia dispositivæ imperet, non aliæ.
Rr. q. à posteriori non pot assigna-
ri alia ratio, nisi experientia, à pri-
ori autem, quia hoc est hoc, quia
hæc potentia est talis naturæ, & il-
la talis &c.

Quinto tandem quamvis volu-
tatis directæ, & per se potentie ve-
getatiæ imperare nequeat, potest
tamen saltem indirectæ, per acci-
dēs, & dispositiæ, s. quæ ad appli-
cationē actioni cū passivo ex Doct.
in 2. cit. §. Ad Questionem &c. Pa-
tet primum, quia huiusmodi ope-
rationes, ut sunt nutritio, genera-
tio &c. sunt à potentijs naturalib.
& necessarij omnino, quæ positis
omnibus requisitijs ad agendum
non possunt non operari, qua etiā
ratione, si oculus maneat apertus,
& obiectum habeat præsens omni
impedimento sublato, non potest
illud non videre, etiò voluntas no-
lit, qua de causa Arist. 1. Ethic. 13.
ait potentias vegetatiæ simplici-
perio, & principatu dispositivo, quo
ter non obedire rationi, sed tantu
medio Dominus regit seruos, qui
secundum quid. Secundum est equi-
dens

dens nam operationes vegetatię, ut generatio, & nutritio exerceri non possunt nisi medio motu per quem actiua passiuis applicantur, sed motus iste est in potestate voluntatis ergo ratione motus cadit sub imperio.

ARTICVLVS DVODECIMVS.

An voluntas mouet possestas sibi subditas aliquid imprimendo.

Scot. dubium hoc resolueret visum detur in 2. d. 42. Respondeo ergo &c. & tres sunt sententiae. una est Thos. thomist. quibus praeiudicis determinaciones satis sunt familiares, afferent enim ex D. Thos. 1. 2: q. 6. art. 1. & 1. p. q. 82. art. 4. quod cum voluntas mouet quod ad exercitium aliquas potentias ad operandum, talis motio non fit per sympathiam naturalem, sed per realem impressionem, & diffusionem alicuius qualitatis transversis, que dicitur dispositione, seu motio virtuosa per medium impulsus communicata potentij inferioribus, ita Caiet. Ledesma, Martinez, Ioan. de S. Thos. & alij; Secunda sententia negat talem physicam motionem, & realem impressionem, sed vult sufficere radicationem, & coniunctionem in eadē anima, ratione cuius per naturalem sympathiam, una potentia operante, alia ei subordinata operatur, & exequitur, que sententia est communior apud Recentiores, ut videatur est apud Valq. p. 2. disp. 34. cap. 3. & alios, quam etiam Mistr. & Bell. de mente Scotti amplectuntur. Alij quasi-medianentes inter relatas

opiniones, respuentes ut superflua physicam illam motionem, afferunt neq. etiam sufficere relataam sympathiam, sed admitti debere concurrentem simultaneum voluntatis cum alijs potentij, ita ut ex voluntate, & potentia inferiori fiat quasi una integra causa, que illum effectum operatur, ita Conimbr. in lib. Eth. disp. 4. q. 3. art. 1. & 3. de An. cap. 13. q. 5. art. 3.

Conclusio.

Dicimus. potentias inferiores operari ad nutrum voluntatis, & ad operationem applicari, non ex vi praeiudicis motionis ad sensum Thomistarum, sed ex via naturalis sympathiae, quatenus in eadē anima, & natura sunt cum ea radicatae, & colligatae. Pr. quod ad primam partem contra Thomistas, & ex corū principijs, siquidem secundū ipsos motio hęc praeiudicata physica in causa inferiori, sic à superiori motu provenit ex subordinatione essentiali eius ad illam, que subordinatione causa est, ut inferior causa efficiat attingere nequeat absque motione superioris agentis, quam praeiudicata motionem ponere solēt in causa secundis dum à prima ad operandum mouentur, & in causa instrumentalis, cū à principali mouetur; Sed potentias voluntatis impiorio subiectae, non sunt ei in tali gradu essentialiter subordinatae, quo causa secunda subordinantur primiti, & instrumentales principali agenti, nam attingere possunt se solis effectus absque voluntatis mo-

intellectionem, & de visa penes visionem &c. ergo ex ratione subordinationis, potentiae inferiores non indigent motione physica voluntatis, ex vi cuius ad operationem applicentur. Tu quia vel hæc qualitas impressa à voluntate in potestate inferiori cum ad operandum eam applicat, est spiritualis, vel corporalis; non spiritualis, quia hæc non potest in subiecto corporeo, & materiali recipi; neque corporalis, quia cum voluntas sit potentia spiritualis, non nisi spiritualem effectum producere potest.

Confirmatur experientia, quando n. potentiae animæ operantur circa idem obiectum, ut sensus, & intellectus, una potentia aliam adiuuat, & tñiuscuiusque operatio intensior evadit, absque eo quod una potentia influat in actum alterius, vel illam physicè promoveat, ergo à fortiori hæc naturalis, & identica connexio potentiarum potest esse in causa, quod si una potentia istarum subordinetur alteri ad operandum, moueri possit solum ex hoc, quod potentia superior, cui inferior subordinatur circa eius obiectum operari incipiat. v.g. facultas motiva exequitur motu brachij, vel pedis, quia voluntas tam motum efficaciter vult. Tum quia, ut arguit Valsq. Voluntas non potest operari nisi volendo, sed voluntio est actio immanens, ergo nihil in inferioribus potentias producit. Patet rādem, quia ex hac quasi naturali sympathia, & naturali con-

nexione oritur, quod nequeat intellectus, licet specie intelligibili secundatus sine sensu operari, iuxta doctrinam Arist. Oportet intelligentem phantasmatum speculari, & tamē intellectus tunc nihil influit in sensu, neq. in actu eius, sed ex eo præuisè ad operandum sensus mouetur, quia colligatus est cum intellectu in eadem anima, & pro hoc statim ei prorsus subordinatus, ergo similiter quia ceteræ potentiae sunt voluntatis imperio subiectæ, & ad eius famulatum destinatae, moueri poterunt ad imperij executionem ob conexiō nem, quam habent cum ea in eadem natura, ex eo solum, quia voluntas circa earum obiectum operari incipit absque aliqua physica illarum promotione.

Ob. Ioan. de S. Tho. Illa colligatio, & sympathia potentiarum neque immutat potentiam inferiorē in se aliquid illi de nouo addendo, & ipsam confortando, neque in sua radice, scilicet in ipsa natura, ergo in sola eius virtute non potest à potentia superiori moueri ad operandum, sed semper otiosa permanebit. scilicet cum Mastr. & Bell. neg. cōseq. fatis n. est illa colligatio potentiarum ad determinandum, & applicandum inferiorem potentiam ad suum actum ex ipso, quod potentia superior operatur circa idem obiectum inferioris, actus n. inferioris potentiae ad positionem actus potentiae superioris comittatur per modum naturalis sequelæ in tali conuincione fundatae, & tan-

cō magis, quia in schola nostra potētias istas ita inter se, & cum anima realiter identificantur, colligantur, & radicantur, ut ipsa anima reuera dicatur *principium quod omnium operationum viuentis*, ipsæ verò solū rationes operandi, seu principia quibus. At quia Thomis. potētias animæ inter se, & ab anima realiter distinguunt, & consequenter quasi accidentaliter ea, ut colligare videntur, ideo mirum non est, quod ad illam physicam motionem recurrent; sed non debent deinde asserere, quod cogitatio sua hominis discurrat per connexionem, quam habet cum intellectu in eodem supposito.

Ob. Vnus hæc potentiarum naturalis est, & eodem modo semper se habens, & communis, seu indiferens ad omnes animæ potētias, quæ sunt in anima, & ad actus eorum, ex quo principio ergo determinatur talis potentia ad faciendum adum tali modo, & cum habitudine ad talem suam, & cum tali intensione, & impulsu, si operatio illa voluntatis nullo modo inferiorem potentiam immutat? P. sufficere talem colligationem ad potētiām inferiorem determinandam, eamdenque ad opus applicandam, posito actu superioris potētias, cui illa subordinatur; & sic et illa connexio, & colligatio sit ceteris potētias communis, potius tamen hanc potētiām ad operandum excitat, quam illam, quia voluntas circa obiectum huius potē-

tis operatur, & non illius; quia V. g. voluntas potius vult deambulationem, quam intellectionem, potius ex positione takis, & tuis, excitatur potentia progressiva, quam intellectiva, quia voluntas circa obiectum potentie motiuū operatur, non autem intellectivus &c.

Ob. Non potest hæc sympathia sufficens esse pro potētias, quæ non disponit, sed politice, & ciuitate voluntati obediunt, ex simplici naturali colligatione ad ipsam non proceduntur eius imperio, sed resistere possunt, ergo motione aliqua; & impressione indigentes, eorum resistentiam vincente, & ad obediendum cogente. P. si hoc argumentum vim haberet, probaret etiam, quod voluntas physica est potētias inferiores determinando, disponit omnibus imperaret, & sic semper quando vellet appetitum leoninum sibi subiiceret, & obedientem faceret, quod est fallum. Quia ergo experimur non omnes facultates voluntati obedire, potius oppositum colligi debet, scilicet non mouens potētias inferiores per impressionem physicæ qualitatis, sed ex naturali connexione potentiarum, licet ultra hanc conexiōnem, quæ communis est omnibus potētias, maior, vel minor facilitas obediendi superiori oriatur ex peculiari natura, & conditione huius, & illius potētiae.

Arguit M. Jacob. Brun. q. 13. de An. art. 3. Voluntas est primura mouens quod ad exercitium cœre-

res potentias sibi subiectas, ergo est primum mouēs effectivē s. aliquid imprimendo. Pr. conseq. quia non est agere physicē in aliud, nisi illud effectivē sit motū, quia moveri est transire de potentia physica ad actum physicum, & effectum intrinsecum recipi in eo, in quo exercetur motio effectiva. R. neg. conseq. ad probationem, admittimus de agente actione vera, & reali, non de actione tantum impro- pria, & grammaticalī, quomodo est actio immanens voluntatis er- ga potentias inferiores, ex qua resultat solā extrinseca denomi- natio, sicut paries prius non dice- batur visus à potentia visiva, po- stea verò dicitur visus, absq; eo q; in pariete aliquid intrinsecum po- patur &c.

ART. TERTIVSDECIMVS.

An Voluntas sit potentia simpliciter perfectior intellectu.

SCOT. in 4.d.49.q.4. stat p volū- tate, cui fauet D. Bonau. in 4. d.49. Alensis, Alber. Henric. Ochā cum Nominalib. Egid. Argent. cū Scotis communiter. D. Thom. verò est ad oppositum pro intellectu. Qu 1.p.q.82.art.3. & alibi quē sui sequuntur, & ex Recenriorib. Ruu. Vasq. Suar. Conimb. Morandus, & Alij. Quidam Alij vtrumq; proba- bile putant, vel quodd sint potentias & quales. Pro declaratione, & de- cisione controversiæ supponimus 1. ex Doct. loc. cit. N. vnum esse al- terum nobilius, excellentius, ac

perfectius, stat dupliciter; vno mo- do intrinsecè, & secundum suam esentiam, ita ut entitas eius sit p, se^rior entitate alterius, quo sen- su dicimus, hominē esse equo no- biliore ratione sua differentia co- stitutiva, quz nobilior, ac perfe- ctior est differentia equi; altero mo- do extrinsecè ratione s. aliquius o- perationis, vel extrinsecæ proprie- tatis, quomodo dicere possumus, equum esse perfectiorem hominem, ex eo quia maiora pondera porta- re potest, velocius currere quam homo &c. Si de priori excellentia, & nobilitate sic sermo, afferendum est voluntatem preferri intellectui, voluntas n. est potentia esentiali- ter libera, non sic intellectus, cùm sit potentia naturalis; est domina- suorum actuum, quia potest velle, & nolle, & velle, & non velle, ama- re, & odire, vt sibi liber, non sic intellectus, non n. in eius potesta- te est non intelligere, si obiectum intelligibile sibi fuerit presentatiū, imò potius ab eo ad sui intel- lectionem cogitur; si verò de poste- riori excellentia agatur, videtur, intellectum quodammodo volun- tati eminere, Tum quia in sui ope- ratione non pendet à voluntate, sed hæc potius operari nequit ab intellectu independenter, quia ni- hil volitum, quin præcognitum, Tum quia cùm voluntas sit poten- tia cæca ductum intellectus sequi- tur; Ceterum quia hæc nobilitas prouenit ab extrinseco intellectui, & potius est excellentia seruituris, quam

Quām dominij erga voluntatem, se
habet. n. vt minister, & seruus præ-
beas eis facem, obiecta volibilia
ostendēdo, in quibus voluntas suas
exercere possit operationes, nobi-
litas vero voluntatis ē cōuerso cū
sit sibi intrinseca, & se habeat ve-
luti Domina, ne dū suorum actuū,
verum, & operationum ipsius in-
tellectus, & aliarum potentiarum,
quib. pro libito præcipere valet,
inferendum est, voluntatem esse
absolutē, & simpliciter nobiliorē,
& perfectiorem intellectu.

Not. 2. ex Subtiliss. in 3. d. 17. q.
vn. lit. C. & D. quodd estō ab ali-
quib. voluntas distinguatur in na-
turalem, & liberam, hoc tamen
non est ita intelligendum, vt sint
duz potentiaz distinctaz, voluntas
.n. in nobis non est nisi vnica potē-
tia, quam Scot. ibidem definir, q
sc: appetitus cum ratione liber. idest
potentia quədam appetitiva quz
præsupposita intellectiva cogni-
tione alicuius obiecti, potest illud
liberē velle, & nolle, & velle, & non
velle; Voluntas verò naturalis nō
est aliud, quam inclinatio eiusdem
ad suam propriam perfectionem,
sēu ad proprium commodum; vel
dicitur naturalis pro vt distingui-
tur contra voluntatem supernatu-
ralem, quatenus in puris natura-
lib. consideratur sive habitib. su-
pernaturalib. Conclusio.

Dicimus, simpliciter, & absolutē lo-
quendo voluntatem esse potentiam nobi-
larem, & perfectiorem intellectu. Pro-
bat Scot. & valde ingeniosè more

suo ex quatuor capitib. quib. Ad
versarij suam solent probare sent.
nempe ex natura, & conditione,
potentia, ex perfectione actus, ex
prærogativa habitus, & ex maiori
obiecti nobilitate, eorum rationes
retorquendo. Probat igitur primō
ex perfectione potentiaz: Illa po-
tentia est perfectior, ad quam per-
fectiores proprietates consequan-
tur, sed ad voluntatem perfectio-
res proprietates cōsequuntur, quā
ad intellectum, ergo &c. Ma. est
evidens, proprietates .n. emanant
immediatē ab ipsa rei entitate, er-
go qualis étias, talis erit proprie-
tas. Mi. pr. nam mouere perfectius
est quām moueri; dominari excel-
lentius est, quām seruire; posse
agere, & non agere perfectius est,
quām necessariò agere, sed pro-
prium voluntatis est mouere, do-
minari, & posse agere, & non age-
re; proprium verò intellectus est
moueri, seruire, & necessariò age-
re, ergo &c. Hinc D. Ansel. de cō-
cep. Vir. cap. 4. voluntatem Regi-
nam appellat, quia cæteras potē-
tias mouet, & ipsa sola dicere pōt-
sic vola, sic iubeo, & D. Bernard,
lib. de libero arbitrio vocat intel-
lectum, & rationem pedisquam.

Nec valet refugium Thomi. cō-
fugientium ad intellectum pro ra-
dice libertatis, nam hoc iam supra
sufficienter explosum est; & quan-
do ad summum intellectus volun-
tatē determinaret ad aliquod ob-
iectū libertate contrarietatis, bū-
quām tamē libertate exerciti;

contradictionis, & hoc etiam in sententia aliorum Thomis. ut vides doctrina etiam conformis dicitur apud M. Jacob. Brun. de An. q. M. Brun. loc. cit. vbi ait: *cum voluntas sit primum mouens quod ad exercitium, magis propter se est voluntas, quam intellectus. bene, si ergo voluntas est magis propter se, quam intellectus, ergo magis aboluta, & magis Domina in regno anima, ac consequenter bene dicitur Regina potentiarum, & Dominatrix in homine. ac proinde intellectu perfectior. Rnt. quod si voluntas dicitur Regina potentiarum, hoc est potestiarum lenitiuscarum respectu qualiter est etiam Domina; vel si est Regina in ordine ad intellectum. Intellectus erit Rex voluntatis, & omnium potentiarum caput.*

Sed contra illa est magis Domina, & Regina in suo regno, quae est magis aboluta, & propter se, sed voluntas est magis propter se, quam intellectus etiam per Aduertarios, & primum mouens, ergo voluntas absoluta Regina, & Domina appellari potest, non intellectus, & consequenter erit intellectu perfectior. Neque illa cecitas voluntatis, Domini infringit, non enim per hoc, quod aliqua Regina, vel Princeps esset cecus, non posset decreta, pricipere, & rebelles, & contumaces reprimere, & punire, & est contra fideles subditos, & probos premiare, & nobilib. titulis honestare, habita tamen prius notitia per suum consiliarium de gestis, & moribus, quae in regno versantur; immo & consiliarium ipsum si ita excedit.

Nec etiam valet recursus illorum, qui dicunt etiam intellectum mouere voluntatem, dirigendo, regendo, & regulando, quod est perfectius genus motionis; non valet, hoc est, potius est ministerij genus, nam intellectus per iudicium practicum imperat voluntati, sed deseruit monenco sicut consiliarius Principi, & potest voluntas illum auertere; & iubere, ut aliud consilium proponat, quare imperium intellectus, quod exercet in voluntate, non est proprium imperium, quia non est physicum, & cum Dominio, sed taciturnum morale, & per mo-

pedierit potest Regia in aliquo Castro recludere, & eius consilium sperare, & respuere; ita se habent intellectus, & voluntas casu, quo voluntas operari non vult iuxta obiectum ab intellectu propositum, & representatum, sed ipsi imperat; ut aliud, vel commodius, vel honestius obiectum representet, ut magis in suo appetitu quiescere possit, quod totum experientia comprobatur.

Secundò probatur ex perfectione actus: illa est perfectior potentia, que perfectorem eligit actu, sed actus voluntatis perfectior est actu intellectus, ergo voluntas perfectior est intellectu. Mz. patet ex illa regula 1. Top. cap. 4. quandoquidem sicut le habet bonum ad bonū, ita melius ad melius, & optimum, ad optimum, min. pr. supremus actus voluntatis est actus charitatis, quo Deum diligimus, at' verò supremus intellectus est eiusdē cognitio, at ille est isto perfectior, quia magis Deo summo bono vnit, quia actui amoris repugnat aueratio ab eo, non autem eius intellectio. Tum quia illud est melius, cuius oppositum est peius ex 7. Eth. sed oppositum actus voluntatis peius est opposito actu intellectus, nam illi opponitur odio Dei, quod est pessimum, isti verò opponitur error, vel ignorantia circa ipsum Deum, quod est minus malum. Tum quia nostra felicitas in actu amoris beatifici consistit, ut in Theologia, quia per ipsum

formaliter miseria expellitur, non autem per visionem; sicut etiam per actum amoris satiatur, & quieticit Beatus, non per actum intellectus, & visionis. Tum quia excellētia amoris supremā Gerarchiā Angelorum cōstituit. scilicet Seraphim, non excellētia, que Cherubim, constituit, iuxta illud D. Dionisi: Seraphim, qui sic dicitur ab ardore charitatis, est superior ad Cherubim, qui sic dicitur ab excellētia, & plenitudine cognitionis, ergo &c. Tum tandem quia actus voluntatis facit absolute hominem bonum, non actus intellectus, ut experientia docet de multis doctissimis viris, qui tamen minus boni sunt pluribus simplicibus, & ignarioris.

Rnt. Thomist. cōmuniter, neg. min. & ad probationem concedūt excellētiam actus voluntatis super actu intellectus in genere moris, non autem in genere entis, & naturae, in quo sensu hic mouetur questio de nobilitate intellectus, & voluntatis. Si odium Dei, aiunt, consideretur in esse morali, ut peccatum importat specialem auerbiū à Deo, peius quidem est, quam error, & ignorantia de ipso Deo, imò quodlibet peccatum veniale maius malū est ex hac parte, quam carentia visionis Dei, nam dicta priuatio secundum se non est peccatum; si verò consideretur actus intellectus in esse physico, non est peius, sed peior est priuatio visionis Dei, siquidem hac est perpetua damnatio, & maximum malum,

damnatorum, quæ proinde pñam 13. Major autem horum est charitas; damni appellari solet; sic etiam ad ergo &c. alias confirmationes respondent, quod s. actus voluntatis facit hominem bonum in genere moris, non in genere naturæ.

Non valet, nam argum. virget ne dum in gen. moris, sed etiam in gen. entis, quia amor etiam in esse naturæ magis unit amantem Deo, quam cognitione, & visio Dei, ergo odium Dei etiam in esse naturæ pñus est errore, & ignorancia circa Deum; imò & priuatione ipsa visionis beatificæ, quia propriètate & verè magis aucterit à Deo, quam à ullus aliis actus, licet actus odij esset etiam necessarius, & non liber, quo casu non esset moralis. Neque priuatio visionis Dei pñam damnatis infligit ex natura rei, sed potius hoc oritur ex ordinatione diuinæ, qua seclusa, talis priuatio nullam damnatis pñam inferret, sicut in nobis viatoribus experitur; & stante etiam ordinatione Diuina, non sola priuatio visionis beatæ pñam infert, sed etiam priuatio beatæ fruitionis, nam etiam hec in pñam damni involuitur, imò ex Subtiliss. loc. cit. in 4. lit. N. formaliter loquendo carentia fruitionis pñam damni constituit, sicut fruitio constituit felicitatem.

Tercio patet ex perfectione habitus, nobiliori n. potentiaz præstantior quoque solet habitus concedi, sed voluntatis habitus est charitas, quæ ceteris habitibus præcellit iuxta illud Apost. 1. Corinat.

Rnt. Thomist. Apostolum loquitur pro statu vita, non pro statu patriæ, ubi lumine gloria perfectius est. Non valet, nam etiam in patria charitas eamdem continet eminentiam, comedem. Apost. testante, quod Charitas nunquam excidit, imò potius ibi crescit cum fiat consumata; & si charitas perfectior habitus cœlatur in via, cur non etiam in patria, cum hic, & ibi eiusdem sit rationis, & capacitatris ex Doctore?

Pr. tandem ad hominem ex objecto utriusque potentiaz, nam secundum Adversarios. Obiectum intellectus est verum, obiectum vero voluntatis est bonum, sed ratio boni perfectior est ratione veris, nam perfectio entis per bonitatem explicatur, non per veritatem, si quidem rursum quodque in tantum bonum est, in quantum est integrum, & perfectum. Resp. Thomist. negavit, nam verum magis abstractum est quam bonum, & abstractiori modo tendit intellectus in verum, quam voluntas in bonum, intellectus autem attingit obiectum abstractione ab omni existentia, nempe nudam rei quidditatem considerando, voluntas vero non terminatur nisi in re existentiâ, nihil n. appetitur nisi actu existat, vel saltem extiterat, & hoc videtur præcipuum fundamentum Thomist. sed parum tunc. & in primis falsum putamus que

Disput. 10. Art. Tertius Decimus.

353

que .n. sequitur ens in eadem abstracione, cu[m] amb[us] sint entis paf-
fones . Neque verum est obiectu[m]
magis abstractam ab existentia ei-
se perfectius obiecto minus abstra-
cto ab ea , siquidem obiectum co-
gnitionis intuitiu[m] perfectius est
obiecto abstractiu[m] , nam illa co-
gnitio in gen. suo est abstractiu[m] p-
fectior , & tamen illius obiectum
non praescindit ab existentia sicut
praescindit obiectum abstractiu[m].
Falsum etiam censemus , quod se-
per voluntas rendat in rem pro re
respectum dicit ad aequalem ex-
istentiam , nam quantum ad simpli-
tem affectum potest esse etiam im-
possibiliu[m] ex dictis ; & sicut cogni-
tio intuitiva dicitur esse rei prae-
sentis , & existentis ut existens est ;
Abstractiu[m] vero rei ab ipsis condi-
tionibus praescindens , & rei etiā
absentis , ita in voluntate fruitio di-
citur rei praesentis , & tunc sequitur
cognitionē intuitivam ; desiderium
vero dicitur esse rei absentis , &
sequitur abstractiu[m] ; Amor autem
absolutè sumptus à presentia , & ab-
sentia obiecti praescindit ut Subti-
liss. docet in 4. cit. lit. O. imo Barg.
addit , quod potest voluntas esse
magis abstractiu[m] , quam intellectus ,
nam illa potest velle Episco-
patum sine Sacerdotio , nos tamen
intellectus vnum sine alio intel-
ligere ; potest etiam frui uno relati-
uo , non fruendo correlatio , non
tamē intellectus potest vnum sine
altero intelligere .

Diximus , rationem concludere

ex obiecto ad hominem , absolu-
tamen non concludere , quia in se
Scot. probabilius est , nec verius
sub ratione veri esse obiectum in-
tellectus , nec bonū sub ratione boni
ni esse obiectum voluntatis , sed
veriusq. esse ens sub ratione entis .
Thomis dicere solent rationes
pro Scoto probare voluntatem est
se nobiliorem intellectu[m] se-
cundum quid , non vero simpliciter ,
& absolute , & deducunt ex Dr.
Thom. i. p. q. 83. art. 3. vbi S. Doct:
ait : secundum quid autem , & per com-
parationem ad alterum , voluntas inven-
tur interdum altior intellectu ex eo si
quod obiectum voluntatis in altiori re
inuenitur , quod obiectum intellectus
Non valeat , nam Thomis. non exap-
lijs capitib. suam probant opinionem .
Si ergo nos ex illis ijsde princi-
piis nostram probamus sent. no[n]
de perfectione secundum quid proban-
te voluntate , sed de perfectio-
ne absoluta , & per se .

Objectiones .

Ob: Thomis. eisdem medijs .
Intellectus sit potentia nobilitate
voluntate , & primò ex parte poten-
tia ex 10. Eth. cap. 7. vbi Arist. per-
nit felicitatem humanae vita[re] con-
sistere in contemplatione , eo quia
intellectus est potentia omnium
perfectissima . R: Tunc Arist. non
loqui de intellectu ut à voluntate
distincto , sed de qua parte intel-
lectus includeat intellectum , &
voluntatem , ut à sensu distin-
guitur , quia ut docet Scot. in hac
q. lit. L. Arist. non distinctis intel-

Invenit voluntatis nascere prius operari, sed pro eodem habet principium distinctum ex aetate naturam, quod aliquando vocat aetas, aliquando intellectum, aliquando propositionem, ut patet in 2. Phys.

Probant 3. ratione: inquit anima facultates illa excellenter poterit, quae prius suae naturae ab eius essentia, & illi est propinquior, quod. n. magis accedit ad maximum tale, est magis tale, sed intellectus prius natura dicitur ab essentia animae, quia voluntas, & est illi propinquior, ergo Sec. 3. c. Duct. 1a q. cit. neg. tis. quod ad primam partem, nam et 3. Mech. 13. posteriora generatione sunt prius perfectiores, cum natura ab imperfecto ad perfectum procedere soleat in eodem ordine, & forma creationis ad animam; in diuerso tamen ordine nihil prohibetur prius generatione esse quoque prius perfectione, ut de substantia, & accidente patet. Tum quia cum fine potentie emanantes ab eadem ente non possint assignari ratio est potius dicatur prius emanare quam potentiam, quam aliam, sed solum, quod prius ea operatur, quam altera, & ita intercedit alia, qualis dependentia, que tamen non tempore infert maiorem, vel minorem perfectionem ut patet. Et ad 3. partem, quod quantitas est immediator, & propinquior substantiae, quam qualitas, & tandem hec est perfectior quantitate. Illud agitur de simpliciter perfectius, qd-

is nobiliori ordine est perfectius, quo sensu est voluntas, non intellectus.

Ob. Per hoc præterea differt homo a bruto, quia intellectus est, & rationalis, sed hoc ab intellectu habet, cum voluntas sit rationalis solum ex participatione illius, ergo &c. Et ipso homo differt a bruto & qualiter & per intellectum, & per voluntatem, & cum anima hominis de intellectu, talis denominatio non solum ab intellectu, sed etiam a voluntate denominatur, veraq; a. importat potentia. Si tamen comparatio fiat inter has potentias, magis per voluntatem homo distinguitur a bruto, quare eas libera est, quam per intellectum; Siquidem libertas est maxima potestio hominē a bruto distinguenda, quib. licet tribuitur voluntarium præpotens, acceptum tamen voluntarium pro libero eis est prorsus repugnans, nā constituit agens a propenso, & subiectum capax meriti, & demeriti &c. hinc aliqui ex Princ. Philosophis, & multi etiam temporibus nostris, qui disserunt ponunt, id brutis, ut consequenter loquantur, non crudescat etiam in illis suo modo intellectum imponere, quod tamen de voluntate hoc assere non audet. Si igitur per esse rationale accipitur esse intellectuum, et distinguatur a sensu, quo sensu homo dicitur animal rationale, veraq; potestia tam intellectus quam voluntas & qualiter rationales dicuntur, cum

cum ambe immediae in eadem secunda rationali radicentur; si vero per rationale intelligatur idem quod cognitum cum discursu, hoc certe voluntati non conuenit, sed inservit intellectus, & voluntati per participationem, sed quia voluntas est libera per essentiam, quae est maior perfectio, & intellectus liber per participationem, sequitur ex perfectiori sit voluntas, quam intellectus.

Ob. Potentia de se circa magnam inuoluit imperfectionem, sed voluntas est potentia ex ea, & forma. Hinc non cognoscens, ergo &c. p. cum Subtiliss. qualib. s. neg. ma. imperfectione. non est simplex ne- gatio formae, seu perfectionis, sed perfectionis debitae, & possibilis, neq; cognitione est perfectio ei debita; & possibilis, ac consequenter negatio cognitionis nullam posuit in ea imperfectionem, sicut ei contra neq; in intellectu dicit imperfectionem non esse liberum, quia libertas non est ei debita cum sic causa naturalis; ex quo tandem deducitur, quod rigorose loquendo, voluntas non dici debet potentia circa, quia non est potentia ex sua specie apta videre.

Arguunt 2. Ex perfectione operationis: Actus intellectus non pendet ab actu voluntatis, sed potius est contra, ergo actus intellectus est nobilior. Antec. patet, nam intellectus per suam operationem sibi

facit obiectum praefacto, voluntate autem indiget actu. intellectus, ut per illum habeat obiectum praesens: conseq. est evidens, si quidem independentia dicit perfectionem, dependentia vero, & indigentia dicit imperfectionem. R. Scot. dupliciter, primò neg. conseq. voluntatis, n. dependet ab accidentibus, cōpositū à patrib. forma à materiali qualitate à quantitate, finis meus, sensus interius à sensib. exercitis, intellectus à phantasmate &c. in quib. omnib. talis ratione, facilitate. Intra viuunt aliorū posteriorū dicit. solent priores perfectiones, licet alii alijs dependeant ex h. Meritus p. com. claudens Subtiliss. quod independētia solēt in primo esse simpliciter perfectionis dicit, in qua priori appetitiva potentia ex sua ratione formalis nō est cognitionis capacax, neq; cognitione est perfectio ei debita; & possibilis, Secondū agnoscunt, non iuratis. voluntas adhuc intellectus praescingat, ut circulo formae obiectum operari possit, tamen proxigenita, non meretur nomen dependenter, vel inadie- genzia, quia intellectus ad actum voluntatis concurrit tamen ut causa subseruiens, unde sicut in anima. Principis quamplures servii necessarij sunt ad eius dignitatē, non tantum propter hoc dicit. Princeps a servis dependere, sed et conuersos ita in propria de voluntate assertandum est primò rationabilius, ut corpus queri potest argum. intellectus, n. q. à voluntate, ut à causa superiori dependet, nam voluntas intellectus imperato potest ut hoc, colligitur obie-

objecum representante, intellectum auerendo ab obiecto, quod considerabat. Subdens: Scot. intellectum & voluntatem, causalitatem sibi invicem mutuari, cum hoc ramen discrimine, quod intellectus ad volitionem concurrat ut causa materialis. & subserviens, sed causalitas voluntatis supra intellectum oritur ex propria eminētia ipsius voluntatis. Hinc Henric. lib. I. q. 14. hanc mutuam causalitatem explicans, utitur exemplo serui præferentis lucem Domino ambulanti in loco obscuro, Dominus nō est, qui seruo præcipit, & dirigit ut eum ad eam locum ducat, quod est dirigere authoritatē, seruus verò Dominum dirigit seruendo, & ostendendo ei viam, per quam attinget &c. Voluntas ergo habet rationem dominij, intellectus autem serui lucem, & viam ostendentis, quod est regere, & regulare obscuritatem, monendo, & prebendo: consilium quo pacto Conſiliarius dicitur. Principem dirigere.

Falsum est igitur, quod bonitas, & malitia moralis ex ordine ad rationē tantum desumatur, nam præsertim dependet velut a fundamento, & radice à sola libertate voluntatis, quā de causa dici solet, totius generis moris fundamentū.

Ob. Prior est actus intellectus, quia nullā contrahit ab obiecto impuritatē, siq̄cē intelligere malū nō est malum, sed actus voluntatis contrahit impuritatem, quia vel le malum, cū malum &c. sc. neg.

ma. nam etiam intellectus suo modo impurus reddi potest ex impuritate obiecti, quia falsus est dum circa obiectū fallū versatur per assensum, sicut actus voluntatis est, malus, dum circa malum prosequendo versatur. Quod si dicant, (ait Scot.) actum voluntatis esse, impurum ex obiecto impuritate, malitia, non sic autem intellectus, Non placet, quia tuas actus sensus, esset nobilior actu voluntatis, qui hoc modo est minus impurus.

Ob. Ita intellectus operatur ut trahat res ad se, voluntas verò ut trahatur ab illis, sed perfectius est, trahere res ad se, quā ad illos trahi, ergo &c. sc. talem dicendi modum potius metaphoricum esse, quia reuera nec intellectus trahit res ad se, sed solum intentionaliter, & per species, nec voluntas trahit ab ipsis reb. sed per intellectū apprehensis, dicitur. tamen ab obiecto trahi quia per actum prosecutio- nis tendit in illud per modum pōderis, & impetus, attameo quando circa illa versatur per actum fugit. ita nō trahitur ab illis, sed potius ab eis auerbitur, ergo ex illa metaphora, nihil contra nos ducitur.

Ob. tandem: vita contemplativa nobilior est actua, sed contemplativa per actum intellectus exercetur, actua verò per actum voluntatis, ergo &c. Patet ma. ex 1. Eth. ubi Arist. felicitatem nostram in contemplatione poluit, & ex illo Luca 19, optimam partem sibi elegit Maria

Maria, quae nō auferetur ab ea. p. neg. iecto, à quo propriè specificantur, mī, nam voluntas non excluditur actus, & potentia, sic arguentesset, à vita contemplativa, nec Arist. Illa est potestia perfectior, quæ est, dilectionem à contemplatione excludit, ipse n. vt diximus per intellectum accipere totam partē. q. 22. de Verit. art. 11. ad 11. & 12. & Scot. loc. cit.

Tertiū obiectiunt ex perfectione habitus, nam ex 1. Meth. & 6. Eth. cap. 8. sapientia est nobilissimus habitus inter omnes, sed hęc est habitus intellectus, non voluntatis, ergo &c. Rr. Scot. Arist. per sapientiam nō intelligere præcisę operationem intellectus, sed utriusque simul, sicut per intellectum non accepit præcisę potentiam cognitiam, sed totam mentem, vt etiā appetitiam includit, hinc sapientia dicitur, quasi sapida scientia, quia includit etiam affectum.

Ob. Ex habitibus infusis: Lumē gloriae est inter omnes supremus, quod tamen ad intellectum pertinet, ergo &c. Pr. absumptum, nam charitatem ipsam excedit, lumen d. gloriae ob suam perfectionem repugnat in esse viatori, quod charitati non repugnat. p. negan. absumptum ex dictis; & charitas consumata, qualis est patrie nō minus viatori repugnat, quād lumen gloriae, si n. lumen gloriae secundum visionem defert, quæ viatori repugnat, charitas consumata secundum fructum defert.

Quarto tandem obiectiunt ex ob-

jecto, à quo propriè specificantur, &c. Probant min. Illud est perfectius obiectum, quod est simplicius. & abstractius à materia, vnde perfectior est color ut sic, seu natura specifīca, aut quidditas coloris, quæ non potest attingi, nisi ab intellectu, quād talis numero color, qui etiam à sélu percipitur, sed obiectum intellectus est ens, seu verum pro ut abstractus ab existentia, & conditionibus materialib. obiectū verò voluntatis est bonum, seu ens singularitate, & existentia concreta, ergo obiectum intellectus est simpliciter nobilis, & abstractius obiecto voluntatis &c. Hoc est argumentum, in quo rām vñhemester Thos. mist. innituntur, sed quantis isti roboris patet ex dictis in probatione ultima nostræ conclusionis: Falsum siquidem est obiectum intellectus abstractius, & simplicius esse obiecto voluntatis, nam etiam voluntas fertur in obiectum à singularitate, & existentiā præcisum, sicut fertur intellectus, cūm etiam ipsa comparetur ad bonum in communione, ac etiam ad bonum impossibile, quantum ad simplicem affectū. Falsum est quoque, quod abstractius, & simplicius obiectum sit perfectius, nam quidditas cum existentia perfectior est, quam ab ea præcisa, & hoc non solum in esse reis, ut fugam arripit. Caiet. Complut. & Alij

Et Alij Thomist. sed etiam in esse, communio in essendo, sed taxiderm obiecti, hac n. ratione obiectum singularia squaliter dicuntur, quod cognitionis intuitus quodd est qd perfectior est color, seu natura- ditas, & natura ut existens perfec- specifica, quā talis numero coloris tius obiectum censemur, quam ob- Nec valet dicere, datur natura- jectum abstractivus, quod est sim- communis à parte rei, sed per ab- plex natura ab existentia praecisa; strationem, non valet, nam ab- & ex hoc capite notitia intuitiva strahere non est efficere res, sed preferri solet abstractivus. Et quo vnu cognoscere, non cognito alios, etiam capite intuitiva dicitur co- ergo tantum est dicere, intellectus, gnitio clarior, quia rem attingit abstractus colorem in communis ab secundum suam quidditatem, & hoc colore, quantum dicere, permodum, quem à parte rei habet, cipere naturam communem coloris, qui non attingitur ab abstractivus, nō precepto hoc colore in singulat. Et si per ipsos non datus natura, sed per barceitatem coarctato.

DISPUTATIO XI.

DE ANIMA E CORPORE SEPARATA.

VI sis in precedentibus disputationibus ḡ, que aliquatenus pro nos loqui inservi- te conducere poterant ad Anima intellettive notitiam in statu unionis cum humano corpore; modò ratio prius pro totius libri compleimento, ut aliqua de ea in statu separationis attingamus, ex quibus Anima rationalis natura, & condic- tio clarissima elucescat; Et tunc Arist. de huiusmodi statu nihil revera operis, quia foris illum ignoravit, non idcirco nos de eo fatigare debemus; Philosophia sc̄. obvi- illana, & catholica in eo prædicta sita est, ut statum illum, obscurè falecum attingamus, qui nos concines Sanctorum, & Angelorum domesticos faciet; & quantum mudi- ta sint dubia circa presentem disputationem sententia, & validè quidem curiosa, delectabilia; & sc̄it animastico digna, nos carantim sc̄ligimus; & summam, que pro Tyronibus sufficere censemur.

ARTICULUS PRIMVS.

An statutus separationis sit Anima rationali naturalis, vel di- lētus, aut neuter?

SCOT. de hoc dub. plurib. in loc. dissentit, ut videre est in 4. dist. 43. q. 2. S. De tertia proportione, &c.

& q. 4. sub A. & B. & quolib. 9. sub M. & alibi: circa quam difficultatem varijs sunt modi dicendi. Plato automauit animalium ortum simul cum Angelis initium sumplisse, & illas quasi in p̄enam corporibus, veluti carcerebus mancipatas fuis- sc, ac

se, ac cōsequenter sustinere vide-
tur esse unum istum esse illis violentū,
separatum verò separationis esse illis
naturalē, quam scit. sequi vi-
deatur Avicenna. & Seneca. Alij
cogitantes animam rationalem ei-
se à Deo constitutam tamquam
actum, & formam substantialem
corporis phisici organici ad to-
tius hominis compositionem or-
dinatam, ex opposito putant statū
separationis esse illi violentum,
coniunctionis verò, & reuisionis ad
corpus esse naturalem; ita D. Tho-
mas p. q. 1. 18. art. 3. & lib. 4. contra
Genes. cap. 89. quem multi sequuntur.
Quidam alijs quasi inter prædi-
ctos modos medietates negant verū.
que statum, sive coniunctionis cum
corpore, sive separationis ab eo
esse animam conaturalē, vel vio-
lentiam sed esse tantum indifferen-
tiam, vel neutram; ita Hér. quoniam
7. q. 1. 3. quem sequuntur Caiet. &
p. q. 2. art. 1. & Comimb. de An. Ita actuale, & corpus ab anima esse
separata disp. 3. art. 3. Alij affir-
mante verumque statū tam coniunc-
tionis, quam separationis esse a-
nimam conaturalē, illum tamen
principaliter dūno verò minus
principaliter, & quasi consequen-
ter; ita Suar. lib. 6. de An. cap. 9.
Buz. disp. de anima separata q. 5.
& ex multis Cauch. (sc. 1.) Alij va-
riè statum animę rationalis distin-
guentes, variè dubium tetoluunt.
Notandum 1. pro intelligentia,
quod triplex est anime status. Pri-
mus dicit permanentiam anime ra-
tionalis in corpore corruptibili, &

mortali, & incipit ab infanthia in-
corpus debicē organizatum, & p-
manet usque ad hominis mortem.
Secundus importat permanentiam
eiudem anime extra corpus, & à
panche mortis incipit usque ad diē
fi iudicij permanens. Tertius
dicit permanentiam eiusdem ani-
me in corpore incorruptibili, &
immortali, qui terminus beatita-
dinis in electis appellatur, & cer-
minus damnationis in praescitis.

Not. 2. ex Doct. in 4. cit. d. 43.
q. 2. duplice est inclinationem
naturalē, unam ad actum primū,
alteram ad actum secundum. Inclini-
ratio naturalis ad actum primū
est imperfecta ad perfectum, & co-
quedam, sive coniunctionis cum
corpore, sive separationis ab eo
esse animam conaturalē, vel vio-
lentiam sed esse tantum indifferen-
tiam, vel neutram; ita Hér. quoniam
7. q. 1. 3. quem sequuntur Caiet. &
p. q. 2. art. 1. & Comimb. de An. Ita actuale, & corpus ab anima esse
separata disp. 3. art. 3. Alij affir-
mante verumque statū tam coniunc-
tionis, quam separationis esse a-
nimam conaturalē, illum tamen
principaliter dūno verò minus
principaliter, & quasi consequen-
ter; ita Suar. lib. 6. de An. cap. 9.
Buz. disp. de anima separata q. 5.
& ex multis Cauch. (sc. 1.) Alij va-
riè statum animę rationalis distin-
guentes, variè dubium tetoluunt.
Notandum 1. pro intelligentia,
quod triplex est anime status. Pri-
mus dicit permanentiam anime ra-
tionalis in corpore corruptibili, &

mitatur potētiā essentiālē, cuius-
modi est inclinatio materie ad for-
mam substantialē, & corporis ph-
ysicalē. Secundum recipit à forma esse forma.
Tertiū organici ad animam, quibus
teat, vel neutrast; ita Hér. quoniam
7. q. 1. 3. quem sequuntur Caiet. &
p. q. 2. art. 1. & Comimb. de An. Ita actuale, & corpus ab anima esse
separata disp. 3. art. 3. Alij affir-
mante verumque statū tam coniunc-
tionis, quam separationis esse a-
nimam conaturalē, illum tamen
principaliter dūno verò minus
principaliter, & quasi consequen-
ter; ita Suar. lib. 6. de An. cap. 9.
Buz. disp. de anima separata q. 5.
& ex multis Cauch. (sc. 1.) Alij va-
riè statum animę rationalis distin-
guentes, variè dubium tetoluunt.
Notandum 1. pro intelligentia,
quod triplex est anime status. Pri-
mus dicit permanentiam anime ra-
tionalis in corpore corruptibili, &

communicat est: formale per informa-
tionem, & operationes visales, &
formales toti composto, homo. n.,
per animam rationalem nedū vir-
tualiter viuit, & operatur vita ve-
getativa s. generando, nutritendo,
& augendo; & sensuua audien-
do, videndo &c. sed etiam vita in-
tellectus

Intellectuali fibi propria . & intelli- parationis carec huiusmodi partē
gendo; & volendo. Differunt tamē cipatione, dicitur ex hoc capite im-
iste inclinations inter se , quia perfecta, & est doctrina clarissimā
prima habet violentum pro oppo- Doct. quolib. 9. lit. M. vbi ait: suo
sito , quia imperfectionem perpe- quidem proprio esse est eque perfecta
tuam ponit in eo, quod sic inclina- separata, & coniuncta, Sed coniuncta
tur ; Secunda verò caret opposito perfecta est esse totius participatiū, li-
violentie ita ut si anima etiam per- cèt non primariō, & quantum ad hoc se-
petud suspenderetur a comunicatiō- parata est imperfecta , quia caret ipso
tione huiusmodi operationum er- esse totius.

Faber 12. Meth. disp. 32. cap.
2. de hoc dubio differens , expo-
nendo sent. Doct. ait, quod si vio-
lentum, naturale, & neutrum pro-
pr. è lumenatur, status separationis
nec est animæ violentus , nec natu-
ralis, nec neuter, & ratio est, quia
iste differentiae per Doct. compre-
hendunt principio passiuo, & in poten-
tia passiuia alicuius subiecti funda-
tor, at anima respectu corporis nō
est passiuia, nec aliquam inclinatio-
nem passiuam habet ad illud, qua-
si ab eo perfectionem recipiat, sed
potius actiūam , cùm ei perfec-
tionem communicet , ergo respectu
corporis fundare nequit , nec po-
tentiam naturalem, nec violentiam,
nec neutram; Si tamen naturale nō
ita propriè sumatur , sed latiori
vocabulo. l. pro inclinatione natu-
rali alicuius formæ, vel agentis ad-
actum secundum, separatio animæ
a corpore est ei violenta, nam licet
inclinatio naturalis ad actū secun-
dum, quæ est inclinatio perfecti ad
perfectionem communicandam,
perpetuò suspendatur, non ponit
propriè violentiam in sic commu-
nicante perfectionem , quia nullā
ponit

ponit in ea imperfectionem, vide-
tur tamē pacere quamdam violē-
tiam iā propriè dictam, quia ha-
bet inclinationem actiūam ad cō-
municandam suam pfectiōnēm,
separatio, autē repugnat illi in-
clinationi ad actum secundum, cū
illam impediāt. Qaz. tacitū doc-
trina non placet Maſtr. & Bell. hic
dilp. 8. q. 1. art. 1. sed est lis parui
momenti, quam poterant relati
Doctores dissimulare. Quid autem
nobis dicendum? Et in tōt opinio-
num varietates,

Conclusio Prima.

Dicimus. I. Si anima secundum suum
effe obſoluum, confidetur; & naturale,
violentum, & neutrū rigorose accipi-
atur. Neuter ſtatus ſive coniunctionis,
ſive ſeparationis, eft naturalis, vel via-
lentus, vel indifference, aut neuter a-
nimae rationalis. Eft ad mentem Fabri
loc. cit. quāq[ue] ruet ex Doct. in
4. cit. S. De Tertia &c. & q. 4. lit. B.
& ita probatur: Naturalitas, vi-
lentia, & neutralitas fundantur in
paffo, in ordine, ad formā ex Doct.
in 4. cit. q. 4. ſed anima rationalis,
nō ordinatur ad corpus veluti pa-
ſum ad formam, ſed potius ē con-
verſo corpus ordinatur ad animā,
a qua recipit perfectionem in actu
primo, & ſecundo, ergo &c. Ma-
eſt Doct. & patet ex 2. Not. Mi. eſt
evidens nihil n. recipit à corpore
anima rationalis, cum per creatio-
nem recipiat effe independens ab
eo. Nec dicere valet ſaltē in sta-
tu coniunctionis recipere ab eo in
celligere, & velle, quatenus opor-

tet intelligentem phantasmata ſpe-
culari, ſimiliter & poſſe vitalites
operari, quatenus vegetatiuam, &
ſenſitivam à corpore mendicat, nā
talis conuerſio ad phantasmata
ve pluries dictū eft, potius imper-
fectionem ponit in anima cū ſic
status pñalit; ſimiliter & alia o-
perationes quāuis ſunt anima pñ
communicationem, non ſunt tamē
illius per informationem, nam vel
recipiuntur in toto composito, vel
in aliqua eius parte organica, ergo
anima rationalis nihil recipit à
corpore, ac proinde non ordinatur
ad ipsū ve paſsum pfectibile à p-
ria forma.

At inſtit̄ Bell. & Maſtr. docētes,
formam ſubstantialem ſuo quoque
modo materiam appetere, & nati-
ualē habere aptitudinem, & incli-
nationem ad eſſendum in materiæ
& hunc ſtatū illi afferre pfectio-
nem ſubstantialem, & hoc colligūc,
ex Doct. in 2. d. 14. q. 1. in calce,
vbi Scot. respondendo ad argum.
D. Thom. ait: forma unita materiq[ue]
ab ea recipit aliquā pfectiōnē, alioq[ue]
q[ue] anima beata fruſtra vniuet
corpori, ergo de mēte Subtiliss. ne-
dum forma à materia, ſed etiā ani-
ma rationalis recipit à corpore in
ſui uione pfectiōnē. Sed bona ve-
nia tantorū Doctorū talē respōſio-
ne Scot. adduxit rātū vel gratia diſ-
putationis, vel in ſent. aliorū quod
manifestē liquet ex illa ſequela q[ue]
ſ. anima beata fruſtra vniuet
corpori, quam tamen negat in q[ue]
diſ. 45. q. 2. S. Ad Primum principia
B b b b le ſub

le sed p. & aliquantus ratione erat. Cuius unitus animus ad corpus non est su- minister proper perfectionem corporis, vel animæ; sed proper perfectionem sonis effectu ex istis partibus. & ideo his certe nulla perfectio possit accrescere hinc partis, vel illi, que non posse haberi ne si tali unione, non tamē su frustra unio, quia perfectio totius estque principali- ter intenditur a natura, licet non posset haberi sine illo modo. Considerando igitur animam in essendo, & quod ad esse absolutum, & quæ perfectio est tam in statu coniunctionis, quam separationis, at ipsam consideran- do quod ad tñ relatum ad cor- pus, quod informat, dicitur perfe- ctior quatenus tunc participat de esse totius hominis, & in hoc sen- su locutus sumus hic lib. 1. in dubio illo, an status animæ in corpore sit perfectior, quidn extra corpus, ubi determinauimus cum D. Tho; sta- tum animæ cum corpore est per- fectiore.

Nec terrere nos debent verba Mastr. & Bell. quod in uniuersum forma substantialis suo quoq. mo- do appetit materiam, & natuam habet aptitudinem, & inclinatio- nem ad essendū in materia, & hunc statum illi afferre perfectionem substantialē, non inquam terre- re nos debent, nā etiā relati Doc- tores in phy. disp. 6. q. r. art. r. quos nos quoque scuti sumus, do- cuerunt naturam absolute loquen- do, tam principio actiō, quam passiō conuenire, primariō tamē, principaliter dici de passiō. Schoc

intellige voluit paberemate: na- turale, violentum, & neutrum si in proprio rigore accipiatur, statu separationis non esse solus naturalem, violentum, aut neutrum sed solum Naturale accipiendo la- cit in modo si pro inclinatione na- turali aliteris formis, vel agentiis ad actum fecundū, quo sensu can- tum separatio animæ a corpore est ei violentia, sed non violentia rigor- is; & est Doctrina Scot. in 4. d. 45. q. 2. sub 9. de dupliciti illa inclina- tione ad actum primū, si secun- dum, & pateret 2. Not. si pondera- da sunt illa verba Doct. qui loquē- do de secunda inclinacione quo ad actum secundū att: De 2. inclinacione & si perpetuo suspendatur naturalē vio- lentum propriè dicitur. Optime, quia violentam propriè est illud, quod correspōndet inclinaciō naturali- li quo ad actum primū, qualis est inclinaciō naturalis materiq ad for- matam, & Corpus ad animam. ergo sicuti violentum quo ad actū secun- dum, p comitatur poscentiam acci- dentale, non est violentum rigorosū, ita neque inclinaciō ad pfectio- ne cōmunicādam subiecto erit in- clinaciō naturalis rigorosa, sed solu- lata. Conclusio Secunda.

Dicimus 2. statum coniunctionis cum corpore mortali esse animie conaturalē, statu vero separationis ab eo adhuc magis connaturalē, statum tandem coniunctionis cum corpore immortali, & in corruptibili esse absolute omnium conna- turalissimum. Accipiendo tamen ly- naturale largo modo, & prouegre spicie

Apicie potestiam accidentalem, est ad sententiam Doct. & amplectitur a Master. & Bell. & Alijs. Tres habet partes, & quò ad primam est cui: dens. cpm. n. in hoc statu suum appetitū aliquo modo expletat, corpus ipsum actuando, & perficiendo illud reddens viuum, & animatum, talis status certè naturalis, & non violentus sensendus est; attamen, quia corpus pro statu isto est corruptibile, & consequenter non est materia animæ rationalis, quæ immortalis est ad qualiter proportionata, qua ratione illud informat amissibiliter, hac de causa talis status non est animæ omnino naturalis, in quo sensu Sapiens aiebat: *Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam.* Tunc quia ex tali coniunctione anima à suis nobilitibus, ac perfectioribus operationib. impeditur. Ps. 2. pars, nam in statu separationis est magis libera, & expedita ad intelligendum, nec recurrere indiget adphantasmata, & consequentes longè minor, est violenza, vel porcius iniuria, quam patitur in statu separationis, quam in statu coniunctionis cum corpore corruptibili. Quod si dicas in statu huius coniunctionis faltem expletur appetitus informandi corpus, qd inexplitus manet in statu separationis, ac proinde maiorem iniuriam patitur in tali statu. Non splet, in statu. n. separationis diuinus perseverat, quam in sub statu coniunctionis ad corpus corruptibile, quod illud explementum compre-

sat. Tunc quia in statu talis coniunctionis valde imperfekte talis appetitus expletur, cum non informeretur nisi amissibiliter.

Tertia pars patet, quia in tali statu coniunctionis perfectè omnis anima appetitus expletatur, & perfectè quocumque munere suo fungitur, siquidem perfectissimo modo corpus immortale informat. In amissibiliter, modoque perfectissimo operationes suas exercet id sensituas, qudm inesse possit, cum in tali statu aphantasmatis non pendeat.

ARTICVLVS SECUNDVS.

An rationalis anima, & Angelus sunt formæ simplices, spirituales, vel compositi ex materia, & forma.

Secundum quæstionem hoc resoluunt in 1. d. 8. q. 2. quem comprehendunt omnes eius discipuli sequentes, ut videtur est apud Fabrum in 2. d. 10. cap. 1. Anton. Sirec. in formâ spiritibus, Arer. Vulp. Bell. & Master. & Alij. Dux lunt circa dubium hoc præcipue sent. una est D. Bonavent. in 2. sent. d. 3. p. 1. art. 1. q. 1. 2. & 3. Ricard. art. 1. qn. 2. Alberti Magni art. 4. & aliorum assertorium Angelum, & animam esse compositos ex materia, & forma, & eisdem rationis cum materia rerum corruptibilium, & quidem Angelos esse corporeos, & habentes in unitate corpora, multi scilicet PB, & veteres Doctores autem erunt, ut videtur est apud Valsq. in 1. D. Th. disp. 178. cap. 2. Rada 1. p. Contraq. art. 2. Cauell. in Commenc.

B b b b 3 ad q.

ad q. 15. Scoti de Animi, Sacr. in Meth. disp. 35. sec. 3. & Alios. licet inter se sit opinates sint diuersi, aliqui .n. dixerunt huiusmodi corporea esse aerea, Alij verò subtilia, Alij tandem ex materia, & forma spirituali composita, & videtur fuisse sent. Platonis relati ab Aris. lib. 1. de An. à tex. 72. & seq. vbi etiam ipsum, & alios eiusdem opinionis subtiliter confutauit D. August. lib. de Hæresib. hanc opinionem tribuit Luciferianis Hereticis; at D. Hieron. in Epist. ad Pamachium, tribuit Origeni, Se hoc accipiendo corpus pro eo, quod eō stat ex materia, & forma; at accipiendo illud prout idem est, quod corpus subtile, multi SS. PP. sensisse videntur animam rationalem esse corporēam, eo modo, quo dicuntur etiam de Angelis, quam opinorū sōni improbabilem patrat ex nostris Cœnill. loc. cit. concil. 3. & de primo terū Princípio etiā ad metem Scot. & Rada cit. concl. 1. temet illam posse tenere sine periculo hæresis, vel erroris. Ceterum opposita sent. quod neque Angeli, neq. anima rationalis sint compositi ex materia, & forma, est verior, & cōmuniōrēam apud SS. PP. quam scholasticos omnes videre est apud D. Thom. 1. p. q. 65. art. 2. Scot. in 2. dist. 8. q. 2. & Alios;

Pro resolutione notandum est 1. ex Aristot. 6. Phys. has propositiones esse conuertibiles: omne corpus est compositum ex mate-

riā, & forma; & omne compositum ex materia, & forma est corpus, cū ergo Angelus sicut & anima rationalis refugiant genus corporis, & contineantur sub alio genere totaliter opposito ab ipso dissipato. s. sub substantia incorporeas, afferēdā est Angelos, & animas rationales esse incorporeas, & substancialias mere spirituales.

Not. est 2. Angelos; & animas possunt dici corporeas, potest intelligi dupliciter; uno modo proprias, & formaliter, alio modo impriment, & per comparationem ad actū purissimū; cuiusmodi est Deus. Primo modo Angelus, & anima rationalis nequeū dici corporeis, tarent .n. materia, & forma, ac etiam extensione, & diuisibilitate, quæ vel cōponunt, vel consequuntur ad esse corporis; Secundo modo possunt quodammodo dici corporei, quatenus aliquam admittunt compositionem, vel ex esse, & essentia, vt D. Thom. placet, vel ex p̄ficiō, & priuatiō; vt placuit Scot. in r. d. 8. q. 2. vel ex realitate, & realitate. s. ex genere, & differentia, quia ponuntur directè in prædicamento substantiæ, sub genere subalterno sibi proprio, putat spiritu; Deus autem habet esse actualissimum, quamcumque cōpositionem, vel componibilitatem, excludens; ex quo colligitur, quod licet Angelus, & anima sint immateriales, & spirituales, comparatione tamen ad ipsum Deum, appellari poterant corporei, & sunt doctrinæ

Disput. i i. Articulus Tertiūs.

565

doctrina D. August. lib. de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 2. vbi ait: *Universaliter statuitur, solum Deum unum incorporeum esse, & omnem creaturam, etiam Angelicam corpoream.* & infra: *Creatura omnis corporea est, Angeli, & omnes caelestes virtutes corporeae, licet non carnes subsistant.* Et in hoc sensu dicere possumus loquitos fuisse SS. PP. & Doctores pro prima opinione allatos. Quod si plus pretendunt, vel sunt negandi, vel explicandi, quod non fuerint ad mentem propriam loquuti, sed iuxta doctrinam Platonicorum.

Not. 3. ex Doct. in i. d. 8. q. i. Ad primum principale &c. & ex Antonio Sireta authore Formalitatū art. 1. quod cum simplicitas compositioni opponatur, tot modis dici potest ē simplex, quot modis dicitur compositum. Simplex dicitur quatuor modis; primo illud dicitur simplicex, quod nō est compositum compositione ex his, vel cū his, nec pariter componibile, & hoc modo solus Deus dicitur simplex; & omne aliud à Deo dicitur hoc modo compositum. Secundo modo simplex dicitur illud, quod non habet conceptum quidditatum, & qualitatuum resolubilem in plures conceptus priores se, & sic ens communissime sumptum, & eius modi intrinseci, ac differentiae ultimæ dicuntur entia simplicia. Tertio modo dicitur simplex, qd̄ opponitur compositioni ex re, & re, & sic materia prima, forma substantialis, Angelus, & anima,

& accidentia dicuntur etiam sicut simplicia, quia licet hęc componantur compositione cū his, non tamen ex his, quia nō dicunt aliquod tertium ex pluribus reb. saltem physice resolvens. Quarto modo illud dicitur simplex, quod non est mixtum ex quatuor qualitatibus elementaribus, & sic Cœlum, & quatuor elementa dicuntur corpora, simplicia, quia estō secundum veritatem sicut composita ex materia & forma physica, quia tamen cārē mixtione quatuor qualitatum actiuarum, dicuntur hoc modo entia simplicia, quibus superaddī potest ad mentem Doct. quintus modus, & dicitur simplex, quod opponitur compositioni ex positivo, & privativo, quo sensu solus Deus, cū sit undeque perfectus, nullam carentiam entitatis, & perfectionis admittēs, simplex dici poterit, & omne aliud ab ipsis ens compositum erit. Ad propositionem, Angelus, & anima rationalis dicitur simplices secūdo modo, tum quia compositi sunt ex genere, & differentia, tum etiam quia componibiles sunt cum suis operationibus. Nec tertio modo, quia cū in predicamento substantia reponantur, sunt resolubiles in conceptus generis, & differentiarum. Nec quarto modo, quia cū sine entia creata, aliqua carent entitate, ac proinde compositi sunt, vel componibilia, ex positivo, & privativo, dicitur tamē entia simplicia, salte physice primo, & 4. modo,

do, quatenus non consistat ex materia, & forma; nec sunt compositi ex quatuor qualitatibus elementaribus, ex quibus sequitur, quod sunt simplices physice, & compotiti metaphysice.

Not. tandem 4. ex doctrina Subtiliss. quod genus, & differentia in aliquibus sumuntur ab alia, & alia re, in quibusdā vero ex realitate, & realitate, quarum una sit potentialis respectu alterius, sic in homine V. g. ratio corporeitatis sumitur a corpore, ratio vero viventis sumitur ab anima, & haec dicitur compositio physica, quae constat ex corpore, & anima, ita ut corpus habeat rationem generis, anima vero rationalis habeat rationem differentiae. In compositione vero metaphysica ratione agentis, & differentiae sumuntur ex pluribus gradibus, seu realitatibus. quarum una sit potentialis, altera actualis, sic in homine ratio generationis sumitur a gradu secundo, quod constituit animal, ratio differentiae rationalis per quam differt a bruto; ita in proposito; in Angelo, & anima rationali, ratio potentialis erit spiritus, actualis vero talis, & talis spiritus. Ex quo apparet illud communis dictum, quod s. l. genus sumitur a materia, differentia vero a forma, non habet veritatem, semper accipiendo materiam, & formam formakiter, sed tantum aenalogice, neque a reb. vel a realitatibus se habentibus per modum materie, & formæ.

Opinio Seraph. Doct. loc. cit. consistit in hoc: Materia potest duplíciter considerari, scilicet secundum essentiam, & secundum esse; si primo modo consideratur, tunc attenditur nudè, quatenus priuata est omni forma, siue substantiali, siue accidentalis, & sic est una numero in omnib. reb. siue corruptibiliib; siue incorruptibiliib; tam spiritualib; quam corporalib. Si vero attendatur secundo modo, dicit analogiam, seu ordinem ad omnes formas, siue transmutabiles, siue non, & sic diuersimodè à Physico, & à Metaphysico consideratur. Phys. n. illā considerat ut ordinabile ad formas generabiles, & corruptibles, & sic est principium generationis, & corruptionis; Philosophus superior idest Astrologus, eā scripturatur, quod tempus est mutabilis ad sicutum tantum, & non ad formam substantialiem, & ita in Cœlo collocat materiam distinctam à materia, quae est principium generationis, & corruptionis. Metaph. tandem illam considerat pro ut est, fulcimentum formarum, siue substantialium, siue accidentialium, in ratione entis tantum, & hoc secundo modo dicendum est, materiam non esse unam, & ceteram corporalium, & spiritualium, corruptibiliū, & incorruptibiliū, sed aliam iuxta diuersitatem formarum. Subtiliss. autem negat quācumque materiam physicā in Angelo, & in anima quomodo cumque considerentur, siue secundum essentiam, siue secundum esse, & in eis collocat

collocat tantum materiam meta-
physicam, nempe realitatem gene-
ris cum realitate differentia, qui-
bus habitis.

Conclusio Prima.

Dicimus 1. Angelos quoscumque sive
bonos, sive malos, & Anima rationales
esse substantias mere spirituales, & in-
corporas. Colligitur ex sacro codi-
ce, & de Angelis patet ex illo ad
Hebreos 1. Omines sunt administrati
vri spiritus. & Psal. 103. Qui facit
Angelos suos spiritus. & plurimes alibi
de An. rationali patet etiam ex il-
lo Ecclesiast. cap. vlt. quando de
morte hominis. Quoniamque reveratur
in terram suam puluis unde erat, & spi-
ritus rediret ad Deum, qui dedit illum.
& Luce 22. In manus tuas Domine
commodo spiritum meum. Confirmari-
tur 2. ex Concil. laterani sub Inno-
centio 3. in capite firmeter de sū-
mia Trinitate &c. his verbis: ab ini-
tio temporis Deus ut ramque de
mihilo condidit naturam corpora-
lem, & spiritualem, Angelicam s. l.
& mundanam. Deinde humanam
quasi communem ex spiritu, & cor-
pore constitutam, & alibi. Confir-
matur 2. auth. SS. PP. vt videre est
apud D. Aug. lib. de Trinitate cap.
6. Diuī Ambros. de Noe, & Arca,
Dionis. de Cœlesti Hierarchia cap.
4. Greg. Papam lib. 4. Dealog. cap.
6. & 29. Nanzan. Nissen. Basilius.
Chrysoft. & multos alios docentes
omnes Angelos, & Anima rationales
esse mere spirituales, & cuius
cumque corporis expertes. Confir-
matur 3. ratione: nullum n. habe-

ti potest iudicium, quo cogamur
asserere Angelos, & rationales ani-
mas esse corporas, ergo &c. Pri-
oriter. si adesse aliquod iudicium,
vt hoc esset ex parte intellectus
vel ex parte sensuum, vel ex parte
partium essentialium, vt integrum
sed nullum iudicium reperitur
ergo &c. Ma. paret, siquidē ex omni-
bus entitatibus iudicis in homini-
ne corporeitas deducitur. Pr. mi-
nō est dicendum primum, nam
gradus intellectualis secundum se
excedit, & est independens a corpore
in sua operatione etiam in sent. A-
rist. 3. de An. tex. 15. aliter Deus
& anima separatae que conuenient
in gradu intellectuali, non possunt
intelligere, & velle absque conuer-
sione ad phantasmata, quod est fat-
lum. Nec secundum alteri potest,
quia operationes sensitivæ, vt visus
auditus &c. alienæ sunt ab Angelis
& anima separata, ergo & etiam
organia corporea, ex quib. prode-
unt. Neque tertium dici potest, sive
n. naturaliter incorruptibles, &
immortales sicut apud Chato-
licos, qui sudem profitentur, ergo
earent materia corruptibili, qualis
est radix corruptionis. Neq. qua-
rum, partes n. integrantes suppon-
nunt esse corporeum, sed quia iam
probatum est esse corporis ex per-
tes, sequitur quod nō habeant par-
tes integrantes materialis. Neque
habere possunt partes integrantes
spirituales, nam huiusmodi parens
vel essent homogeneæ, vel hetero-
geneæ, non primum, quia sic quaz
libet

tibet pars Angeli esset Angelus &c. Neque heterogenez, nam sic cuius-
bet parti heterogenez assignandū
est proptiam officium distinctū
ab officio alterius, ut patet in par-
tib. heterogenijs corporis huma-
ni, quæ operationes non apparent
in Angelo, & Anima rationali se-
parata, sed omnia exercentur per
intellegem, & voluntatē, quæ sunt
potentiae spiritualis.

Sed dices, ex sacra Gen. cap. 6.
habetur, filios Dei ingressos fuisse
ad filios hominum, & filios ex eis
procreasse, vbi septuaginta Interpr.
loco filiorum Dei, legunt Angelos
Dei; at Angeli Dei non potuerint
ad filios hominū ingredi, nisi cor-
poribus prædicti essent, ergo &c.
Et per filios Dei non debere intil-
ligi Angelos natura, sed officio, &
tales erant filii Sech, per Enos de-
scendentes, de quibus ibi Script. lo-
quitur, erant n. iusti, & tales no-
mine Angelorum interdū in scrip-
turis accipiuntur iuxta illud Mala-
chij cap. 3. de Io: Baptista: Ecce ego
mitto Angelum meum ante faciem meā.
Et Seraph. Bonaven. illud Apoca-
lip. vidi alterum Angelum descendē-
bō ab ortu solis &c. intelligit de Sera-
phico Patre nostro Francisco, ideo
mibil.

Ob. Ex Concil. Nicen. 2. act. 5.
in principio, vbi dicitur: Nemo, vel
Angelos, vel Dæmones, vel Animas di-
serit incorporeas, ergo &c. Et Concil.
toqui comparatio ad Deum, qui
est actus purissimus, non absolutè,
hinc D. Grego. lib. 3. moral. cap.

2. loquens de Angelis ait: Ipsi Hoc,
rum spiritus comparatione quidem no-
strorum corporum spiritus sunt, sed cō-
paratione summi, & incircumscripti spi-
ritus, sunt corpus. &c.

Conclusio Secunda.

Dicimus 3. Angelos & Animas ratio-
nales esse compositos me thaphysicē, & cū
his, Est Scot. in 1. d. 8. q. 2. & quo-
lib. 9. & communis virtutis schole.
Pr. quod ad primā partē: vbi est cō-
positio ex genere, & differentia
ibi est cōpositio metaphysica, sed
Angeli constant ex genere, & dif-
ferentia, ergo &c. Ma. patet ex di-
uis in Log. art. de cōpositiōne me-
thaphysica. mi. pr. Angelus & Ani-
ma conueniunt in substāria incor-
poreā tanquam ingenere proximo,
& differunt specie, ut infra patebit,
ergo &c. Pr. quod ad secundā par-
tem, nam tam Angelus, quam Ani-
ma componuntur ex proprijs ope-
rationibus, quæ in eis subiectātur,
ergo constant, etiam cōpositio-
ne cū his; & quia Angelus, & Ani-
ma sunt etiam finita, & limitata,
possunt aliquam recipere entitatē,
sibi compōsibilem, quam ad præ-
sens non habent, ergo etiam com-
poni possunt ex proprijs entitatib.
positiōnib, & ex privatione talium
entium &c.

Ob. Angelus, & Anima ratio-
nales separati mouentur de uno ad
alium locum, quod à nullo nega-
tur, ergo in eis debet esse materia,
Pr. conseq. ex Arist. 2. Meth. tex.
12. vbi ait: Sed materia in eo quod mo-
uetur intelligere necesse est. & in 8. Phi-
lipp. 4. 13. vbi ait: Omnia in te sunt
Digitized by Google

sic. tex. 15. infert, quod simplex q. i. docet Angelū, & Anima specie est, caret potentia passiva, ergo si distingui, quia Anima est vniuersalē Angelus, & Anima habent potentiam passivam ad motum localem, & actu mouentur, sequitur in eis materia Angelus q. 5. D. Th. I. p. q. 58. reperiri materiam; & ex Subtiliss. art. 3. Heneric. & Alij putant hoc in expositione textus Meth. cit. materiam esse duplē, vnam, quæ est altera pars compositi constituens cum forma unum per se, & dicuntur materia prima; alteram pro composito ipso, quæ nihil aliud est, quam subiectum receptiuū formarum accidentalium, & communiter materia secunda appellatur; Ad propositum, in eo quod mouetur substantialiter, exigunt necessariōd materia prima, cum ipsa sola sit subiectum vnicuique rei generabili, & corruptibili, ut Arilt. docet I. Phys. tex. 82. in eo autem quod mouetur accidentaliter, sufficit ad esse materiam secundam, id est esse quoddam totum, ut possit recipere in se, & sustinere formas accidentales. Quia igitur Angelus, & Anima non mouentur substantialiter, sed tantum accidentaliter, ideo non est in eis ponēda materia prima, sed sufficit tantum secunda.

ARTICVLVS TERTIVS.
An Angelus, & Anima rationalis differant specie, & hoc concessio- so, an sic etiam differant eorum potentiae.

SCor. in 2. sent. d. I. q. 6. lit. B. & seq. de hoc quæstio lat. is eruditè, & vberimè differit. Seraphicus Doct. in 2. d. I. p. 2. art. 3.

materiæ, Angelus vero non. Alexander de Ales p. 2. de sub- & actu mouentur, sequitur in eis statia Angelii q. 5. D. Th. I. p. q. 58. esse, quia Angelus non discurret in sui intellecione, Anima vero di- scurrit. Pro cuius resolutione not. est I. Angelos, & Animam distin- gui specie per vniuersitatem, & per discurrere, & non discurrere stat dupliciter, uno modo a priori, al- tero modo a posteriori; Primo mo- do non distinguuntur per talia pra- dicata, sed potius p proprias diffe- rentias constitutivas eorum esse, quæ consistunt in entitatibus abso- luti, & non in respectu ad mate- riā, vel discursum, talia n. s. s. prorsus extrinseca, & accidentalia, differentiaz vero specificaz debent esse essentiales illis, quorum s. s. differentiaz; At secundo modo be- ne sic possunt distinguiri per hoc, q. Angelus non vniatur corpori per informationem, anima vero sic.

Not. 2. ex Doct. loc. cit. & d. 6. q. 2. & in Prol. q. 4. lat. quod non requiritur ad discursum successio temporis, sed tantum naturæ, vnde principium discursus cognoscitur prius natura conclusione, cùm igitur Angelus possit hoc facere, non n. omnia vniico actu co- gnoscit, sicut Deus, nec a principio habuit cognitionem omnium obiectorum, quia & ipse potest acci- pere cognitionem a rebus in sensu. Subtiliss. lequitur, quod ex discursu,

Cccc lu,

sa, vel non discursu non possunt di-
tingui, nec à priori, nec à posta-
tiori.

Notand. 3. Potentias Angelicas, & Animæ, aempe intellectum, & voluntatem esse distinctas species, non quidem sicut duas species, sed sicut species, & pars speciei, quia Anima non est propriæ species, sed pars speciei. Pr. ratione: eadem sunt principia constitutiva, & distinctiva, sed sicut dupliciter, uno modo eas considerando ut sunt quædam entitas absolutæ realiter identificatae respectiva, ergo &c. ma. patet in eorum naturis, quæ specie distincta, resolutio de omnib. specieb. mi. est gauntur; alio modo prout obiecta, cūdens, entitates n. absolutæ nō includunt essentialiter respectus, formalia respiciunt, & quibus ex- trinsecè specificantur. Primo modo distinguntur species, ratione, siquidem prædicamenta sunt formaliter immixta ex dictis in log. identitatis realis, qua cùm eorum at initio ad materiam est respectus, naturis specificantur; Secundo modo, ergo &c. Tum quia distinctio species sunt eiudem speciei, quia habent idem obiectum sub eadem ratione, ergo &c. Tum quia distinctio spe- cificæ à priori datur per differentias formali. scilicet finitum, & in- nitatum, tam absolutum, quam- respectum, cuius terminus non est Deus ex Doct. in I. d. 3. q. 3. & quol. 14. & alibi. his visis.

Conclusio Prima.

Dicimus 1. Angelum, & Animam, differere species, non per informationem, & non per unibilitatem, & non per differentias absolutas nobis ignotas, & hoc à priori. Est Scot. in 2. cit. d. I. q. 6. B. vbi ait: Prima distinctio en- sis non est per naturam suam in qua- sum est principium talis operationis, sed per naturam suam, ut h. ec. natura, licet per identitatem ipsa sit principium talis actus secundi. & infra C. applicans doctrinam ad propositum; inquit: Ita dico in proposito, quod quia Ange- lus est talis natura ad se, & Anima talis

natura ad se, ideo primò distinguuntur species, non quidem sicut duas species, sed sicut species, & pars speciei, quia Anima

non est propriæ species, sed pars speciei. Pr. ratione: eadem sunt principia constitutiva, & distinctiva, sed sicut Angelus, & anima non constituuntur in esse per talia extrinseca, & respectiva, ergo &c. ma. patet in eorum naturis, quæ specie distincta, resolutio de omnib. specieb. mi. est includunt essentialiter respectus, & non unibilitas ad materiam, discurrere, & non discurrere non sunt differentiae essentiales, cùm sint omnino extrinsecæ, & actus secundi, potentias iam constitutas supponentes, ergo &c.

Conclusio Secunda.

Dicimus 2. si intellectus, & voluntas Angeli, sicut ex intellectus, & voluntas anime rationalis considerentur ut enti- tates absolutæ, distinguntur species; si vero considerentur prout dicunt respectum ad obiecta, non distinguntur species, sed esse possunt eiusdem speciei. Pr. quod ad priam partem: intellectus, & volun- tias Angeli, specificantur realiter cum essentia Angeli, sicut intellectus, & voluntas Animæ rationalis cum essentia Animæ, sed natura, & essentia Angeli distinguitur species à natura Animæ rationalis, ergo etiam eorum potentiae quod ad enti- tates

tertiae absolutas; quæ cum ipsis ei-
ficijs identificantur.

Pr. quod ad 2. partem: potentia
hoc modo distinguuntur per obie-
cta, sed obiectum est idem sub eadē
ratione formalis potentia Angelis,
& Animæ, ergo &c. mi. patet ex 3.
nocibili. Confirmatur: potentia
distinguita specie ab alia potest eli-
cere aliquos actus specie distinc-
tos ab omnibus actib. alterius po-
tentia, ergo si Angelus non potest
tales actus elicere, quin Anima ra-
tionalis hoc possit, non erunt spe-
cie distinctæ secundum potentias re-
spicientes obiectum. Patet ideo dis-
cursus, ideo potentia visiva distin-
guitur in ordine ad obiectum à po-
tentia auditiva, quia hec non po-
test ad omnes operationes poten-
tia visiva, quæ pro obiecto habet
colorem, vel lumen; at si potentia
auditiva tenderet ad actus poten-
tia visivæ, eliceret etiam visionem,
& haberet pro obiecto colorem,,
non sonum, & sic non esset distinc-
ta potentia. Sit in casu de potentia
intellectiva Angelis, & Animæ ra-
tionalis respectu obiecti ad quod
tendunt.

Objectiones.

Ob. Si essentia Angelis, & Animæ
differt in specie, ergo & potentia; si
potentia, ergo operationes; si opera-
tiones, ergo & obiecta, sed hoc est
falsum: ergo & id vnde sequitur; Co-
seq. patet ex 2. de An. 33. potentia
distinguunt per actus, & actus p
obiecta, Falsitas patet, qæ idem est
obiectum intellectus, & voluntatis

Angelis, & Animæ ex Dicit. in i. d.
3. q. 3. & quol' 14. & alibi. Re-
sponsio patet ex dictis; argum. in.
laborat in equivocatione de poten-
tiis absolute consideratis, & respe-
ctu in ordine ad obiecta, vnde
conseq. valet de ipsis absolute sup-
ptis. Arist. autem ipsas tunc con-
sideravit respectuè à posteriori, &
manifestatiuè, ideo nihil. Vel ne-
ganda est absolute conseq. & ratio-
est, quia non oportet si continetia
distinguuntur specie, etiam & con-
teta specie distinguuntur, & hoc pa-
tet de passionibus entis, quæ licet
reperiantur in distinctis specie, no-
tamen specie distinguuntur, ut vni-
tas hominis non distinguuntur spe-
cie ab unitate lapidis, licet homo,
& lapis plusquam specie differant.
Ita Doctor.

Ob. Ex D. Aug. 3. de lib. arbit.
Angelus, & anima rationalis sunt
natura paræ, sed paritas naturæ
non est in specie differentibus, ergo
Angelus, & anima non differunt
specie. P. cum Subtiliss. hic Aug.
non loqui de paritate naturæ ab-
solutæ, sed ratione obiecti, in quo:
Angelus, & anima natæ sunt quie-
scere, quarenus nulla intellectus
natura apta est quiescere, nisi in
obiecto infinito; vel inqui de pari-
tate naturæ in gradu generico, non
specifico, qui pro statu isto igno-
tus est à priori.

Ob. ex hac doctrina sequeretur,
quod quilibet Angelus esset nobi-
lior anima Christi Domini, ac p-
inde majoris beatitudinis capax;

& de facto beatior anima Christi, Anima differunt specie, ergo similiter & potentia, quæ fundantur in eis. Rr. Subtilis. primò neg. conseq. siquidem non est necesse, quod continentia differunt specie, etiam & contenta specie differre debeant. Anima n. bouis, & Anima Aquila; specie differunt, non tamen eorum virtus visiva. Subdit deinde etiam sustineri posse, quod potentia intellectus Angelii, & Animæ distinguuntur suo modo, sicut Angelus, & Anima, & parum refert, quod idem habeant obiectum, licet n. ex distinctione diuersorum obiectorum ad æquatorū, & primorū, deueniamus extrinsecè in notitiā distinctionis potentiarum, quæ se ipsis intrinsecè differunt, non tamē ex unitate obiecti, vel eius idētitate rectè deducitur unitas, & idētitas potentiarum, quæ circa idem obiectum versari possunt potentia specie diuersæ, ut constat de intellectu, & voluntate circa ens, & quāuis Arist. dixerit potentias distinctas per actus, & actus per obiecta, loc. cit. de An. nunquam tamen distinxit potentias uniri, & identificari, sicut obiectum. Bassol. in 2. d. 3. q. 1. huic sent. adhæret, Cauell. autē disp. 3. de An. sec. vlt. cū alijs Scot. amplectitur primā. Conimbr. disp. 1. de An. separata art. vlt. vtramq. putant probabilem. Mastr. & Bell. vtramq. amplectuntur, probabilitatem tamen iudicant, quod intellectus Angelii. & humanus eiusdem sint speciei, quod etiam de voluntate est alterendum, & est cōmunitas.

Ob. Angelus, & Animæ conueniunt in ultima differentia constitutiva eorum scilicet rationali, vel intellectiva, ergo non differunt specie. Rr. neg. antec. nam rationale, seu intellectuum non est ultima differentia Angelii, & Animæ rationalis, licet sepe per huiusmodi terminos explicetur.

Contra secundam conclusionem ita obiicitur: Si essentia Angelii, &

minor apud Scotist. & sequuntur ibi deest, sed solum remanere quod etiam Caiet. r.p.q.77.art.3.Ferr. ad actum primum. Alij ex opposit. & contra Gentes cap.94. Albert. i. to volunt in statu separationis non de An. cap. penul. & alijs. & estò nò solùm aboleri potètias omnes organicas, cuiusmodi sunt sensitiuæ & vegetatiuæ, verùm etiam intellectuæ. & quod ipsum agentem, qui est potentia inorganica, ea ratione moti, quia tunc cessat omnis eius operatio abstrahendi species à phantasmatib. quare eodem principio, quo negare solent intellectu agente in Angelis, eodem quoq; in Anima separata permanere negat.

Conclusio.

Nos verò cum Subtiliss. loc. cit. assertimus permanere in anima separata potentias omnes spirituales, & inorganicas, nempe voluntatem, & intellectum tam possibilem, quam agentem, sensitiuas vero, & vegetatiuas aboleri, non non solum quò ad actum secundum, sed etiam quò ad actum primum. Fuit etiā sent. D. Thom. p.p.q.77.art.8. & lequitur tota schola Real. licet circa distinctionem potentiarum ab Anima dissident. Commune fundamentum est, quia omnes potentia sensitiuæ, & vegetatiuæ sunt organicæ, & materiales, ac consequenter fundantur in composito ex Anima, & corpore, quo ut organo vrantur ad suas functiones cendendas; proindeque repugnat remanere post corporis destructiō nem etiam quò ad actum primum perfectum, & completum, estò nò Anima rationalis permaneat, corpus tamen destruetur; intellectus autem, & voluntas sunt potentiaz inop;

ARTICVLVS QVARTVS.

An Potentie sensitiue comitentur Animam rationalem à corpore separata.

SCot. in 4. sent. d. 44.q.2. §. Ad questionem &c. responderet cum distinctione, ut modò pacebit. putarunt aliqui DD. omnes potentias non solum intellectuas, sed etiam sensitiuas, & vegetatiuas Animam rationalem comitari in statu separationis, ita Nominales, qui autem omnes potentias tam cognitiuas, quam appetitiuas non distingui realiter ab Anima; addunt tamen potentias sensitiuas nullum habere actum in eo statu, cum in suis functionibus organo corporeo indigeant, quod

Inorganicas & immateriales, ideo-
q; destruendo corpore, adhuc in sua ratione identificantur, realiter com-
integritate remanent, que ratio Anima intellectiva, & in hoc sensu
de veris; intellectu militat tam de accepte remanent in Anima ratione
passibili, quam de agente; & ratio nali separata; at secundum modo dicitur
est, quia ipse quoque intellectus astringuntur realiter, non utique ade-
gens non minus potentia spiritu-
lis est, & inorganica, quam possi-
bilis; & quomodo Anima separata
non retineat phantasmata, adhuc praesicè principium illud operadis
tamen intellectu agente viritur ad quod est in Anima, nisi partialiter,
immediatae species abstractae ab sed est compositum ex tali princi-
obieatis ipsis materialib. ex Doct. pio, & ex forma mixta, unde princi-
in 4.d.45.q. 2. S. Contra istam &c. pium sensationis non est praesicè.
& eadem ratione affirmat de An. forma mixta, nec illa anima per-
gelo in 2.d.3.q.ii.

At tamē quia Scot. afferit cū No-
minalib. omnes potentias esse idem
realiter cum Anima intellectua in
homine, ut patet ex dictis ex 1. d.
1.q. 6. & in 4.d.44.q. 1. S. Circa qua-
sionem &c. ubi docet sensitivam, &
cum intellectu, ideo in 4. cit. d.
44. q. 2. S. Ad questionem &c. clare
explicat quomodo haec duo simul
coharent, quod potentia sensitiva
et identificantur cum Anima in-
tellectiva, & tamen cum Anima
separata non remaneant, quod sic
declarat: potentia organicae dupli-
citer considerari possunt, uno mo-
do, per perfectione illa anima, que
est principium operandi ex parte
Anima, & potentiam sensitivam
partialiter copler; alio modo pro-
toto confunctor inidente perfe-
ctionem illam Anima, & aliā per-
fectionem corporis mixti, illi ad
operandum correspondenti, potē-

& sic potentia sensitiva r. g. est quod-
dam essentialiter includens perfe-
ctionem illā Anima, & perfectio-
nem corporis mixti, ex quo sequi-
tur, quod sicut ipsa sensatio est præ-
sionem &c. ita etiam proximum suscep-
tum; Vnde ratio suscipiendi non est A-
nima vel aliquid, quod praesicè est
in Anima, nec forma mixtionis in
organo; sed forma totius compo-
siit ex corpore mixto, & Anima
& talis perfectio est proxima ratio
recipiendi sensationem, & dicitur
propriè potentia sensitiva.

Objectiones.

Contra hanc decisionem insur-
gunt Nominales contra Scotist. ve-
gentes tali pacto: Quia realiter idem
tificantur per nullam possunt po-
tentiam separari, sed potentia sen-
sitiva, & vegetativa identificantur
realiter ex Doct. ergo &c. Respō-
sio patet ex dictis, quomodo po-
tentiae

Disput. 11. Articulus Quartus.

575

cōtrist. animæ identificantur cum anima, non prout adæquate accipiuntur, & de illis potentijs compleatis, sed de illa perfectione, seu gradu metaphysico, ut diximus in 2. lib. disp. 3. art. 9. in calce.

Ob. Ex Arist. 1. de An. 65. habetur, quod si senex acciperet oculum iuuenis, perfectè videret sicut iuuenis, ex quo deducitur, quod organum visus est, quod tenescit, non potentia ipsa visuæ, ac proinde non distinguitur ab Anima. Rz. ex hoc solum deduci, quod partialis perfectio Animæ, quæ simul cù forma mixti concurredit ad constitutandam potentiam visuam integratam, & completam, numquam secessit, est n. realitas anime intellectivæ, ideoque si forma mixta, quæ est altera pars Animæ sensientis, semper in suo esse perfecto permaneret, potentia visuæ, quæ est ex illis cōflata semper perfecta maneret, & numquam langueret.

Ob. Memoria est facultas sensitiva, sed hęc remanet post mortem, cùm Animæ defunctorum præteriorum recordentur, ut videbimus ergo &c. Rz. ex di&tis, quod præter memoriam sensitivā in hominē, datur quoq; memoria intellectivā, & hęc remanet in Animæ separata, non illa ex Doct. in 4.d. 45. q. 3.

Ob. Remanent in statu separationis species sensibiles, aliter anima separata nō haberet cognitionem singulareum sensibilium, quæ prius nouerat, ergo eadem ratione

permanere debent in Anima separata potentia sensitivæ. Rz. neg. al. seroptum, nam rerum singularium non solum dantur species sensibiles, sed etiam intelligibiles ex dictis, & iste remanent in anima separata, quarum virtute cognoscit singularia sensitibilia.

Ob. Potentia ab anima fluente, non à corpore, ergo etiam in anima subiectari debent. Pr. consequam potentia vitalis, sicut & actus ipse vitalis in eodē subiecto, à quo fluit residere debet. Rz. neg. antec. quāvis n. sensitivæ potentia principaliter ab Anima fluens emanat quodq. à forma mixta adæquate, ac proinde in composito ex Anima, & corpore tanquā in subiecto adæquato recipi debent; & licet communiter facultates cognitionis dicantur potentia Animæ, & nō corporis, tamen tales dicuntur denominatione sumpta à parte principaliori, quæ est Anima, reuertatamen dici quoque debent potentia corporis, cùm etiam forma mixta ad eius integratatem concurredit.

Ob. Dabitur in Anima separata dolor, iuxta illud Euang. Erat fletus, & stridor dentium &c. item in Inferno datur p̄na sensus in cōmunitate. Theologorū, ergo &c. Rz. Scot. in 4.d. 44. q. 2. Ad questionem &c. ex D. Aug. de Ciuit. Dei 14. cap. 15. quod dolor est passio consequens apprehensionem sensitivā, & in appetitu sensitivo fundatus, tristitia vero est p̄priè in appetitu intellectu.

intellectivo, seu voluntate, & consequē apprehēsionē cuētus alicuius obiecti noliti. Primus népe dolor p̄priè dictus nō est in Angelis & separatis, sed solum secundus s.l. tristitia, quæ est de objectis nolitis, vñdè per fletum, & dentium stridorem in Anima separata intelligi debet tristitia, quæ illi euenit ex nolitione obiecti disconuenientis; & in hoc etiam sensu explicant aliqui DD. in Anima separata pñnam sensus, quod tamen non placet, quia sic etiam pena damni dici posset sensus, qui ab Anima apprehenditur, vt quid si bi disconueniens, ex qua apprehēsione sequitur tristitia in voluntate. potius ergo dicendum est, quod pñna sensus propriè loquendo est pñna corporalis, seu quæ apta est sensum ipsum afficere, sicut sunt pñna prouidentes ab obiectis extinsecis vt ignis, vel alia D. Iustitiae instrumenta ad dannatos cruciandos. Quomodo autē talis pñna possit spiritus, & Animas separatas cruciare, est negotium Theologicū, pro quo videri poterit Subtiliss. in 4. cit. satis diffūlē, & eruditè circa hāc difficultatē differēs.

ARTICVLVS QVINTVS.

De his, que Anima separata cognoscit, & quomodo.

Soc. Art. hunc resolutit in 4. d. 45. & q. 1. & 2. & alibi frequētē ad cuius locū p̄mittimus exercitium intelligendi quantum est ex natura sua abstrahere à corpore, &

à sensib. & à quæ bene exerceri posse, & sensuum ministerio, & absq; illis; & ratio est, quia dependentia a sensib. pro statu isto nō est essentialis, sed ei accedit ob potentiarū connexionem, qua distoluta, neccitas talis dependentiæ cessat; ex quo capite sequitur, quod Anima separata perfectiori modo intelligit, quam coniuncta, cùm talis modus intelligendi sit à materia eleuatus, & ab actib. corporis independens, cum hoc tamen stat, qđ in tali statu etiā cōponendo, & discurrendo intelligat, contra Caiet. qui p.p. q. 89; art. 5, affirmat Animā separatam sine cōpositione, & discursu intelligere, ex illo principio, qđ D. Th. q. 24. de veritate art. 11. docuit, Anima separata intelligere modo Angelico, a Subtiliss. est ad oppositū q. 4. Prolog. vbi loquēs de intellectu Beati vult eum intellegere componendo, & discurrendo, licet perfectiori, & excellentiori modo; cuius ratio est, quia intellectus Beati nō est actus purus, sed potentialis, & plurimum actuū receptius, & discursus naturæ ordinem exigit, non durationis, atq; ideo sufficit, vt principium discursus sit prius naturaliter notum. Tū quia actus intelligendi Animæ separatae est finitus, & limitatus, & pendet essentialiter ab obiectis ipsum specificantib. ergo à parte rei multiplicatur ad multiplicationē scibilium, cū igitur simplices termini, principia, & conclusiones sine diversa scibilia, & discursus scibiliatatis

tatis rationes habentia, nequit intellectus separatus unico actu res apprehendere, componere, & iudicare. Confirmatur tandem quia idcirco intellectus D. ponitur unico, & simplicissimo actu attingere simplices terminos, principia, & conclusiones sine discursu propter infinitatem, & sui actus i. limitationem, ergo quia intellectus Angelicus, & humanus etiam separatus est finitus, potentialis, & limitatus, necesse est ut cum discursu res percipiat; qua ratione Scot. in 2. d. p. q. 6. lit. A. & d. 7. vñ. lit. G. ponit discursum in Angelico intellectu. Tum tandem quia saltem circa res possibles, quarum non habet species, poterit discurrere ex his, quæ anteā immediatè nouit.

Sed contra hanc positionem instari potest aut. D. Aug. 11. de Trinit. cap. 16. vbi de intellectu Beati differens, ait: *fortasse non erras ibi volubiles nostræ cogitationes ab alijs in alias euntes, & redeuntes, sed scientiam nostram unico videbimus intuitu.* Et quod licet Anima separata nobiliori, ac expeditiori modo intelligat; non tamē unico actu omnia illa cognoscibilia percipit sine compositione, & discursu, sed ex eo quia tunc intelligit absq; sensuum ministerio, & sine conuersione ad phantasma, ac consequenter breuius, & celerius intelligit. Tum quia tunc omnia per proprias species cognoscit non per alienas, accipit n. eas immediatè ab obiectis ipsis sive substantialia sint, sive accidentalia.

Ex quo etiam sequitur, quod non indiget tâ laborioso discursu, nec tanta & cum multiplicitate, ut in hoc statu indiget propter colligationem cum sensib. vbi sapientia eius intellectio perturbatur, decipitur, & ab intelligendo cessat, & ideo rationabiliter dicebat Sapiens: *Corpus, quod corruptitur aggrauat Animam.* ex qua tamen solertia & prætitudine nō bene infertur, quod si ne compositione, & discursu intelligentia, cum talis modus intelligentiæ nō conueniat Anima nostra tatum ab extrinseco ex sola sensuum concomitantia, sed ab intrinseco ex debilitate luminis naturalis, & limitatione potentiaz nostræ. Etiā in hac vita alios experimunt alijs prontiores, & solertiares ad intelligentium, & breuiori discursu plura assequi, quod provenire potest vel propter ingenij maiorem præstantiam, vel ob maiorem attētionem, vel quoq; propter maiorem exercitationem, & fortè hoc innuere voluit D. Aug. miram s. prætitudinem, & celeritatem, quam habet Anima beata in deducendo vnum ex alio, & quasi unico actu hoc facere videtur. Si autem alius est sensus D. Aug. ait Scot. q. 4. Prolog. lit. B. dicendum est non fuisse assertiuè loquutu, sed dubitatiuè; & si absolute loquutus est, exponi debet de Visione beata in ordine ad obiectum beatificum præcisè.

Sciendum 2. quod difficultas nō est, nū Anima separata cognoscat omnia, quæ anteā cognovit in sta-

tu coniunctionis, neque an possit acquirere cognitionē alicuius prius ignoti, in hoc n. coherentia omnes affirmatiæ; sed difficultas est de modo intelligendi, nam D. Tho. p. p. q. 89. art. 4. & disp. de An. q. 9. art. 20. docet vniuersaliter animam separatam cognoscere per species illi à Deo infusas in statu separationis, tam illa, quæ ante nouerat, quam illa, quæ ignorabat, cuius fidametalis ratio est, quia Anima separata non potest cognoscere modo naturali per conversionem adphantasmata, & ministerio sensuum, quibus in eo statu est destituta, ergo ne otiosa remaneat, necesse est, quod intelligat per illum modum, quo substantiaz abstractæ intelligunt, nempe per species à Deo infusas. Riu. Moris. & quamplures Recentiores putant non esse necessarium tam insulsum specierum ad cognoscenda, quæ ante nouerat in statu coniunctionis, sed sufficere species in tali casu acquisitas, species vero infusas necessarias esse pro cognitione eorum, quæ prius ignorabat, cum illas accipere nequeat ope intellectus agentis. Aversa concedit animam separatam, sicut & Angelum posse etiam species accipere ab obiectis spiritualibus, non tamen a materialibus, & ideo saltè ad istorum cognitionem necessariam putat infusionem specierum à Deo. Alij autem tales nouas species necessarias utique esse, sed non necessariæ à Deo infundendas, sed ex

natura ipsa Animæ tamquam passiones ab essentia in statu separationis emanaturas, sicut ab initio emanant potentiaz ab essentia. Subtilissimæ tandem cum suis in 4. d. 45. q. 2. vniuersaliter hunc insulsum, vel effusum specierum negat, docens pro cognitione rerum, quas aheo nouerat anima, sufficere species antea acquisitas in statu coniunctionis, pro cognitione vero aliorum, quas successivè cognoscit, sufficere species à rebus ipsis acquisitas ope intellectus agentis.

Conclusio Prima.

Dicitur I. Animam separatam cognoscere omnia, quæ ante nouerat per easdem species prius acquisitas. Est Doct. in 4. d. 45. q. 1. Patet ex dictis, Anima n. in statu separationis retinet quæcumque necessaria sunt pro intellæctione illarum rerum, scilicet potentiaz intellectuæ, & species intelligibiles earum, quæ sunt integræ principia cognitionis. Tum quia ut dictum est, exercitium intelligentiæ quanum est ex natura sua abstractæ à corpore, & à sensib. nam colligatio potentiaz intellectuæ cum sensibus est accidentalis, & magna ex parte penalis, non ei connaturalis; si ergo secum habet species intelligibiles rerum cognitarum, ut etiam ipse D. Tho. fatur, ad quid iterum ad nouas species infusas confugere? Ruit. Thomist. licet anima tales species asperget, illæ tamen hò sunt sufficientes pro cognitione rerum, quas representant, nam in intellectu conjuncto

iuncto non sufficit ad intellecione species intelligibilis sinephantasmate, talis autem species non est perfectior in intellectu separato, quam coniuncto. Non valet, quia ut bene huic instanti Subtiliss. occurrat, actus specierum haberi potest absque concursu phantasmatis absolute loquendo, sed requiritur pro statu isto propter connexionem potentiarum superiorum, & inferiorum in agendo. Tum quia si tales species in talem statum asportatae sunt, & ad illum intelligendi modum ineptae, oriosae iam permanebut, consilium ergo esset illas negare, quam hinc inde asportare, si ad nihil interuire possunt. Tum quia sequeretur duo accidentia eiusdem speciei in eodem subiecto repetiti, nepe specie insulam, & specie ante acquisitionem eiusdem obiecti, quod Sanctus Doct. negat, prout ad hominem arguit Scot.

Ob. anima in eo statu perfectiores habet cognitiones, ergo & perfectiores species, si n. non sunt perfectiores, ex quo capite perfectiore cognitione eliciantur. Neg. conseque potest n. perfectiorem cognitionem elicere vel per nouas species ope intellectus agentis acquisitas, quæ V. g. substantiam representant sub propria specie, non specie aliena, ut sit in statu viae, vel per eisdem species intellectus perfectiore habere potest cognitionem, quia perfectius illis speciebus vicitur, in eo n. statu promptior, & expeditior ad operandum est intellectus, qua-

tenus a sensuum pondere est solutus, sicut etiam inter homines habent, quod qui vegetori ingenio pollet, ex ipsis, & similibus speciebus perfectiores elicere discursus.

tionem ſuam à prima, ſed tantum haberet effectum cum ordine quodam eſſentiali ad primam, & hec eſt doctrina Subtiliſſ. loc. cit. & prgfertim in 4. d. 43. q. 3. vbi doceat cauſam ſecundam nō indigere tali influxu prævio, quia eſt completa in ordine ſuo, & habet ſufficientem virtutem in eſte quieto; non tamen ex hoc negare voluit cauſam ſecundam formam reſpectiuam recipere in actuali motione à cauſa prima, ipſam ſ. actionem, quæ in ſecunda noſtra eſt forma reſpectiuā, & in hoc etiā ſenſu Faber, & Schemma Scotum explicant, quod l. cauſa ſecunda nullam formam abſolutā recipiat de novo in ipſa actuali motione, & admittunt recipere reſpectiuam; & in hoc ſenſu etiam antiquiores Scoti. intelligēdi ſunt, qui omnes aſſeruerunt actionem eſte in agēte, & dependenter à Deo in ipſo agentे rufultare; & in hoc etiam ſenſu loqui deberent Neuterici, & admittere hunc influxum, à Deo in cauſam ſecundam, non quidem præium, & antecedentē, ſed ſimultaneum, & comcomitantem; Sed quia ipſi nolunt actionem in agentē ſubiectari, & recipi, ſed in paſto, ideo conſequenter dicunt ſufficere influxum in effectū ad tam ſubordinationem cauſe ſecundæ ad primam ſeruandam.

Confirmatur ratio: Non poſteſt dependentia hec eſſentialis in cauſando conſilere in actione, qua cauſa ſecunda cōſervatur à prima, nam poſteſt cauſa ſecunda conſervari

bari à Deo, & tamen non actu operari; vt diximus de igne illo Babylonico, qui actu à Deo conservabatur, & tamen non operabatur, tres illos pueros cōburendo. Neque consistere potest in cōcurrū simulanteo, quo prima causa cum secunda immediatē attingit effectū, quia per talē cōcurrū redditur quidem effectus à prima causa dependens, non tamen ipsa causa secunda quatenus agens, ergo vt etiam ipsa causa, quatenus agens dicatur à Deo essentialiter dependens, necesse est, vt actionem ipsam à Deo accipiat in sensu iā explicato. Rnt. Neut. quod causa secunda dr. dependens à primā, non solum propter simultaneum concurrū ad effectū, sed etiam propter modum operandi diuersum, nam causa secunda ita exigit simultaneum cōcurrū causæ primæ, vt sine ea impossibile sit operari posse, è contra verò prima causa licet secundæ cōfortum admittat, se sola tamen eumdem ipsum effectū absq; ea attingere potest, quia igitur causa secunda nec operabitur, nec operari poterit sine prima, hęc verò maximè sine secunda, hinc oritur dependentia essentialis causæ secundæ à prima absq; vlo influxu in causam secundam.

Non placet, & ratio est, quia in productione quorundam effectū causa prima non potest operari si ne secunda, & præsertim quod ad actus vitales in sent. etiam ipsorum Adversariorum, afferentium, quod

Deus non potest actum vitalē producere in causis secundis absq; ipsorum concursu, & tamen non potest hoc dicimus causam primam in causam effectorum productione mutuò secundæ subordinari, & ab ea in agendo dependere, ergo modus operandi causæ secundæ sic simultaneum concurrū exigens causæ primæ, vt sine ea nequeat effectum attingere, sed bene è contra, non est sufficiens pro explicatione essentialis subordinationis causæ secundæ in agendo ad causam primam sed addi debet, quod nō potest causa secunda cum prima concurre ad communem effectum, nisi media actione, quæ ab ipsa creatura procedi nō potest sine influxu Dei, qui in causam ipsam secundam recipitur, quæ subiectum est actionis, tion antecedens, & præius spectans ad actum primū, sed simultaneus, & concomitans spectans ad actum secundum.

Explicatur magis, & corroboratur conclusio. Supponendum est, q; causa secunda siue concurrat ad effectum per actionem distinctam ab actione causæ primæ, vt probabilius assursum, siue per eamdem, semper verū est apud omnes, quod non solum effectus causæ secundæ, sed etiā ipsam actionem debet à Deo immediatē pendere, cum etiam ipsa sit ens creatum, & per participationem, sicut effectus; quare Deus non solum concurrit ad effectum causæ secundæ, sed etiam ad actionem, qua ipsa formaliter agit, & effectus;

effectum producit. Certum est etiā in schola Subtilium actionem esse in agente velut in subiecto, & per actionem causam mutari, & de non agente fieri agentem, ergo Deus quatenus influit immediate in actionem receptam in causa, formam causans in subiecto, quā prius non habebat, dicitur eam mouere. Ex qua doctrina sic formatur ratio: Quandocumque subiectum transit de forma ad formam, dicitur mutari, sed in casu, causa secunda sic se habet; recipit .n. nouam relationem actionis, & sit de non agente agens, ergo verè dicitur mutari, & agere ut mota; sed quia ad istam motionem, & determinationem, concurrit Deus, cùm nullus sit motus, vel actio sine Deo, ergo causa secunda moueri, & determinari nō potest, nisi etiā Deus illas moueat, ac determinet, nō quidē antecedenter, sed simul, & concomitanter.

Paret etiam hoc evidenter de causis liberis, omnis .n. causa libera ex sui natura indeterminata, & indifferens in actu primo seipsum determinat, & mouet physicè in actu secundo, producendo in se ipsa actionem immanentem determinationis, & volitionis, quo actu emutatur, & sit de non volente voluntis; At se determinare, & vellet, non potest, nisi Deus ad talem determinationem, & volitionem concurredat, cùm talis determinatio gressens creatum, ergo Deus aliquid agit in talem causam, & non sicut in effectum eius extra, & cōsequē-

ter bene dicitur, quod causa secunda agit, & operatur in quantum mota à prima. Hac ratione coadūt Suar 1. lib. de auxilijs cap. vlt. cōcessit tādem Deum mouere, & determinare causas secundas liberas, licet nō sine ipsis. En conclusus cōcomitās, & simultaneus, q̄ est lēne, nostra. *Obiectiones.*

Thomistæ multa congerunt argumenta, sed minus feliciter iudicio meo. Sic igitur vniuersaliter argumentantur: Si causa secunda non præmoueretur, ac phisicè prædeterminaretur ad operandum à prima, sequeretur, quod causa secunda esset primò se mouens, & primum se determinans ad talem operationem, sed hoc est falsum, ergo &c. p. neg. seq. quia .n. causa secunda agit semper dependenter à Deo, sine quo agere non potest, & Deus semper operari potest sine causa secunda, indē sequitur, quod causa secunda non potest dici primum mouens; Neque ex hoc benè deducitur, q̄ causa prima debeat secundā prædeterminare influxu physico antecedenti, & ad actuū primum spectante, sed latius erit cōmitanti, & ad actuū secundum accinente. Potest etiam admitti, quod causa secunda præmoueat, & prædeterminat à prima, si tamē ly p̄, dicat solam prioritatem à quod, non in quo, iuxta doctrinam Subtiliss. in 1. d. 8. q. 5. vbi ait, Deus prius naturaliter causare, quād causa secunda; & dist. 36. ait, non prius esse effectum à causa prima,

ita, quam à secunda, sed simul ab utraque in primo loco, per prius naturaliter intelligit solam prioritatem à qua, in secundo loco loquitur de prioritate in quo.

Ob. Causa secunda non potest agere, quin Deus simultaneè cum illa agat, ergo debet ab eo præmoueri. Pr. conseq. quia quando duæ causæ coagunt ad aliquem effectum, vel una alteram mouere debet, vel utraque moueri debet ab aliquo tertio, alioquin lequeretur, quod simultas illa cōcurrūt. causa Prima, & secunda casualiter Deo eveniret, & cæco, & ignorāti modo influeret, quia nesciret quando causa secunda esset suū concursū adhibitura. p. neg. cōseq. cum sua probatio. ratio est, quia cùm Deus sciat V. g. naturam ignis esse, quod comburat sufficenter applicatus, si generalis cōcurrūt ei tribuatur, & cognoscat etiam illū hic, & nunc esse sufficenter applicatum, nullo modo dici potest, quod casualiter, aut cæco modo cum igne ad talem combustionē concurrat, nec alia qualitas prævia necessaria ad hoc videtur. Accedit, quod distinctissimè Deus ab ēterno scit scientia visionis in Decretis Diuinę volūtatis suę, ubi, quādo, quomodo, & in quibus circūstantijs suū concursū præstiturus sit causis omnibus secundis tam liberis, quam naturalibus.

Ob. Causa secunda subordinatur essentialiter primæ non solum in effendo, sed etiam in operando, er-

go prius natura intelligitur, quod causa prima operetur in secundam, quā, quod hæc causa operetur, patet antec. siquidem causa secunda eo ipso, quod talis causa est, etiam in operando subordinari debet in genere causæ efficientis primæ causæ physici. conseq. probant, nam causa, quæ alteri in operando subordinatur, non potest operari, nisi ab illa causa præmoueat, cui subordinatur. Neutrales respondent neg. conseq. nam ad subordinationem saluandam causæ primæ in effendo sufficit indigentia conservationis, ad saluandam verò dependentiam in operando sufficit indigentia cursus simultanei, ad quod non opus est ad talem concursū prærium configere, eo .n. ipso, quod causa secunda nequeat se sola independenter & prima causa operari, habetur iam adæquatius conceptus subordinationis, talis causæ secundæ in operando, quia non sunt entia multiplicanda sine necessitate. At distinctius respondemus nos, afferentes ad saluandam talem subordinationem præter indigentiam simultanei cōcurrūt ad effectum, esse necessarium influxū Dei in causam ipsam secundam, non tamen prærium, & antecedentem, & quasi ad actum primum spectantem, sed concomitantem, & ad actum secundum pertinentem, quo sensu bene saluat̄ur causam secundam etiam in quantum agentem à prima dependere, & non agere, nisi vt motam ab illa.

Ob. Secunda: cauſe quatenus attingunt esse proprii effectus ſunt instrumentum Dei, ergo opus eſt, quod mouetur ab illo priuè natu- ra, quod attingunt ipam esse cu- luslibet effectus. qz. neg. antec. ma- xima. n. eft differentia ex Doct. in 4. d. 1. q. 1. inter cauſam ſequendam, & instrumentum rigorōſe acceptū, ſi hoc actiuū potatur reprobatur effec- tus principalis agentis, instrumentum .n. neceſſe eſt, ut virtutē agen- di, aut actualē ſubieuationem re- cipiat per actualē motionem a- gentis principalis, ac proinde ne- ceſſe eſt moueri, antequam agat, et cauſa ſecunda non ita ſe habet, ſed fine prævia motione, vel ſublie- uatione effectum ſuum attingere, po- refit per connaturalē agenti vir- tute, quam in eſſe quieto poſſidet, hinc eſt, quod si aliquando cauſa ſecunda instrumentum Dei appelle- latur, hoc in tali ſenu eft accipien- dum, quod ſicut instrumentum co- curſu cauſe principalis indiget, ſic etiam cauſa ſecunda concurſu cau- ſe Prima necessariō indiget.

Ob. Caufa necessaria de- termi- nata quidem ſunt ad vnum effectū in ſpecie, nō tam in individuo, ergo huiusmodi cauſa prævio indi- gent concurſu, quo ad ealem effec- tum individuo determinetur. an- tec. ferē ab omnibus conceditur, conſeq. pater, nam talis determi- natione non poſteſt à ſimultaneo Dei concurſu haberti, ergo à prævio. qz. neg. conſeq. non .n. benē ex hoc capite necessaria deducitur phyſi-

ca cauſa prædeterminatione, ſiquidē ex dictis determinatione cauſe natu- ralis ad effectum in individuo, vel ha- beri poſteſt ex determinationis cir- cumstantijs loco, paſſo, & tem- po, vel probabilius. ex limitatione Diuini influxus ſimultanei hic, & nunc exhibiti; Hinc licet influxus Dei ſimulaneus ſit aliquid extra- cauſam ſecundam, & influxus cau- ſe ſecundae ſit de ſe indifferens ad plures numero effectus; attame n. eo ipſo, quod influxus ſecundae cau- ſe cum influxu prime coniungitur, ex tali coniunctione determinatur ad hunc numero effectum, non ad alium; & quia actio cauſe ſecundae ita modificata, & limitata ex coniunctione cum influxu ſimultaneo prime ſubieqtatur in ipa cauſa ſecunda, & non in effectu; ideo vir- tus cauſe ſecundae ſufficienter de- terminata intelligitur, & cauſam ſecundam agere in quantum mo- tam à prima.

Ob. Prima cauſa veitut ſecundis preſertim naturalibus ad ſuas ope- rationes, ſed talis uſus explicari ne- quit per concurſum ſimultaneum in effectum, ergo explicari debet per prævium in cauſam. Probant mi. inducione, ſic .n. manus dici- tur ut calamo, quia per aliquid p- uium eum applicet ad ſcribendum. Sic Dominus seruis veitut, quia verbi, & preceptis illis veitut ad ſua munera obeunda, ergo &c. qz. neg. mi. nam uſus dominij, quod exerget prima cauſa ad ſecundas, non conſtitit in hoc, quod eis ve- tur,

tur; sicut scribens calamo &c. sed alterius potenciam prærequisitum; in hoc consistit, quod omnes plenius. quo virtus agendi compleatur, & nullum suum potestati subsumunt, ita proximè disponatur, ut agat, quo ut possit pro libito eas impedit, seculi dicere solemus intellectum, ab actionibus, & effectibus connotatibus, ignem V.g. à combustione, aquam à fluxu &c. & causæ secundæ sunt etiam ita primæ subiectæ, & in agendo dependentes, quoniam solùm eius concursu simulcaneo egeant ad singulos effectus, sed etiam in causa, non utiq; antecedenti, sed concomitanti.

Ob. Applicatio causæ secundæ, seu applicatio illa, qua ad operandum applicatur, est aliquid distinctum à Deo, & à causa secunda, quia s̄pē contingit causas secundas habere virtutem agendi, & tñ non esse applicatas ad opus, & antecedens est ipsam operationem, quia operatio non procedit à causa nisi prius applicata, ergo sit à Deo priusquam causa secunda operetur, & hoc est præcipuum oppositæ sent. fundamentum. R. neg. autem, quod ad secundam partem, & ratio est, quis applicatio formalis creature ad opus est ipsam operationem creature, & ita nō est antecedens ut ipsis autem, sit autem, & dependet à Deo concomitantem.

Artamē quia Thomist. satis hoc argum. exagerant, liber plenius eius vim explicare, ut eius solutio clarius pateat. Sciédu igitur, quod hoc nomen applicare, & excitare, est nomen æquiuocum, & plures sensus continere potest; Potest n. sensus significare actum priorem,

Ob. Id, à quo aliquid dependet, est prius eo, quod dependet, sed operatione creature dependet ab operatione, & in actu Dei, atq; ideo à Deo ipso, non tantū ut est causa in actu primo, sed etiam ut operans est, & in actu secundo, ergo præter concutum simultaneum. Dei in effectum admitti debet alter in causam, non utiq; concomitans operationem eius, sed omnino præuius, & antecedens, influens. n. Dei, ut operans est prior natura causa secunda ut operante. p. si hoc argum. fiat ab illis, qui dicunt actionem Dei, & creature esse unam, & indivisibilem, mihi est falsa, nam si operatio creature est eadem cum actione Dei, ergo ab ista dependere nequit, quia ipse non potest à seipso depedere, quare magis in principijs nostris procedere videtur actiones illas distinguenteribus. Ideo potius distingueda est maior, quod duplex est dependentia, una causalitatis, seu pre-exigentia, qualis est inter causam, & effectum; alia est dependentia, concomitantia, quæ potius dici debet coexigentia, quo pacto una correlatum dicitur ab alio dependere in suo esse, licet secundum tale esse relatum, unum non sit causa alterius, quia sunt simul natura.

id responder Moris, tenendo actionem Dei, & creature esse duas actiones, quod tamen ipse non concedit. Clarius id explicat Mastr. inquiens aliud est dicere, quod actione creature dependeat à Deo, ali-

ud, quod ab operatione Dei; sicut: aliud est dicere effectum pendere à causa, & pendere ab actione cause, nam actio propriè loquendo non est id, à quo effectus dependet, sed quo, id est quo mediante effectus dependet à causa; unde licet verum sit, quod causa præcedit natura sua effectum, non tamen id bene diceretur de actione, quia actio potius est simul cum effectu, quam cum natura præcedat, quamvis n. actio sit via in effectum, velut insuum terminum, tamen non est via absoluta in terminū, sed relativa.

Secundò arguunt Thomist. probando necessitatem physicæ præ-determinationis ex causis liberis, & sic obijciunt: à causa indifferenti, & indeterminata non potest determinatus effectus prodire, nisi prius determinetur, sed voluntas creata, positis etiam omnibus requisitis ad agendum, est indifferens, & indeterminata ad agendum, & non agendum, item ad agendum hunc, vel illum actum. s. amoris, vel odij, ergo opus est, quod saltē prius natura, quam exeat in actu ab alio determinetur, non potest autem ab alia causa inferiori determinari, nisi à Deo, cum nulla alia causa efficaciā habeat in voluntate, ergo &c. Ma. in qua tota vis arg. consistit, patet ex 2. Phys. text. com. 28. ubi habetur: Ab eo, quod est in potentia, & indifferens in quantum huiusmodi non erit determinatus actus, quia non est major ratio, quare potius iste actus exeat,

exist, quād oppositus, cū talis differens contradicunt. *Pg.* esse indifferētia secundūm se sit ad oppositū pugnāt quidē inter se, sed quod est de causa, quæ habet indifferētiā passiuam, quæ oritur vel ex imperfectione virtutis, vel ex defectu actionis conditionis ad operadū, qualis est in materia prima respectu formatum, vel in oculo respectu vilis, defectu luminis, vel obiecti &c. non de causa habente indifferētiā actiūam, quæ ex eminentia, & perfectione virtutis oriatur, qua mediante vērum dominiū sui actus habet, tunc n. nō est necessaria, quod potentia indeterminata determinetur ab alio priusquā operetur, sed scipsum determinat; sicut patet etiam in Deo, qui cū sit agens liberum, indifferens, & illimitatum, scipsum ad quod voluntarit opus, se determinat; cū hat tamen differentias, quod dominus in creatuā verò voluntate sentiā, in creata verò voluntate est per participationē, ita discurrit Subtiliss. in 1. d. 8. qu. 5. 2. & per hoc differt cœla naturalis & libera; quod naturalis agit per formā determinatam ad unum, libera vol. habens etiam omnia requisita, scipsum determinat ad hoc, vel illud agendum, vel ad operandū, & non operandū. Ad probationē maioris ex 2. Phys. intelligēda est de indifferētia potentie passiuæ, non potētia actiū, de qua loqmur in casu.

Dices, repugnat cādem facultatem esse indifferētē, & scipsum determinare, determinatum, & in-

differētia passiuæ, & se determinare repergnat, vt in actu secundo se determinet, hoc n. etiam Deo competit, qui indifferens actiū est ad mūdum producēdū, & nō producēdū, itē ad hoc, vel illud producēdū, deinde se ad hoc, vel illud determinat.

Vrgebis, sicut est de essentia liberī arbitrii, quod se determinet, ita est de eius essentia, quod se moueat, sed liberum arbitriū creatum, quia non est simpliciter prius se mouens, non mouet se, nisi prius moueatur à Deo. ergo similiter quia non est simpliciter primū liberum, nec primum se determinans, prius natura determinabitur à Deo per auxilium prævium, quo virtus eius actiua compleatur in actu primo, quam per actuū suum secundūm se determinet. *Pg.* ex hoc argum. potius oppositum dedaci; sicut n. nullus est motus prævius complens liberum arbitrium in actu primo, vt operetur, sed omnis pertinet ad actuū secundūm, quo voluntas fit de non volente voluntate, ita nulla fit determinatio prævia complens liberum arbitrium, in actu primo, sed omnis pertinet ad actuū secundūm, quo actu determinat, & fuit doctrina Socrati in 3. d. 17. Ad Primum q. c. sub E. vbi ait: Deus non operatur ad operationem voluntatis, nisi voluntate libere agente, & determinante se ad operandū,

& siue

Et tunc Deus operatur cum ea. Ad illud quod liberum arbitrium creatum non sic primum loquens, conce- dimus, quia solum Deus est primus mouens a se, & prioritate a quo, non in quo; & quia Deus agere pos- test independenter a creatura, non autem haec independenter a Deo.

Qb. Deus absoluto, & aeterno suo decreto, quo efficaciter voluit, ut voluntas creata produceret talē actum, extrinseca quadā determi- natione volūtatem ab eterno præ- terminauit, ergo in tempore cum facit, ut ipsa talementum opere- tur necessariō eā mouendo, præde- terminat, ut talementum opere- tur. conseq. pr. quia determinatio extrinseca ab aeterno infert deter- minationem intrinsecam in tempo- re, probant antec. quia infallibili- tas futuri eventus fundari nequit, nisi in illo decreto absoluto, & ef- ficaci volūtatis Diuinaz. **R.** neg. an- tec. & ratio est, quia cum Deus ab- soluto suo decreto vult efficaciter volūtatem creatam actum produ- cere, non vult hoc sive tali volun- tate producendum, sed ab ipsa vo- luntate creata etiā prodecendū, & cōsequenter non habet Deus actū sump omnino antecedente decre- tum volūtatis creatae, sed potius illud virtualiter comitatur, eum- enia virtualiter inuoluat, & prop- pterea nō determinat illam extrin- secē, sed potius coadeterminat, vel cōcomitante cum ea determinat. Videatur Mater. in 1. sent. disp. 3. q. 3. art. 8. & Vulp. cō. 2. p. p. & cō.

1. p. 2. disp. 7. art. 1. **I**llo p. 2. art. 1. **R.** Obiciunt multas SS. PP. autho- ritates, & Conciliorum, quibus si- gnificare videtur, quod Deus cau- las secundas moueat antequam ar- gant, item & Cathechis. Rom. 1. p. de primo articulo Symboli nu. 22. ubi determinat Deum non solum concomitanti, sed etiam influxū prævio causas secundas mouere ad operandum; haec sunt eius ver- ba: *Quae mouentur, & agunt aliquid in- tima virtute ad motum, atque actionem, ita impellit, ut quamvis causarum secu- darum efficientiam non impediatis, pra-ueniat tamen.* **R.** PP. & Concil. Iog. ut plurimū de motionibus, excita- tionibus, & auxilijs particularibus requiritis ad opera bona ordinis, super naturalibus, de quib. in præ- senti nō agimus, sed de actib. ordi- nis naturalis, & licet certissimum sit, imò & de fide gratiā præueniē- tem, & excitantem necessariam esse, ut disponamus, & assurgamus ad opera bona conducentia ad vi- tam aeternam, non tamen certū est, an eius efficacitas sit physica, vel moralis, sed in hoc puncto ingens est inter scholasticos cōtroversia in materia de auxilijs; quare nō eo ip- so, quod PP. & Concilia dicunt cau- las liberas moueri, & præmoueri in- trinsecē ad actus ordinis superna- turalis, statim concludi dabit illas authoritates intelligendas esse de- prædeterminatione physica. Ad Cathec. per ly *intima virtute intel- ligi* debet cōcursus Dei immadia- tus immedietione virtutis, & sup- positi.

Potest. Per hys præsummas. vel intellectus intelligendum est de prædeterminatione animalium quod ad opera meritoria. vel solum de prioritate a quo. non in quo. per hys impellit plures quidem probabitur. quam Adversarij intendunt. sic. n. ex vi nominis. non solum prædeterminatione significat. sed coactio nem. & necessitatem operadi. que manifeste liberum usum libertatis in viatoribus auferit. quod falsum est.

CONTROVERSIA.

An præter præcisions formales sint etiam admittenda præciso ne obiectime.

Scot. controbetsiam hanc resolutum vbi cunctaque distinctionem formaliter ponit ex natura rei independenter ab intellectu. licet non sub hac formalitate. qua modò à Recētiorib. excitatur. Aliq. Dicō. trouersiam hanc agitant in logica. Quidam vero in Meth. ego in logi non esse ad præpositum existimauit cum nimium limites. & terminos logicales transcendat. in Meth. vbi est proprius locus nescio an perueniam. sum. n. annis iam maturus. & etatis prouectus. Vnde ne disputatio hæc. quæ est alicuius momenti. & valde apud Recentiores agitata. apud Tyrones obscura. & implicita remaneat. opere præium duxi saltem hic eam compendiose. & summam tradere. Pro cuius intelligentia sciendum est. duplice modum præscindendi ex cogitari posse inter formalitates identificatas. unum ex parte actus. alterum ex parte obiecti; tunc ex parte ac-

tus intellectus præscindit. quando diversis actibus attingit formalitates diuersas eiadē tri. in ipsa virtualiter tantum contentas. vel eminenter. quæ præcisio non est prorsus obiectua. ex natura rei. quasi quod intellectus illas attingat. ut obiecta ex natura rei distincta. sed actualem illam partitionem facit intellectus. quamvis cū fundamento in re. vnde sit. ut varijs conceptus intellectus. quibus eadem res in plures formalitates partitur dicantur omnino inadæquati. non solum quia rem totam singuli scorsim. & diuisim sumpti inadæquatè explicant. sed etiam quia neuter fundatur in propria realitate ei in re correspōdente. sed omnes & singuli accipiuntur ab eadē prorsus re. & realitate inadæquatè concepta. & in hoc genere Thomist. præcisions obiectuas concedunt. Tunc vero præcisio ex parte obiecti contingit quando intellectus ita versatur circa eamdem rem plures formalitates in se unitate continentur. ut eas intellectus ab iniuicem separet. & uno actu unam formalitatem attingat. quo non exprimitur altera. qua ratione actus illi dicuntur inadæquati. quia sicut neutra illarum formalitatum scorsim sumpta totam rei essentiam dicit. ita nec singuli actus singulas formalitates adæquatè exprimunt. sed solum inadæquatè. & confusè rem explicat. Quia igitur hoc modo præscindendi rem entitatiuè. & physicè unam. in duplice formalitatē partimur.

quarum una exprimitur per unum actum, & alia per aliud, talis præcilio dicitur obiectiva, quatenus præcilio, & partitio cadit etiam super objectum ipsum. hoc autem potest dupliciter evenire, nam vel illæ plures formalitates continetur formaliter in eadem re secundum proprias rationes formales, quomodo in sent. nostra animalitas, & rationalitas dicuntur esse, formaliter in homine, & attributa in Deo; vel tantum virtualiter, & eminenter ut diximus, quomodo calor, & siccitas contineri in luce solari dicuntur; & secundum aliquos vegetativa, & sensitiva in anima rationali. Cum igitur intellectus diversis actib. attingit formalitates diversas eiusdem rei in ipsa vniuersitate, & per identitatem realis, talis præcilio est obiectiva ex natura rei independenter ab intellectu negatione, idcirco non in cali casu intellectus vnam formalitatē intelligit sine alia, seu alia non intellecta, quia verè à parte rei una est actualiter distincta, & præcisa ab alia, quæ præcilio estò fiat ab intellectu per conceptus inadæquatos respectu totius essentiaz, quæ ex diversis illis formalitatib. integratur, tales tamen conceptus in suo ordine dici possunt adæquati, quia singulis correspondent in re, realitates propriæ, in quib. fundantur, quod declarari solet exemplo animalitatis, & rationalitatis respectu totius hominis; quando vero intellectus diversis actib. atting-

git diuersas formalitates eiusdem rei in ipsa contètas virtualiter, vel enim noster tatu, talis præcilio nō est obiectiva, præsus ex natura rei, quæ si quod intellectus illas attingat, ut obiecta ex natura rei distincta, sed illam actualiter partitionem facit intellectus, licet cum fundamento in re, & tunc conceptus dicuntur propriæ, & rigorosè inadæquati, quia solùm multiplicantur actus, ceterum à parte rei non correspôdet nisi vna vna virtus. Nominales viralsq; præciones negant, & solas formales admittunt ex parte actus.

Not, est 2. varia esse contradictionū genera iuxta dicta in logica, nam quædam sunt contradictionia rationis, & supra diuersum esse rationis fundata; ut cù de Petro v.g. in propositione identica verifica- tur, quod est subiectum, & non subiectum, prædicatum, & non prædicatum, ad quæ contradictionia componenda sufficit distinctionis rationis ratiocinatz. Quædā sūt contradictionia secundum esse reale, ac entitatum, scilicet conuenienter rei ratione totius essentiaz, & existentiaz qua ratione vnu de re absolute negatur, & aliud absolute affirmatur absq; aliqua reduplicazione, & independenter à quacumq; intellectus operatione, ut esse, & non esse; produci, & non produci, homo, & non homo; & similia prædicata ad esse identicum, & entitatum rei spectantia, ad quæ contradictionia verificanda requiriunt distinctionis realis, seu entitatum, qua-

qualis est inter rem, & rem, aut inter rem, & modum eius existentem. Quodammodo sunt contradicторia secundum esse formale tantum, quæ s. non absolute rei attribuantur, sed cum reduplicacione, nempe illius formalitatis, cui immediate conuenient, & ratione ipsius toti rei, ut esse sensituum, & discursuum in homine, dicitur. n. sensitivus, quatenus animal est, & discursivus, quatenus rationalis, ad quæ contradicторia verificanda, quamvis non requiratur distinctio realis, & entitativa, requiritur tamen distinctio formalis naturalis ex natura rei, siquidem illa contradicitoria, quod s. homo per rationalitatem est discursivus, & non per animalitatem verificatur actu de ipso ex natura rei circa quodcumq; opus intellectus. Quodam tandem sunt contradicторia, quæ partim verificantur per opus intellectus, partim vero propter opus intellectus, ut cum in sole dicimus idem esse principium causae faciens, & excitans, & non esse idem, que contradictria à parte rei non verificantur actualiter, & formaliter, nam à parte rei idem est virtusque proximum principium s. lux simplissima solatis, sed tantum virtuositatem, & fundamentaliter, quatenus vñica illa virtus dupli virtuti æquivaleret, verificantur autem actualiter per opus intellectus, cù omnium intellectus eamdem lucem solarem conceperit, & dividit in duas virtutes, quarum una sit causa-

factiva, altera exiccativa, & ratione vnius affirmat lucem esse calcificatam, non exiccatuam, & è contra; ad quæ, & similia contradicторia componenda, seu verificanda sufficit distinctio ratiocinata, vel virtualis, quæ cum ipsa coincidit, non autem ad verificanda contradictria adū à parte rei, sive secundum esse reale, sive secundum esse formale.

Instabis, sufficit distinctio ratiocinata ad contradictria verificanda, etiam ante intellectus operationem, ergo frustra ad distinctionem formalem ex natura rei Scotix recurrunt, & presentibus exemplis ostenditur: Intellectus est eadem propositus potentia, quatenus apprehensivus, iudicatus, & discursivus, & tamen in quantum apprehensivus non est discursivus, & è contra; sic etiam eamdem lux solaris est desiccatoria luti, & liquativa ceruz, & tamen quatenus desiccatoria non est liquativa. Item eadem albedo pertinet alteri albedino, & dissimilatur, vel non assimilatur nigredini, & quatenus est assimilativa, non est dissimilativa. Item eadem diversitas est diuisiva generis, & constitutiva speciei, & in quantum constitutiva non est diuisiva, nec è contra, & sic in multis alijs contradictria actualia à parte rei compunctionur per solam distinctionem rationis ratiocinata, ergo &c.

Resp. latius eruditè Fraciscus de

Maytonis, Vir utique domini simus, Dicit illuminatus per Autonomiam appellatus in l. sent. dist. 8. qu. 3. q. sed hic sunt &c. fol. mthi 47. ad huc, & similiter exempla, quod illa non sunt contradictionia, quia Sol cælesti virtute desiccatur, & humectat; & per humectationem humecatur, nec est ibi contradictione, nec distinctione, & sic pariter respondeat ad alia exempla. Sed dices, lux solaris in quantum humectat, non desiccatur, quia si desiccaret certam, & humectaret latum. Re. illuminatus Noct. quod si illud quantum, vel potest reduplicare virtutem, seu principium proximum agendi, & sic concedit solenti in quantum humecatur, etiam desiccatur, nec ullum hinc sequitur inconveniens, alio modo reduplicare potest actionem ipsam humectandi, aut desiccandi, & sic concedit, sive in quantum humecatur, non desiccatur, quia tunc sequeretur illud inconveniens. Cum igit de de intellectuum, seu apprehensionum ut sic non esse distinctionem, neque contradictionem, non utiq; contradicitur de potentia intellectiva nuda sumpta, sed considerata sub illa reduplicacione operationis apprehensionis, vel iudicatiuit, vel distinctione &c. unde quod ad principium agendi nulla est ibi contradictione, & quod nullas actiones, & relationes super idem proximum principium fundatas.

Not. 3. alio modo a Recentioris ab eiusdem ratione videtur.

bus præcisionem formalem explicari, nempe cum idem obiectum ipsiusvisibile res attingatur, ut licet totum formaliter per unicum ab aliis attingatur, neq; ex parte obiectu aliquid correspondat alteri, ita tamē confuse cognoscitur, ut apparere videatur, solum secundum unum prædicatum non vero secundum aliud v. g. visio coloris a longitude est ita confusa, ut discernere possimus esse colorem, non vero an sit albedo, vel rubedo &c. qui actus cum sit intuitus a potentia materiali producetus non præcindit, atamen totum illud obiectum ita imperfecte cognoscit, ac si solum rationem coloris cognouisset, non rationem albedinis, qui si quis cognoscendi confuse obiectum a Recentiorib; præciso formaliter tantum, qd præcisio ista, & confusionem tenet tantum ex parte actionis, nullatenus ex parte obiecti, ita Arriaga disp. 5. log. ny. 23. Cognovisunt ergo præciso formalis, & obiectua in hoc, quod utraq; est cognitio imperfecta obiecti, & differunt, quia formalis attingit totum obiectum, obiectua vero inadquare solum secundum unam formalitatem, seu secundum unum gradum. Non defundit tamē aliqui ex Recentiorib; qui saltem in Diuinis præciones obiectivas, ultra formales admittunt, ut Arriag. loc. cit. Alii vero uniuersaliter tamē in treatis, quām in Diuinis negantur quib; habitis. *Conclusio.*

creatis præter præcisiones formales, ad-
mittendar ipsam esse obiectūdū, uno for-
malē nūquā dār̄ posse sine obiectūis,
est communis sent. Réalium tum homō est animal, & equus est ani-
mal, ita bene dici posse homo est
minales & patet primo omnibus rationalis, & equus est rationalis,
illis rationib⁹, quibus probata est sicut totū hoc de animali in vero
inf schola nostra necessitas distinc-
tib⁹ formalis ex natura rei, ut vi- Arriag. confundit conceptum ge-
sum est in sog. in proprio art. &
plorat alibi admittit. n. eall diffi- prie essentia literē includit genus, &
ctione inter illos gradus ex natura differentia, non genus, vel differē-
rei, clare sequitur cū intellectus tia febris sumptuam. Tum quia to-
vnum gradum ab alio præcludit, tdi quod est de essentia superioris,
hominem V. g. in ratione anima- est etiam de essentia inferioris in
listi non vero rationalis, vel e con- recta linea, per regulam ante præ-
tra, huiusmodi præcisiones esse ob- dicamentalem, torum. n. id. quod
iectūas ex natura rei, quatenus a- prædicatur de animali, dicitur erig.
etas intellectus ferūtur super obie- de homine, de Petro &c. si ergo dif-
& ex natura rei formaliter inter ferentia non est de essentia anima-
se diffinīta, antecedenter ad tales lis vt sic, neque est de essentia ho-
aquis. Pt. 2. quilibet natura potest com- minis, patet conseq. cui. n. com.
concipi aut̄ eis quod est extra eius petit aliquid per se, semper tale e-
essentiam, sed differentia est extra rit vbi cunque reperitur. animal
essentiam naturae generica ex dic- igitur quod est in homine, est solū
tis in logica, ergo h̄c potest con- rationale per identitatem, & realē
cipi illa h̄oū concepta, & è con- eius vniōnem cum illa differentia
uenio, quod est obiectū ab illa in illo tertio, non autem per for-
præscindere, quia ergo animalitas matem inclusionem vnius in alio,
in homine habet rationē generis, si. n. in conceptu essentia animalis
& rationalitas differentia, bene ineludatur rationale, non posset
potest vna ab alia præscindi.

Rē Arriaga, ratio communis V. præcisione se tenente ex partē obi-
g. animalitatis hominis bene po- ecti, ut ipsi concedunt, neq. ex par-
test concipi sine differentia equi, te actus, dato. n. quod actus ille
quæ non est de eius essentia, non h̄oū representaret rationalitatem,
tamē fine rationalitate, à qua nul- neque consequenter representaret
lo modo distinguitur. Non valet, animal hominis, siquidem in eius
si. n. per eamdem prorsus formalis ratione formalis ex Aduersarij in-
tacēm, animalitas in homine con- cluditur rationalitas.

Dicunt Recentiores ex Nominalibus, quod cognitio de animali primum, quia in hac propositione et parte obiecti habet idem omni Petrus est homo, faceret hunc sensum in recto, scilicet animal rationale, per se, Petrus est Paulus, loquens, frater, & opinia, quae sunt idem res, cunctus &c. Neque lecundum, quia aliter cum ipso, sed cognitio de rationali attingit in obliquo discursu, determinatum, Petrus est hic, vel sum, cognitio vero de animali connotata est extrinseca, & regulariter loquendo, supponit aliam priorem intrinsecam in connotante, ergo in proposito, ideo homo per animalitatem connotat sensum, & per rationalitatem discursus, quia sunt formalitates alterius rationis, scilicet, essent proclus illud rationis, nulla posset assignari causa, cur potius per anima literam connotentur sensations, quam per rationalitatem, & cur per istam discursus potius, quam per illam.

Pr. 3. haec vox homo non significat immediate Petrum, & Paulum, sed aliquam naturam communem ambo bus, saltem per indifferentiam, ut sapere dictum est, ergo ex parte obiecti significati correspondet, illi aliquid commune Petro, & Paulo, & ita erit obiectiu praeclsum a differentijs Petri & Pauli. Tum quia ut diximus in log. art. de natura communis, cum dicimus Petrus est homo, si ly homo non dicit naturam communem ab eius individuis praeclsum, sed individua sub illa contenta, vel hoc accipitur collectiu, prout significat totam collectionem individuum humanarum

speciei, vel accipitur disjunctive, non, quia in hac propositione et parte obiecti habet idem omni faceret hunc sensum vagum, & indeterminatum, Petrus est hic, vel ille, vel ille homo. Tu quia, notat sensationes. Sed contra, dicit bene urget Lychet, in 2. q. 3. q. 1. S. Ad responsionem, in hac propositione, Petrus est homo, non esset prædicatio superioris de inferiori, nec universalis de singulari, sed eisdem de se ipso, patet conseq. quod prædicatum non haberet maiorem latitudinem, quam subjectum, si de se non est communius illo.

R. Ovied. quod conceptus respondens huic voci homo, attingit immediatè omnia individua species humanarum etiam secundum proprias differentias ex parte obiecti, at ex parte actus est adeo confusus, ut ex yis illius nequeat discernere inter illa plura. Non placet, immo implicatoria admittit, s. n. conceptus respondens huic voci homo, attingit immediatè omnia individua, & omnes eorum formalites, & differentias ex parte obiecti, quomodo ex parte actus ita confuse capitur, ut nequeat inter illa discernere? Nec exemplum ab Ovied adducum de visione coloris viridis longe distantis ei suffragatur, siquidem falsum est talem visionem attingere in eo casu colorem viridem ut sic, tunc s. n. iam discerneret illum à nigro, si autem adeo confusus illum representat, ut sensus

fus, cum disceperet nequeat, à nigrō, hoc signum est per talēm vi-
sionem non artīngi colorēm viridē-
in tali specie, ut à parte rei existit;
neque in tali casu videtur colorēm
ut sic, quia vniuersale non vide-
tur, nec esse potest obiectum sen-
sus; quod igitur videatur est color
ihs viridis, sed ratione distantia
pareat illius coloris confusio.

Pr. 4. ex illatiua virtute discur-
sus, in discursu .n. aliquid inferunt
de aliqua re, quod erat à re igno-
tū, ut ex eo, quod Deus est æter-
nus & Theologi inferunt, quod sit
immutabilis; & ex hoc, quod An-
gelus est intellectuus, inferunt es-
se volituum, sed id fieri non pos-
sunt, nisi esset aliqua distinctio ex
parte obiecti noti, & ignoti, ut s.
nos sumus quòd ad aliquam forma-
litatem, nō quòd ad aliam, ergo &c.
.n. est progressio à re nota ad igno-
tam, in quo utique aliqua distinc-
tio insinuat̄ inter inferens, & il-
latus se tenens ex parte obiecti,
aliter in qualibet discursu petitio
principij committetur. Cōfirma-
tur, in conceptu animalis affirmā-
tur prædicata superiora, nam valet
arguere ab inferiori ad superiorius
affirmatiū, ut Petrus est animal,
ergo vivēs, ergo corpus, ergo sub-
stantia, & tamen non affirmantur
predicata inferiora, cū à superio-
ri ad inferiori non teneat affirmati-
ū, est animal, ergo rationale, er-
go animal, & rationale non sunt

prorsus idem, sed clarē distingui-
tur ex parte obiecti, si, n. essent om-
nia idem inferri potest, hoc est a-
nimā, demonstrando hominem,,
ergo est rationale.

Rt. Arriag, ad confirmat. quod
circa indiuisibile obiectum possunt
esse plura nomina, non ad significa-
das res diuersas, sed ad significan-
tiā per medium modificatur, ut ap-
petat illius coloris confusio.
animal rationale idem prorsus signi-
ficant, & totum quod concipitur p-
vnam vocem, concipitur per aliās,
tuā, ut ex eo, quod Deus est æter-
nus & Theologi inferunt, quod sit per
vnam concipitur confusè, per
aliā clare; ita similiter vox animal,
& vox rationale respectu hominis
significant quidem eamdem pro-
parte obiecti noti, & ignoti, ut s.
nos sumus quòd ad aliquam forma-
litatem, nō quòd ad aliam, ergo &c. ut confusè cognitum cum alijs ani-
malibus, ac vox rationale significat
eundem, clarē tamen cognitum,,
& distinctum ab irrationali, & bru-
to, ex quo infert non esse bonam.,
conseq. ego scio illud esse animal,
& non scio esse rationale, ergo al-
iquod cognosco ex parte obiecti, &
aliquod ignorō, non tenet hāc cō-
seq. nam ex antecedenti solūm in-
ferre licet, non cognouisse clarē a-
nimā. Non valet, tum quia in sēt.
aliquorum Scotist, inter hominēs,,
& animal rationale intercedit vera
distinctio formalis, aliter syllogis-
mus non constaret ex tribus termi-
nis, ut Arist. docuit, sed tantum
ex duobus ut in hoc syllogismo
appar.

apparet, animal rationale est rati- Quod etiam precisiones obiec-
tibile, homo est animal rationale, er- tis admittenda sint per intellectu-
go est resibilis &c. Tum quia ma- tam formata, cum sufficiam
lē affere exemplum de definitione, in re, inde patet, quia distinctione
& definitio, quod non est ad pro- rationis ratiocinatz sit, quando con-
positū in casu nostro, nam homo, cipitur res aliqua per conceptus
& animal rationale comparantur inadegatos, sed talis conceptus
ve totum, & partes simul sumptas punit tantum partem rei cognitam
vel ut idem torum confusè cogni- in intellectu, ut divisio cadat super
tum per nomen, & distincte cogni- ipsum obiectum, ergo &c. Tum
tum per partes, at animal, & ratio- quia licet calor V. g. & siccitas in-
nale comparatur, & cōpartes eius- luce solis sint eadem prout eni-
dem compositi physici, quarum
una potest esse distincta ab aliis, &
esse obiectus extra aliam, atque
cōstribuit, quia separationem reperi-
ideo nullum est hanc vocem animal posse in diversis, vel saltem in
compositam suisse ad significandā eadem luce habent diversum mo-
eamdem omnino formalitatē, quā- nus, ideoque dum in ea concepi-
significat rationale.

Cōfitemur eodem exemplo ab ista & rationis ex parte sui, domi-
Arriag. adducto, cūm. n. duo re- in hon cognoscitur simplicitas emi-
mini ita se habent, quod importat ratis lucis latris, nec eorum idem
idem prout obiectum, & non dis- distriktum cum luce, sit ut manifeste-
ferunt, nisi per explicitam, vel im- distincta saltem per rationem cum
plicitum, aut magis, vel minus cla- fundamento in re.

Quod deinde precisiones obie- tenet consequentia affirmari p̄, & cōtute si ueritatem in Diuinis p̄nēdē,
posunt cōuertibiliter prædictari, ita Pr. Si quando dicitur Paschitū m̄
ut homo est animal rationale, ergo Diuinis non communicatur, correspō-
animal rationale est homo, bene deret in cōceptu paternitatis essen-
. n. arguitur à definitione ad definī- tia, affirmaretur de eadem essentia-
tum, & ē contra; at non valet ar- nō communicari, quia toto illo, q̄
guere est animal, ergo est rationa- correspondet ex parte subiecti, il-
le, signum euidentissimum, maiori- lud prædicatum affirmatur, sed a
rem distinctionem intercedere in- firmare de essentia Diuina tō-
tes animal, & rationale, quam inter municari, est error in fide, ergo il-
hominem, & animal rationale, ac Ja non correspondet in conceptu
proinde diversas importantia forma paternitatis, idemque est de his
lites obiectus, & non tantum appositionibus, relatio est triplex,
dixerimus modum cognoscendi id est essentia rna, & sic de alijs similib.
obiectus.

propositionibus, ergo negari negat. quia tunc etiam Trinitatis misterium præcisio obiectiva inter essentiam aliquo pasto ab intellectu nostro & relationes, id. Arrig. discutit renderet, nec dum præcisiones ob-disp. 3. log. sec. 4. sublca. 3. qui iestiuæ Thomisticæ admittendæ post quam ad allatum argum. respondit cù illa distinctione de adæ- sūt per conceptus inadæquatos, sed quatenus quoque eūq; quis est per distinctas formalitatæ ex natura rei, ex Dœc. in r. d. 2. q. 7. S. sed hic refutat. Con- luct, affirmat etiam ex parte obie- ficiatur, quia veritas istarum pro- fici non communicari, non quidem positionuæ: *Essentia communicatur, adequare, qd; hoc est omnino im- religio non communicatur, non sur- possibile, sed solum inadæquatæ muncur in ordine ad intellectum, vel quod non repugnat: posite re me, in ordine ad obiectum, ut existens iustus considerata, sciplum corrigitur, tamen in intentione in cognitio- sit; si hec proposicio, qd; essentia com- ne, sed in ordine ad obiectum, ut municitur, significat, coniuncta existens à parte rei, ergo non sunt rationem inadæquatam, & identi- præcisiones obiectiuæ per intelle- givit ex parte obiecti essentia, tamen inadæquatæ tamen conceperit quod relatio, ergo tam yera, est; sed per formalitatem ex natura rei parere hæc proposicio, relationem habere, rem explicare prout à part- communicari, quam hæc: *essentia com- teri existit. Tum tandem, quia q- munitur, quod est errodeum. Cö- tam præcepto formalis, quām obi- cluens, non posse per eam inadæ- ectiva pendens ex distinctione sa- quatam communicationem misteri- titionis ratiocinatae consistit in no- rium, hoc explicari, quia tunc se- stra cognitione, sed tamen Trinitatis Mysterium prorsus independens, tiam distinguiri, & produci, quam est a nostra cognitione, ergo ex p- hæc ipsum dicatur de relatione, ff., dicitis contradictriori de essentia in go præscinditur.**

Optimus discursus, sed sic dicere, non solum deduci debent præciso- do, admittit præcisiones obiecti- nes obiectiuæ seu formalitates pre- uas primi generis, quib; s. corre- spondent, formalitates ex natura rei distingue, malitatem ex natura rei distingue, rei distinctiones, quod ex proprijs suis. Ex hac discursu Arrig. nendum, verbis coauincitur, s. n. illa pro- probatur in Diuinis dari debere: positiones sunt, vera à parte rei: præcisiones obiectivas inter essen- Essentia communicatur, relatio non com- tiam, & relationes, sed etiam in- municitur, essentia est unica, relatio crevis, & inter gradus predicationis, triple, ita & nullatenus earum re- tales, ut sunt genus, & differentia: ricas pendentes ab intellectu nostro, intellectus, & voluntas, &c. Passer- Aliag,

Arriag. n. ex contradicitoris verificatis à parte rei de essentia, & relative deducit precisionem obiectivam eorum obiectorum ad invicem, sed talia quoque contradictionis à parte rei verificantur de ratione generica, & differentiali, de intellectu, & voluntate, ergo &c. Pr. mi. nullo n. intellectus considerante, homo; & leo in animalitate conueniunt, & assimilatur. Sic etiam intellectus naturaliter operatur circa suum obiectum, & cum determinatione ad unum; voluntas verò liberè operator, & indeterminata ad versilibet indeterminatam dominij; quæ contradictioni verificantur de ipsis independenter ab intellectu nostro, ergo &c. Pr. tandem conclusio à defendantibus precisiones obiectivas, experientia ex illo trito argum. de vita & lôge, quod V.g. cognoscitur esse animal, sed non cognoscitur esse rationale, ergo hunc praesidendo animal a rationali, consiq. est clara, quia nec cognitio feritur in ratione in generali, & non accingit rationem, in illo obiectu lôge, pura animalis, vel coloris ita confusa videatur oculus discernere nequeat, an sic horito, vel equus, albedo, vel speciebat, ergo hunc una praescindit alia; seu alia non intellectu, ut sic, vel color, quia visus non videtur in huiusmodi instantiam in particulariter hoc in 4. d. 8. q. 2. O. Scholastibus, quod in alioq[ue]b[us] possumus affirmare nequeam hum sit albedo, sed ex accidentibus genereticis, vel visu colori, alioq[ue]b[us] possimus cognitis improprietatim difficiam, per affinitatem nequeam hum sit albedo, cipit singulare seatum magis universalis, vel aliquius speciei innotescere, ita quoque intellectus immutatus, ita quoque intellectus immutatus post talern sensacionem, statim ex parte obiecti, quia sensus non percipit universalis sine conditionibus

rationibus individualibus sed attingit totum id, quod attingit sensos, unde sicut sensus in tali casu non præscindit obiectiuē, attingēdo rationem vniuersalem sine particulari, ita nec intellectus cognoscit totum id, quod sensus cognoscit. Attamen licet hoc ita se habeat, adhuc tamen paritas de sensationibus facta non valet, non bene deducitur absolutè intellectum præscindere nō posse rationem vniuersalē à particulari, quācūs n. hoc sensus facere nequeat propter suam materialitatem, hoc tamen facere potest intellectus, et Subtiliss. docet q. 22. de An. cùm s. virtute illius speciei impressa naturam cuncti individualibus conditionibus representantis, unum contemplatur, altero non cogitat, ad eam naturam ipsam, relicta singularitate; & hæc est vera, & propria præcisio, & abstractio. Cùm dicitur oculus colorem aliquem à longe attingit, sed non dum apparet an sit albus, vel niger, non valet inde inferre, quod tunc præcise percepit colorem ut sic, adhuc n. in tali casu non video colorem absolute, sed quemdam colorem, esto nesciam, cuius determinatio fit speciei, ex Doct. loc. cit. quæm sequi videtur Pasqualig. tom. 2. Meth. disp. §8. sec. 3. nū. 2. affirmans illū esse colorem determinatæ speciei, licet innominatae, quod etiam evidenti exemplo confirmari potest iam supra allato, de herba alicui Oblata, quam vñquam antea vide-

tat, tunc n. assignare nescit eius, sic determinatæ speciei, an si sit citoqua, laetitia, vel alia species herbaria nota, & tamen in tali casu non dicitur præscindere, nec obiectiuē, nec formaliter rationem genericā à specifica, quia in genere potius conueniunt, quam differtunt, & tamen ille talis ponit differentiam inter illam herbam, & laetitiam, & cicoream; sic in casu de colore eminus viso, licet n. determinare non videat an sit albus, vel niger, videt tamen esse cuimdam determinatæ speciei quasi mixtæ. Ratip autem cur albedo &c. à longe visa in distantia improportionata non apparet, et alista reuera est, inde procedit, quia species talis coloris est finali unitate cum specie medijs, quæ cum sit effirioris virtutis, abbet virtutem talis speciei coloris, que debilis est ideoq; facit, ut confuso modo illum representet, & illius apparet, ac est quam doctrinam affert etiā Pasqualig. loc. cit. 2. Pr. tandem nō dari præcisione fordiales absque obiectiuis, tūm quia actus suam unitatem, & distinctionem accipit ab obiectis ex de An. vt iam supra dictum est. Tum ex modo eam explicandi ipsorum. Aduersariorum, explicant enim exemplo visionis albedinis à longe, quæ sit ita confusa, ut solū discernere possit esse colorem, non verò albedinem, aut alterius determinatæ speciei, quia in hoc casu talis visio attingit albedinem, non solū secundum rationem gen-

